. Fr.

משפט המלך

JUS REGIUM HEBRÆORUM

E TENEBRIS RABBINICIS
erutum & luci donatum
oratorii A cenomanensis

VVILHELMO SCHICKARDO
Sacr. Lit. Hebr. Professore in Acad.
ex Dono Tubing. R. P. Lamy

הלא טוב עוללות הראשונים מבציר האחרונים

Nunquid racematio veterum præstat vindemiæ novitiorum?





ARGENTINAE,
Impensis Hæredum LAZARI ZETZNERI,
Anno M. DC. XXV.

Cl. & Excell. V.

Dn. MATTHIÆ BERNEGGERO

Professori Argentinensium celeberrimo,

HISTORICO eminentiss.

POLITICO singulari

MATHEMATICO eximio

PHILOLOGO incomparabili

Et quod mihi palmarium est

FAUTORI certissimo


S. P. Dico

Wilhelmus Schickart.



I in privatis epistolis aliquando, cùm me speculationes aliæ detinent, sum negligentior, AMICE benevolentissime, alloquar te nunc in vestibulo hujus dissertationis publicè; simul ut instituti rationem breviter reddam, nè me functionis oblitum in alienis castris oberrare putes. Non ultroneo ausu temerè suscepi, sed excitavit me ad hanc scriptionem Nob. & Amplis. ICtus Dn. D. BESOLDUS Patronus & Compater meus, quid meum dico? imò communis noster ille Fautor honorandus, vir nunquam sine laudis præfatione nominandus. Cum enim in nuperâ quadam deambulatione mentionem fecisset suorum de Jure Majestatis *librorum, qui nunc vobiscum exeduntur, & ego aliquid mea Lectionis de prisco Hebræorum Regum jure subjecissem, suasit ut illud in litteras relatum pluribus communicarem, quod multorum cognitione dignum arbitraretur; & non difficulter mihi persuasit, quia jam pridē aliquo specimine comprobatum reddere gestii, quātum hæc lingua Politicis quoq; hominibus servire valeat, postquam Theologiæ studio initiatis, ut plurimum fastidiri sentio. Excussi ergò memoriam meam, & revolvi authores, apud quos talia observasse recordabar, Maymonidem, Kimchium, Ab. Ezram, Iarchæum, Gersonidem, Nachmanum, Bar-Nachmoni, Bechajum, Sebam, ipsum deniq; opus Talmudicum; qui quamvis pleriq; vulgò nè nominetenus quidem noti sint, ut impostor aliquis facilè testimoniis illorum apud imperitos abuti posset, credas tamen eâ fide & sollicitudine à me tùm exscripta tùm versa esse, ut neminis nec Christianorum nec Iudæorum censuram extimescam. ea propter paginarum quoq; partes allegaverim, & formalia inseruerim verba. Sed & Alkuranum alicubi adduco, quia è nugarum sterquilinio subinde aliquod utile granum emicat, quod de uberiori priscorum messe testetur. Vbi tuam in me benignitatem reticere non sinit pietas, qui post magnum Gruterum, tui quoq; Exemplaris, mundissimè sanè exarati copiam mihi fecisti, ut cum meo conferrem, & in attritis locis aut intricatâ manu, veram lectionem venarer: quo vel solo nomine præsens tibi studiorum meorum fructus debetur. Vale V. Cl. & Diatribas in Suetonium obsecro continua: video enim afferre te multa quæ vel oculatissimos antea fugerunt. Tùm verò per occasionem Revvv. & Præclarisss. VVV. Dnnn. Froreisenio, Schmidio, Blanckenburgio, illis in hoc studio quondam sociis, huic etiam Professionis participi, omnibus verò Amicis honoratissimis, meo nomine plurimam Salutem. è Tubingâ 16. Ian. ineuntis Anni 1625. quem omnibus faustissimum esse jubeo.*

משפט המלך
JUS REGIUM
Hebræorum.



De ſingulis dicetur hoc ordine.

CAPUT I.
DE ELECTIONE.
Theor. I.
Dei mandatum erat eligere Regem.


Oc nempè unum eſt ex illis, quæ maturè quidem in deſerto præcepta erant, ſed ſerò demùm poſt multos annos exequenda. De quibus Bar-Nachmoni in Deſar. Rabbà, parſch. Schophet. col. illius 4. אמר ר׳ יהודה בר אלעאי על שלשה דברים נצטוו ישראל בכניסתן לארץ ואלו הן למחות זכרו של עמלק ולמנות להם מלך ולבנות להם בית המקדש : *Dixit Rabi Iehuda Fil. R. Elai, tres res injunctæ ſunt Iſraëlitis ad ingreſſum eorum in terram (Canaan) ſcilicet ut extirparent memoriam Amaleck, & conſtituerent ſibi Regem, atq; domum ſanctuarii ædificarent.* Quæ ipſa meliori ordine recenſet diligentiſſimus Rabinorum Moſche ben Maymon, Tom. 2. Halachâ Melachim, cap. 1. mihi
759. b. מנוי מלך קודם למלחמת עמלק שנ׳ אותי שלח ה׳ למשחך למלך עתה לך והכית את עמלק . והכרת זרע עמלק קודמת לבניין הבית שנ׳ ויהי כי ישב המלך בביתו וה׳ הניח לו מסבי׳ מכל אויביו ויאמר המלך אל נתן הנביא אנכי

יושב בבית ארזים וגו׳ *Electio Regis antecedit bellum Amalek, sicut dicitur (1. Sam. 15. v. 1. & 3.) me misit Dominus ut ungerem te in Regem. nunc igitur vade & percute Amalek. Excisio seminis Amalek praecedit aedificium Templi; sicut dicitur (2. Sam. 7. v. 1.) factum est cum sedisset Rex in domo suâ, & dominus requiem fecisset ipsi circum circa ab hostibus suis, ait Rex ad Nathamum prophetam: ego habito in domo cedrinâ. &c.* Gloriantur etiam Judaei de triplici coronâ, quibus gentem suam cohonestârit DEUS. Idem Maymonides Tom. 1. Hal. Talm. Thor. cap. 3. p. 20. b. בשלשה כתרים נכתרו ישראל כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות. כתר כהנה זכה בה אהרון שנ׳ והיתה לו וזרעו אחריו ברית כהנת עולם. כתר מלכות זכה בו דוד שנ׳ זרעו לעולם יהיה וכסאו כשמש נגדי. כתר תורה הרי מונח ועומד ומוכן לכל ישראל שנ׳ תורה צוה לנו משה מורשה קהלת יעקב, כל מי שירצה יבא ויטול, שמא תאמר שאותם הכתרים גדולים מכתר תורה הרי הוא אומר בי מלכים ימלוכו ורוזנים יחקקו צדק בי שרים ישורו: *Tribus coronis coronati sunt Israëlitae, coronâ Legis & Sacerdotii & Regni. Coronâ Sacerdocii dignus fuit Aaron, sicut dicitur (Num. 25. 13.) erit ipsi & semini ejus post ipsum, foedus sacerdotii aeterni. Coronâ Regni dignus fuit David, sicut dicitur (Psal. 89. v. 36. semel juravi per sanctitatē meā, si Davidi mentiar) semē ejus in seculū erit, & thronus ejus instar Solis coram me. Corona legis ecce relicta & parata est omnibus Israëlitis, sicut dicitur (Deut. 33. 4.) legem praecepit nobis Moses, haereditatem congregationi Iacob. quicunque vult, veniat & tollat. Ne autem fortè dicas, quòd priores coronae majores sint hâc coronâ legis, ecce dicit ipsa (Prov. 8. 15.) per me Reges regnabunt, & dynastae decernent justitiam, per me Principes dominabuntur.*

Haec quamvis ita se habeant, tamen non desunt inter Judaeos qui contradicunt & putant, Regibus majores suos minimè indiguisse. Rationes illorum diversae sunt, quas distinctè videbimus. R. Bechai existimat, DEUM Opt. Max. sufficere ipsis; nec nisi ad poenam Reges indulsisse: fortè ut ranis Jupiter Ciconiam apud Aesopum. sic autem ille ad Parsch. Schoph. col. 6. אין רצונו של הקבה שיהיה מלך בישראל אלא הוא כי הוא יתעלה המלך ההולך בתוך מחניים משגיח על פרטיהם אין להם צורך במלך אחר כי העם הנבחר אשר ארון הכל מלכו מה יעשה במלך בשר ודם. ואח׳. וכתיב אתן לך מלך באפי זה שאול המלך הראשון. ואקח בעברתי צדקיהו המלך האחרון שלוקח ביד נבוכד נצר ואירע בו מה שאירע *Non erat voluntas DEI O. M. ut esset Rex in Israel alius quàm ipsemet. Ipse enim Altissimus est Rex ille, qui ambulat in medio castrorum & providè attendit ad particularissima quaeque. Nec opus erat illis Rege alio. Nam populus electus, cujus Rex est Dominus universi, quid faceret cùm Rege qui caro tantùm est & sanguis?* Et post pauca: *Scriptum est (Hos. 13. 11.) do tibi Regem in irâ meâ; is est Saul Rex primus: & aufero in furore meo, is*

Zidkias

Zidkias Rex ultimus, qui ablatus fuit per manum Nebucad-Nezaris & contigit ipsi malum quod contigit. Rabba B. Nachmoni arbitratur hoc pugnare cum libertate populi Judaici, quorum conditio non sit regi ab alio ut à pastore pecora, sed instar ferarum liberrimè circum vagari. paulò ante loc. suprà citat. אמ׳ הקב״ה לישראל בני כך חשבתי שתהיו חורין מן המלכיות מנין שנ׳ פרא למוד מדבר כשם שהפרוד גדל במדבר ואין אימת אדם עליו כך חשבתי שלא תהא אימת מלכות עליכם אבל אתם לא בקשתם כן אלא באות נפשה שאפה רוח ואין רוח אלא מלכיות מנין שנ׳ וארו ארבע רוחי שמיא מגיחן לימא רבא : *ait DEVS O. M. Israëli, mi fili! sic cogitavi, ut essetis liberi ab imperiis. vnde hoc? quia dicitur (Ierem. 2. v. 24.) Onager assuetus deserto. sicut ergò asinus sylvestris adolescit in deserto, nec timet ullum hominem super se, sic reputavi, nè esset metus regni super vos. At vos non hoc quæsivistis. sed (ut in textu sequitur) in desiderio animæ suæ sorbuit ventum. non est hic ventus aliud quàm Regnum. vnde hoc? quia dicitur (Dan. 7. 2.) ecce quatuor venti cœli pugnabant ad mare magnum!* R. Levi Ben Gerschom arguit ab eventu, parùm boni, mali verò plurimum ob reges huic populo contigisse; in Com. ad 1. Sam. 8. בסוף הענין היו מלכיהם סבה להתעות ישראל ולהסירם מעל ה׳ עד שהביאו לגלות מעל ארמתם *tandem fuerunt Reges illi causa deceptionis Israëli, ut alienarentur à Domino DEO, usq; dum abducerentur in exilium à terra suâ.* quod idem Argumentum prædictus R. Bechai eod. l. prolixius inculcat : צא ולמד מה הגיע אלינו מתחת יד המלכים שכן דרשו רז״ל שאול נפל בהר הגלבוע. דוד נתן מגפה שנ׳ ויתן ה׳ דבר בישראל : אחאב העציר את הגשמים עליהם דכתיב אם יהיה השנים האלה וגו׳ צדקיהו החריב המקדש *abi & disce quid contigerit nobis sub manu regum. sic enim concionantur Doctores nostri p. m. Saul cecidit in monte Gilboah; David causatus est plagam, sicut dicitur (2. Sam. 24. 15.) deditq; Dominus pestem in Israel. Achab cohibuit pluvias ab eis, ut scribitur (1. Reg. 17. 1. vivit Dominus) si erit hisce annis ros aut pluvia &c. Zidkiah desolari fecit sanctuarium.* Præcipuè verò urgent authoritatem propheticam Samuelis, qui l. 1. c. 8. v. 6. populi regem petentis factum detestatur: Si divinæ voluntati placuisset ajunt, utique non improbasset, nec tantoperè totque persuasionibus eos dehortatus fuisset. Iterùm Gerschomides d. l. רצה הש״י להרחיקם מזה מפני התכלית הרע שהיה עתיד להמשך מזה וצוה את שמואל להגיד לישראל את משפט המלך כדי שיסורו מזה בסבת הקושי אשר יהיה לעם לסבול כל אלו הדברים שוכר שיהיה מושל המלך עליהם עד שיהיו לו לעבדים : *voluit DEVS benedictus illos elongare inde propter clausulam malam, quam futurum erat ut traheret secum. Ideò mandavit Samueli, annuntiaret Israelitis Ius Regis, ut recederent ab occasione difficultatum, quas oporteret populum ferre, in omni-*

bus quorum mentionem fecit: quodve dominaturus esset eis Rex, usq; dum evaserint ipsi in servos.

Sed omnes has exceptiones validè prosternit solum DEI mandatum Deut. 17, 15. quod utique non arbitrarium est, sed maximè serium, ideóque verbi reduplicatione inculcatum שׂוֹם תָּשִׂים עָלֶיךָ מֶלֶךְ *ponendo pones super te Regem.* Nec id derogat libertati gentis; quia non pro lubidine suâ, sed ad normam Mosaicæ legis eos gubernare debuit. Si quando autem exorbitarunt, ea non officii sed personæ culpa erat, ob quem dominationis abusum, usus ejusdem legitimus minimè tollendus. Mala quædam, fateor, causati sunt per Accidens; per Se verò etiam plurima bona. David vir juxta cor Domini hostes devicit, cultum Dei ordinavit, Sacerdotes, Levitas, Cantores instruit, psalmos composuit. Successor Salomo templum ædificavit, parabolas edidit, pacem in toto regno conservavit, ut quilibet sub vite & ficu securus dormire potuerit. Majus est hoc regni beneficium, quàm quod satis prædicari queat, nec prius intelligitur quàm amittatur. Zeror hammor pars. Schoph. col. 3. אלמלא מוראה איש את רעהו חיים בלעו *nisi authoritas (publica) esset, vir proximum suum vivum deglutiret:* quod verissimum apophtegma cap. 3. Pirk. Afot CHananiæ Pontifici tribuitur, unà cũ hâc admonitione præfixâ הוי מתפלל בשלומה של מלכות *orans esto pro salute regni.* Quod verò Samuelem attinet, non is populum increpabat, quia Regem peterent, sed quia non legitimè peterent, ut cordatus noster Maymonides prudenter explicat, Hal. Melach c. 1. v. 3. מאחר שהקמת מלך מצוה למה לא רצה הקבה כששאלו מלך משמואל לפי ששאלו בתרעומת ולא שאלו לקיים המצוה אלא מפני שקצו בשמואל הנביא שנ׳ כי לא אותך מאסו כי אותי מאסו : *Postquam constitutio Regis præcepta, cur noluit DEUS O. M. cum rogarent regem à Samuele: quia rogarunt ex indignâ murmuratione, neque ut satis facerent mandato, sed quoniam fastidiebant Samuelem prophetam, sicut dicitur (1 Sam. 8. v. 7.) non te sed me reprobarunt.* Discrepant quidem in eo Rabini, quænã fuerit præcipua culpa populi: núm quòd DEO diffisi? an Judicum pertæsi Samuelem spreverint? vel quòd desiderarint talem rationem status, qualis inter gentes? aut quòd ad religionis mutationem petierint? sed in eo satis consentiunt, aberrasse tantùm in formâ, non jure petendi. R. Dav. Kimchi s. h. l. כדברי רבותינו ז״ל מחלוקת מהם אמרו למה נענשו על שהקדימו ככל הגוים ומהם אמרו לא בקשו להם מלך אלא להעבידם ע״ז. ומהם אמרו זקנים שבהם כהוגן שאלו שנ׳ שימה עלינו מלך לשפטנו ועמי הארץ שבהם קלקלו שנ׳ והיינו גם אנחנו ככל הגוים : *est in verbis Magistrorum nostrorum p. m. dissensio: sunt qui dicunt ideo multatos esse, quod præfici voluerunt*

sint sicut omnes gentiles: alii, quòd postulaverint regem ad colendum idola: nonnulli, quòd seniores quidem rogarint ut decuerit sicut dicitur (vers. 5.) impone nobis Regem, qui judicet nos; at vulgus è fece plebis spreverint (scil. consuetum modum gubernandi) ut dicitur (vers. 20.) simus etiam nos ut ceteræ gentes. Et paulò anterius: כי אילו אמרו תנה לנו מלך שישפטנו ביושר ובאמונה לא היה הדבר רע בעיני שמואל שהרי הכתוב מעיד כי בניו לא היו שופטים ישרים. או אילו אמרו נבא לפניך ותשפטני אתה כל ימי חייך אחר שאין אתה יכול לחזור על המקומות היו אומרים טוב. או אם אמרו נמנה בעצתך מלך עלינו אחר שאתה זקנת והמלך ישפטנו ויוכיחנו ויהיה מוראו עלינו לשמור דרך יי׳ זו השאלה היתה טובה. אבל כשאמרו שימה לנו מלך זה היה רע ומיעוט בטחון ביי׳ ועוד שאמרו ככל הגוים והם לא היו צריכים ככל הגוים אם היו שומרים דרך יי׳ כי הוא לוחם את מלחמותם : וכו׳ *si dixissent, da nobis regem qui judicet nos rectè & fideliter, non displicuisset Samueli. ecce enim scriptura testatur, filios ejus fuisse judices malos (1. Sam. 8. v. 3.) aut si dixissent, prophetare tu, & judica nos tu cunctis diebus vitæ tuæ, quamdiu vales circuire ad loca, bonum fuisset. Aut si rogassent, constituatur tuo consilio Rex super nos, posteaquam tu consenuisti, & is judicet atq; arguat nos, coherceat nos timor ejus, ut servemus viam Domini? etiam talis petitio fuisset justa. Sed quia postulant, impone nobis Regem! malum fuit parvæq; fiduciæ in DEUM: præsertim quoniam addiderunt; sicut omnes gentiles. non enim indiguissent ut aliæ gentes, si custodiissent vias DEI, qui pro ipsis gerit bella sua. &c.* Ralbag. ibid. הנה טעו בזה כי ישראל אינם באופן שישפוט להם המלך לפי מה שירצה כמו הענין במלכי הגוים שמיסדים לעמים נימוסים כאשר יעלה על רוחם : *ecce in hoc errarunt, quod Israelitarum conditio non est, ut judicet eos Rex aliquis pro suâ voluntate, ut imperatores gentilium, qui sanciunt populis suis leges, quascunq; animis concipiunt.*

Theor. II.

Jus elegendi competebat Prophetis & Synedrio magno: qui & oraculum consulebant.

STatus regni Judaici non absolutè Monarchicus erat, sed cum Aristocratico mixtus Habebant enim Jerosolymis præter Regem Senatum quoque magnum, unius & septuaginta virorum, sine cujus assensu Rex in gravioribus causis nihil poterat decernere. Hujus Synedrii rationem aliàs, DEO volente, peculiari libro plenius describam, quia scitu dignissima est: nunc verò quantum ad præsens

stitutum sufficit, pauca inde delibabo. Institutum erat ab ipso Mose jussu Dei; & habebat duos præsides, quorum unus ratione potestatis, dignitatis & sapientiæ, alter ætatis merito collegis præfuerat. de quibus Moses noster Ægyptius Hal. Sanhedr. cap. 1 v 3. & seqq. mihi Tom. 4. pag. 733. b. בית דין הגדול במקדש והוא הנקרא סנהדרין גדולה ומניינן אחד ושבעים שנ׳ אספה לי ע׳ איש מזקני ישראל ומשה על גביהן שנ׳ והתיצבו שם עמך הרי ע״א . הגדול בהכמה שבכולן מושיבין אותו ראש עליהן והוא ראש הישיבה והיא שקורין אותו החכמים נשיא בכל מקום והוא העומד תחת משה רבינו ומושיבין הגדול שבשבעים משנה לראש ויושב מימינו והוא הנקרא אב ב״ד ושאר השבעים יושבין לפני שניהם כפי מעלתם כל הגדול מחברו בהכמה יהיה קרוב לנשיא משמאלו יותר מחברו . והם יושבין בכמו חצי גרן בעיגול כדי שיהיה הנשיא עם אב בית דין רואים כולם : *Senatus major in Sanctuario erat* (in LISKAT HAGGAZIT seu conclavi lapideo, quod in AZARA seu Atrio profano populi; ut infra cap. 14. explicat) *& vocabatur Sanhedrin magnum* (voce à Græco συνεδρίῳ deflexâ, cujus etiam mentionem facit Christus Matth. 5. v. 22.) *Numerus illorum erat LXXI. sicut dicitur (Num. 11. v. 16.) congrega mihi 70 viros de senibus Israel (vers. seq. separabo de spiritu tuo, & communicabo ipsis) His Mose præfuerat, sicut dicitur: (eod. textu) & stabunt ibi tecum. Ecce in summa 71! Qui grandior sapientiâ, cæteros omnes antecellebat, eum faciebant Præsidem seu caput consessus. Is ipsus est, quem eruditi ubiq; terrarum appellant NASI h. e. Principem, isq; præest loco Mosis Magistri nostri. At qui inter septuaginta Senatores, annorum ratione natu maximus erat, eum collocabant à dextris illius, vocabantq; ABH BETH-DIN h. e. Patrem consistorii. Cæteri 69. sedebant ordine promotionis & dignitatis suæ; quo quisq; major in sapientiâ quàm collega suus, eò locabatur propius ad sinistram Principis. Circum sidebant autem dimidiam quasi aream semicirculariter, ut eos ambo Præsides Princeps & pater, omnes simul in conspectu haberent.* Conveniebant ibi quotidie, sed diebus Sabbathinis in Synagogâ montis, & considebant à mane ad vesperam continuè. si quis autem necessario impedimento emanebat vel avocaretur, licebat abesse vel abire; sic tamen nè collegarum numerus plus justo minueretur, hoc est minus tertiâ parte superesset. Init. cap. 3. עד אימתי יושבין הדיינים בדין סנהדרין קטנה ובית דין של שלשה יושבין מאחר תפלת השחר עד סוף שש שעות ביום . אבל בית דין הגדול היו יושבין מתמיד של שחר עד תמיד של בין הערבים . ובשבתות וימים טובים היו יושבין בבית המדרש שבהר הבית : אין בית דין של ע״א צריכין שהיו יושבין כולן כאחד במקומן שבמקדש אלא בעת שיהו צריכין להתקבץ מתקבצין כולן ובשאר העתות כל מי שהיה לו עסק יצא לעשות חפצו וחוזר והוה שלא יפחתו משלשה ועשרים יושבים תמיד כל זמן ישיבתן הוצרך אחד מהן לצאת

ודי

הרי זה מסתכל בחביריו הנשארים אם ישארו שם כ״ג יצא ואם לאו לא יצא עד שיבא אחר *quamdiu sedent Iudices in Synedrio parvo? (qualia insuper Ierosolymis bina erant, unum in porta Esdræ, alterum in Montis porta) & in collegio triumvirorum? (qualia paßim in minoribus civitatibus) à precibus matutinis ad finem horæ sextæ (quæ nostro meridici respondet) At senatus magnus considebat à sacrificio jugi matutino, ad juge vespertinum, (quibus horis quotidie duo agni mactabantur, Exod. 29. v. 39. scilicet prior ante Solis ortum, posterior circa horam nonam, nostram verò tertiam pomeridianam, quando jam umbræ prolongari occipiunt. Hal. Temidin. cap. 1. p. 467. b.) Diebus Sabbathinis item festivis conveniebant in auditorio quod erat in monte templi (ubi tunc lex Mosaica prælegebatur. Act. 15. 21.) non necesse est ut LXXI. senatores in sanctuario semper omnes ad unum præstò sint, nisi quando rei gravitas omnium præsentiam requirit: aliàs cuicunque negotium est, exit & vacat suis rebus atque revertitur; sic tamen nè pauciores viginti tribus continuè assideant. Itaque si cui exire opus est, dinumerat ante suos collegas, si XXIII superfunt egreditur, sin minus, expectat dum redeat alter.* Senatus ille magnus cognoscebat præcipuè tantùm de rebus magnis, religionem & rempubl. attinentibus, v. g. de controversiis legalibus, anno intercalari, Pseudoprophetis, Apostatis, excommunicandis; de rege, bello, fœderibus, legatis, vectigalibus, publicis ædificiis, magistratibus inferioribus &c. quas è cap 1. Massicht Sanh. cap. 1. Mass. Schesuos capp. 8 & 9. M. Sotah & plurib. locis Talmud. collegit Maymonid init. c. 5. p. 7 5. a.

אין מעמידין מלך
אלא על פי בית דין של ע״א ואין עושין סנהדרי קטנה לכל שבט ושבט ולכל
עיר ועיר אלא על פי בית דין של ע״א ואין דנין לא את השבט שהודח כולו
ולא את נביא השקר ולא את כהן גדול בדיני נפשות אלא בבית דין הגדול.
אבל דיני ממונות בשלשה : וכן אין עושין זקן ממרה ולא עושין עיר הנדחת
ולא משקין את הסוטה אלא בבית דין הגדול . ואין מוסיפין על העיר ועל
העזרות ולא מוציאין למלחמת הרשות ולמדידת החלל אלא על פי בית דין
הגדול שנ׳ כל הדבר הגדול יביאו אליך : אין דנין דיני נפשות בפחות מכ״ג
שהן סנהדרי קטנה בין דיני נפשות אדם בין דיני נפשות בהמה כגון שור הנסקל
או בהמה נרבעת : וכו׳ *non constituunt regem, nisi de sententia Synedrii M. 71. votorum; non ordinant judicia minora singularum tribuum vel urbium, nisi ex eorundem 71. ore: non damnant totam tribum expellendam, nec prophetam mendacem, nec pontificem in capitali supplicio, nisi in eodem senatu magno. At pecuniariæ res à tribus judicantur. non verò declarant senem rebellem; nec evertunt civitatem, apostaticam, (Deut. 13. v. 13.) nec potant adulterii suspectam (aquis amaris Num. 5. v. 19.) nec ampliant urbem aut atria, nec egrediuntur in bellum potestatis (de quo infr. Theor. XXVIII.) aut ut metiantur situm occisi, (in confinibus reperti, Deut. 21. 2.) nisi de*

B volun-

voluntate Consistorii sapè memorati, sicut dicitur (*Exod* 18.22.) *quicquid magnum est adducant ad te. Capitalia non judicant inter pauciores quàm viginti tres, quot nempe sunt in Synedriis parvis, sive animam hominis seu bestiæ tantùm attineat, v. g. si bos lapidandus* (*Exod.* 21. *v.* 28.) *aut jumentum subactum* (*Lev.* 20.16.) *&c.* Propter votorum libertatem, non admittebatur Rex in collegium senatus. (excepto Davide) at Pontifices & Prophetæ, cæteris paribus, recipiebantur. Idem c. 2. v. 4. אין טושיבין מלך ישראל בסנהדרין שאסור לחלוק עליו ולמרות את דברו, אבל מושיבין כהן גדול אם היה ראוי בחכמה; *non cooptant regem Israël in Synedrium,* (*secus quàm existimat Zepperus in LL. Mosaic.*) *quia nefas est ab ipso dissentire & contradicere verbis illius. at suscipiunt Sacerdotem maximum, si modo dignus vel idoneus est quà sapientiam.* Et in præfat. totius operis statim pag. 2. nominatim recensentur plurimi Prophetæ, qui Synedrio aut assederint aut præsederint, ut Moses, Josua, Samuel, Achias Silonites, (longævus ille, qui aliquot secula vixit, scil. ab Amram ad Eliam usque. *Seder olam fin. cap.* 1.) ipse Elias, cum discipulo Elisa, Amos, Hoseas, Esaias, Micha. Joël Nahum, Habakuk. Zephanias Jeremias, Baruch, omnes hoc ipso successionis ordine. Item quinam Esdræ sacerdotis collegæ fuerint in illa celeberrima כנסת הגדולה *Synagogâ magnâ*, nempe Haggæus, Zacharias, Malachias, Daniel, Chanania, Misaël. Azaria, Nehemia, Mardochai, Zerubabel, pluresque alii succenturiati ad CXX. usque, quorum postremus Simeon ille justus, fatente Luthero in Chron. collector Talmudi, quem Syracid. laudat cap. 50. postea Antigonus Sochæus, Jose ben J[illegible]æzer, Josua f. Perachiæ, Abtalion prosolytus, Hillel vivax, cum æmulo Schammai, eruditus R. Jochanan f. Zachæi, & alii plures, quorum Apophtegmata & nomina passim in *Pirk. Afot.* è quibus etiam æquus ille Gamaliel, Act. 5. v. 34. Penes hos igitur facultas erat eligendi Reges, ut Maym. testatur Hal. Mel. c. 1. v. 4. אין מעמידין מלך בהחילה אלא על פי בד של ע֗ זקנים ועל פי נביא. כיהושע שמינהו משה רבינו ובית דינו וכשאול ודוד שמינם שמואל הרמתי ובית דינו *non constituebant Regem initio* (*antequam res ad successionem deveniret*) *nisi de sententiâ judicii majoris* 70. *senum, & ex ore Prophetæ. sicut Iosua quem præfecit Doctor noster Moses unâ cum collegis suis: & Saul atq; David, quos ordinarunt Samuel & socii senatores.*

Non hîc tacitè prætereundus est admirabilis modus, quem adhibuerunt olim. Neque enim simpliciter in talibus per usitatam votorum collectionem procedebant; multò minùs incertæ sorti vel auspiciis res tantas committebant, quomodo conjurati quondam Persæ Regem eligebant, per hinnitum equi, quem Darius de consilio callidi

Ilidi cujusdam servi facilè & memorabili strategemate procuravit; *ref. Iustino circ. fin. l.* 1. Ac in parilitate competitorum electiones etjamnum sortitione decernendas censet *Schonbornius lib.* 2. *Polit. c.* 2. Sed habebant Hebræi multò tutiorem modum, quo res dubias gravesque deciderent; nempe oraculum illud sacrum in pectorali Pontificis. de quo Aben-Ezra præceptum electionis Regiæ Deut. 17. 15. interpretatur, in glosſ. marg. sic notans: אשר יבחר על פי נביא או משפט האורים והטעם לא אשר תבחר אתה. *Quem elegerit DOMINVS*] *scilicet per os Propheta, vel indicio VRIM; adeóq; sensus est, non quem tutemet elegeris ipse.* Quale autem hoc oraculum fuerit olim, non quidem prorsus constat hodie, quia dudum, & cum captivitate Babylonica expiravit referam tamen quid de eo prisci tradiderint, quia Latinis ignotiora esse video. URIM & THYMMIM utiq; non erant aliquod opus humanæ industriæ, sed artificii divini, quod è textu Exod. 28. 30. non malè probat Rab. Bechai in suo Biur-al-hatthora. הזכירן בהא הידיעה ולא זכרן בשום מקום עד עתה כי לא מנאם עם יתר הכלים במלאכת האומנים שיאמר בהם ועשית את האורים וכו׳ והנה זה עדות שלא היו מעשה חרש כי אם מעשה שמים. ונזכרו כלשון וישכן מקדם לגן עדן את הכרובים: *nominat ea cum He demonstrativo, nec meminerat in ullo loco hactenus. non enim enumeravit cum reliquis vasibus in operibus artificum, ut dixerit de illis, facias Vrim. &c. en hoc est testimonium, non fuisse opus fabrile sed cœleste. est locutio qualis in illo* (*Gen.* 3. 24.) *collocavit ad orientem paradisi Cherubim* (*quorum creationis antea non recordatur*) plerique opinantur fuisse characteres sacros, & mirificum DEI nomen quod *Schem Hamphorasch* appellant, divino digito insculptum. R. Salomo ad h loc. הוא כתב שם המפורש שהיה נותני בתוך כפלי החשן *scriptum erat arcanum DEI nomen* (*quod* 72. *literis constasse creditur, prout versus* 19. 20. 21 *cap* 14. *Exod.*) *& insertum medietati duplicis pectoralis.* Huc quoque facit antiquissimum Targum Jonathæ, Judæis magni habitum & Paulo etiam nostro lectum, quod suprà dictum versum ita chaldaicè interpretatur: ותתן בחושן דינא ית אוריא

דמנהרין מיליהון ומפרסמין טמירן דבית ישראל וית
תומיא דמשלמין בעובדיהון לכהנא רבא דתבע אולפן מן
קדם יי בהון דבהון חקיק ומפרש שמא רבא וקדישא דביה
אתבריין תלת מאה ועשרתי עלמיא וחקיק ומפרש באבן
שתיה דבה חתם מארי עלמא פום תהומא רבא מן שירויא
וכל מאן דמדכר ההוא שמא קדישא בשעת אניקי משתזיב
דטמירן

ושמית מגלין ויהון על לבא דאהרן בזמן מיעליה קדם יי *ponas in pectorale judicii LUCES quibus illuminentur verba illorum, & revelentur arcana domui Israël, atq; PERFECTIONES quæ perficiant opera Sacerdotis magni, quando rogat doctrinam à conspectu Domini per ea. Nam in eis sculptum & explicatum erat nomen illud magnum & sanctum, quo creati sunt trecenti & decem mundi (vel secula) sculptum inquam & expressum in lapide fundamentali, quo Dominus mundi obsignavit (vel obturavit) os abyssi magnæ (Gen. 1. 2. h. e mundum sine fulcro in magno inani firmavit) ab initio. Quicunq; pronunciat illud nomen sacrum in horâ gemitus, liberatur; & abscondita patefiunt. Hæc sunto super cor Aaronis, tempore quando comparet coram Domino.* Absurda fortassis expositio nonnemini; sed quam ego, si cum grano salis, nec Judaicè accipiatur, minimè contemnerem: ob reverentiam vetustatis. Videamus verò Usum, & quâ ratione responsa dederit interrogantibus. Modus ille describitur in Massicht. Sota: sed dilucidius eum recensuit Rambamus Hal. Kele-hammikdasch circ. fin cap. ult. כיצד שואלין עומד הכוהן ופניו לפני הארון והשואל מאחריו פניו לאחורי הכהן ואומר השואל אעלה או לא אעלה ואינו שואל בקול רם ולא מהרהר בלבו אלא בקול נמוך כמי שמתפלל בינו לבין עצמו. ומיד רוח הקדש לובש את הכהן ומביט בחושן ורואה בו במראה הנבואה עלה או לא תעלה באותיות שבולטות מן החושן כנגד פניו והכהן משיבו ואומר לו עלה או לא תעלה.. אין שואלין על שני דברים כאחד ואם שואל משיבין על הראשון בלבד ואין נשאלין בהן להדיוט אלא או למלך או לבית דין או למי שצורך הציבור בו שנ׳ ולפני אלעזר הכהן יעמיד : תו׳ *Quomodo consulunt? stat Pontifex facie suâ versus arcam, & consulens retro illum, vultu ad tergum sacerdotis directo, rogatq; Ascendam né aut non ascendam? (exemplo tribus Iudæ, Iudic. 1. v. 1.) Non quærit voce clarâ: nec fluctuat cogitationibus in mente suâ, sed utitur voce submissâ, ac si quis oraret secum ipse solus. Confestim Spiritus sacer induit Pontificem, (ex 2. Paralip 24. 20.) respicientem ad pectorale, in quo cernit per visionem propheticam; Ascende, aut non ascende: dum literæ promicant è pectorali adversus faciem suam. tunc respondet Sacerdos Abi vel non abi. Nunquam sciscitantur de duabus rebus simul, aut si quis sciscitaretur, acciperet responsionem ad primam tantùm. (neq; enim ambiguum est hoc oraculum, ut tripus Apollinis Delphici.) Non consulunt hic Idiotæ, sed aut Rex, aut senatus, aut ii quo Respub. indiget. sicut dicitur (Num. 27. 21.) coram Eleazaro sacerdote stabit (Iosua. & interrogabit per judicium Urim. &c.)* Nondum tamen hinc satis constat, quomodo responsa vel affirmativa vel negativa reddiderit hoc oraculum. Certum est non auditam esse vocem: nam is modus בת קול peculiaris fuit. nec per aures futura cognovit Pontifex, auscultando; sed cernendo, per oculo-

rum ſenſus, DEI mentem accepit. & in hoc benè conveniunt antiqui, viſas ei fuiſſe litteras, quas in vocem ſignificativam colligere debuerit. ubi vero Alphabethum? in hoc variant. plerique id quærunt in gemmis pectoralis, quoniam ei nomina duodecim tribuum, arte ſculptoriâ inciſa fuiſſe memorantur, Exod. 28. v. 21. ad quem textum R. Bechai ſic: היו שמות קדושים מכחם ידע הכהן העתיד וישמיע לכל שואל הבאות. והשמות האלא שני הלקים האחר מכחם יאירו אותיות השבטים הקבועים באבני החשן והם הנקראים אורים בהיותם מאירים לעיני הכהן והשני מכחם יבא בלב הכהן שידע להצמיד ולחבר האותיות ולהוציא התיבה מהם כדי שיהא מכוין בתשובת השאלה *erant nomina ſancta, de quorum virtute novit Sacerdos futura, & patefecit ventura roganti. Nomina illa fuerunt in duplici diſcrimine: uno, quod facultate ſuâ illuminabant literas tribuum infixas lapidibus pectoralis, unde dicebantur VRIM, h. e. luces, quod allucerent oculos Pontificis: altero, quòd illorum arcanâ qualitate veniret in cor Sacerdotis, ut noſſet combinare, & aſſociare literas, dum conficeret dictionem ex illis, quæ apta eſſet pro reſponſione ad interrogata.* Mihi verò id non eſt veriſimile, quia duodecim Patriarcharum nomina ראובן שמעון לוי יהודה יששכר זבולון נפתלי דן גד אשר יהוסף בנימין non totum Alphabethum exhauriunt; ſed deficiunt literæ חטצק item tres finales ךםץ quarum tamen jactura tolerabilior (viciſſim nomini Joſeph HE ex nomine divino inſertum, ut in univerſum ſint quinquaginta literæ. Maym. cap. præc. 9. hal. ſ. citat) Itaque non omnia ſignificari, v. g. nomen יצחק *Iſaac* oſtendi non potuiſſet. Proinde malo cum R. Abrah. Seba in ſuo Zer. ham ſ. h. l. credere כי שאלת הכהן היתה נודעת באותיות שבולטות באבנים שהיו מאירות או היו השוכות ועל זה נקראו אורים שמאירים ותומים שמשלימים האותיות: *quod petitio Sacerdotis fuerit ſignificata per literas promicantes è lapidibus, qui aut illuminabantur, aut obſcurabantur; unde dictæ ſint luces quæ luxerint, & perfectiones quæ perfecerint literas.* hoc eſt, ipſa configuratio gemmarum illuminatarum inter opacas, ſpeciem literarum exhibuerit. quomodo ſcilicet obſeſſi ſolent aliquando ſtatum urbis, artificii conſcio & eminus ſpectanti ſocio, per candelas variè ſublatas noctu ſignificare. de quo auguſtiſſimus *Guſtavus Selenus in Steganographiâ.* Hanc conjecturam confirmat etiam arcana quædam ſcriptura Cabaliſtarum, quam כתיבת השמים *cæleſtem* vocant, & proximè ad iſtam accedit. nec temerè juſſus eſt Moſes, Exod. 28. 17. illas duodecim gemmas in quatuor ternarios diſponere, ut nempe vario lucidorum punctorum ſitu, literas omnes etiam finales repræſentare poſſint, in hunc vel ſimilem modum:

ט	ח	ז	ו	ה	ד	ג	ב	א
o.o	ooo	.oo	.oo	ooo	ooo	.oo	oo.	o.o
o.o	o.o	.o.	..o	..o	..o	..o	..o	.o.
.o.	o.o	.o.	..o	o.o	..o	ooo	ooo	o.o
...	...	...	...	...	...	...	...	...

צ	פ	ע	ס	נ	מ	ל	כ	י
o.o	ooo	o.o	.oo.	.oo	ooo	o..	oo.	.oo
.o.	ooo	.o.	o.o	..o	o.o	ooo	..o	..o
ooo	ooo	o..	.o.	.oo	.oo	..o	.oo	...
...	...	...	...	...	...	.o.	...	...

ץ	ף	ן	ם	ך	ת	ש	ר	ק
o.o	ooo	.oo	ooo	ooo	ooo	ooo	oo.	ooo
.o.	ooo	..o	o.o	..o	.oo	ooo	..o	.oo
.o.	..o	..o	ooo	..o	o.o	.o.	..o	.o.
.o.	..o	..o	...	..o	...	...	...	...

unde natas esse puto Geomanticas figuras, ex situ projectiliũ, nescio majori impietate dicam an vanitate, à curiosis hominibus elicitas.

Lucrum Damnum Lætitia Tristia Fortuna major Fortuna minor Albus Rubeus &c.

Soletenim infernalis ille Simius, ut superstitionibus irretiat incautos, magnalia Dei æmulari, & quod proverbialiter dicunt, juxta templum Domini fana sua passim extruere. Hoc oraculum diu quidem in Dei populo duravit, non tamen semper & omnibus pro lubitu suo respondit: unde Saul repulsam passus, tandem è Saga sciscitatus legitur. 1. Sam. 28.v. 6. *Consulit Saul Dominum, sed non respondit ei nec per somnia, neq; per VRIM, neq; per Prophetas. tunc dixit, quærite mihi mulierem peritam Pythoniæ artis. &c. quæ à Rabinis uxor cujusdam Zephaniæ, & Abneris capitanei mater fuisse traditur; atq; præter verum Samuelem Mosen quoq; excitasse, Magistratuum habitu, quo sepulti fuerint, comparentes. ac præter morem ejusmodi spectrorum, non capitibus sed pedibus insistentes, verùm trepidos quod se jam ad judicium evocari metuerent; quos ipsa Pythonissa tantùm viderit, Saul tantùm audiverit, comites verò Abner & Amasa prorsus non senserint. quæ prolixius nunc afferre, alienum esset.* In secundo templo defecit hoc oraculum, & quamvis Pontifex

tifex etiam tunc ſplendidiſſimè veſtiebatur, (quod ex Joſephi libb. antiqq. præſertim Alexandri hiſtoria conſtat) tamen uſum pectoralis hujus minimè habebat, quod veteres unanimiter fatentur. Kaſchi ad Eſdr c. 2. v. 63. מצינו בפרק ראשון של יומא שהיה בית שני חסר מאורים ותומים. *invenimus in capite primo libri Ioma, quòd domus ſecunda deſtituta fuerit oraculo Vrim & Tymmim.* Ab. Ezra ibid. האורים שעשה משה נגנזו ולא נעשו עוד אחרים תחתם *Vrim quæ inſtituerat Moſes recondita ſunt, neq; ſubſtituta hactenus alia pro illis.* erat hæc jactura communis cum aliis quatuor rebus pretioſiſſimis, R. D. Kimch. ad Hagg. 1. v. 8. חמשה דברים חסרו מבית שני ארון ואורים ותומים ואש העליונה ושכינה ורוח הקדש: *quinq; res deſiderabantur in domo poſteriori, Arca, (fœderis, cum incluſis tabulis Decalogi, urnâ manna & baculo Aaronis refloreſcente. Hebr. 9. v. 4.) Vrim Tymmimq;, Ignis ſuperior (vel ſacer, ad differentiam alieni ſeu profani, Lev. 10. v. 1. qui primùm cœlo delapſus, fovebatur continuè, usq; ad captiv. Babylonicam, ſub dio nullis unquam imbribus extinctus, Pirk. Aſ. c. 5.) habitatio divina (præſentiam ſuam ſenſibiliter demonſtrans, ut olim nube vel ignis columnâ.) Spiritus ſacer (qui Prophetas integris ſenſibus afflabat, non per obſcuras viſiones.* Quod interpretes Hebræi ad vocem illius textus אֶכָּבְדָה *honorabor* notant, non ut inde probent, (quod pius quidam vir imperitè ſuſpicatur & inde Rabinos præter meritum exagitat) ſed ut rei notiſſimæ & alibi probatæ, ſuo more סימן *ſymbolum* memoriale, in recordationis facilioris ſubſidium pararent. Reſtitutionem hujus Urim, Judæi adhuc dum expectant, è d. l. Eſdræ & repetito Nehem. 7. v. 65. *ubi promittitur Sacerdos cum Vrim & Tymmim, qui familiarum diſcrimina ſit indicaturus, & omninò nondum ſurrexerit.* R. Sal. de ימות המשיח *diebus Meſſiæ* accipit, nobis fortè non ineptum eſt diu ſperatæ converſionis ipſorum argumentum. Ignoſcat benevolus lector, quod electionis occaſione longius huc digreſſus ſum: nunc in regiam viam redibo.

Theor. III.

Prohibebantur eligere Fœminam, Extraneum, Cerdonem.

AD tria potiſſimum in electione Regis reſpicere debuerunt, Sexum, Patriam ſeu Natales & genus vitæ. de quibus nunc diſtinctè. Sexus privilegio tantùm admittebantur mares ad imperium,

non verò fœminæ. Maym. hal. Melach c.1.v.6. אין מעמידין אשה במלכות שנ׳ עליך מלך ולא מלכה וכן כל משימות שבישראל אין ממנים בהם אלא איש *non collocant Mulierem in regno, quia dicitur (Deut. 17.15.) super te Regem, neq; (scriptum est) Reginam. sic & in omnibus præfecturis Israëliticis, non constituunt nisi viros.* Talis etiam, referente Cl. Dn. Berneggero in notis ad cap 22 Suet. lex est Gallorum Sali a *vetans regnum à lanceâ transire ad colum* Ubi quoque repetit è Tacito, de Sitonibus gente quondam Suevica, qui fœmineo imperio colla submiserint, *degenerasse illos non modò à libertate, sed & ab ipsâ servitute:* nam qui Regibus serviunt, serviunt viris; at qui fœminis, parent iis quibus natura virtutes imperatorias negavit paucæ enim sunt, quæ virilibus curis vitia fœminarum exuant. & Amazonum res fortiter gestas non credit Strabo. ablegat verò Salomon Prov 31. *mulieres ad telam non telum.* ut idem in Coroll. ejusd. c 22. scitè notavit. Quod ipsum Nob. & Amplis. Dn. D. *Lansius* fautor meus magnus, cum mihi hæc scribendi ex insperatò superveniret, & occupatiunculas meas amicè lustraret, tali epigrammate αὐτοσχεδίως expressit, arguto sanè, & quod authorem ultrò prodat, proinde inseri utique dignissimum censeo.

Apta quidem telæ, sed inepta est fœmina telo:
Indignumq; viris, subdere colla colo.

Audiatur itaque illud Aristotelis, τό τε ἄῤῥεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον, *Masculum naturâ præ Fœmineo esse Imperatorium.* Quod verò 2. Reg 11. v. 1. Atthalia mater Achaziæ, filio successisse legitur, & regno Judæ septem annis præfuisse, recordandum est fecisse hoc non de jure sed facto, & invasisse imperium tyrannicâ vi, semine regio usque ad unum Joasum crudeliter interempto; qui minorennis adhuc in templo intereà delituit.

Alterum erat de patriâ. nè alienigenam eligerent. sed domi natum adeoque fratrem. Maym. v. præc. 5. אין מעמידין מלך מקהל גרים אפילו אחר כמה דורות עד שתהיה אמו מישראל שנ׳ לא תוכל לתת עליך איש נכרי אשר לא אחיך הוא. ולא למלכות כלבד אלא לכל שררות שבישראל לא שר צבא לא שר חמשים או שר עשרה אפילו ממונה על אמת המים שמחלק ממנה לשדות ואין צריך לומר דיין או נשיא שלא יהא אלא מישראל שנ׳ מקרב אחיך תשים עליך מלך כל משימות שאתה משים לא יהו אלא מקרב אחיך : *non constituunt Regem è cœtu proselytorum, etiam post plurimas generationes, usq; dum mater sit ex Israële. sicut dicitur (Deut. 17. 15) non poteris dare super te virum alienigenam, qui non sit frater tuus. Neq; in regno tantùm, sed & in omni potestate Israëliticâ; non Principem exercitus, non Capitaneum supra quingentos, nec Decurionem. imò nè*

Præfe-

Præfectum quidem aquarum fideliter distribuendarum. Dicere nil attinet *Iudicem aut Præsidem; quoniam non nisi ex Israële sunto. (eod. vers.) è medio fratrum tuorum pones super te Regem. sic etiam omnes præfecturæ, quas tu ordinas, non sunto nisi è meditullio fratrum.* De Edomitis posset hoc loco dubitari, an ex illis regem eligere liceat, quia in scripturâ Fratres Israëlitarum nominantur, Deut. 2. v. 4. *transitis per terminum fratrum vestrorum filiorum Esau habitantium in Seir, ipsi timebunt à vobis, ideò cavete valdè, nè provocetis eos, quia vobis nihil quicquam dabo de terra illorum, nè quidem quantum vola pedis tegit: Esavo enim in hereditatem dedi montem illum. &c.* ac certè originis ratione fratres sunt, nam descendunt ab Esau, uterino & congemello Jacobi, qui propter coctas lentes, quibus primò genituram suam vendidit, appellatus fuit אֱדֹם *Edom h. e. rufus* Gen. 25. 30. Sed fuerunt infidi fratres, & negarunt Israëlitis commeatum. Num. 20. 18. *dicentes, noli per meas regiones transire, nè fortè cum gladio tibi occurram,* unde Judæi Christianos hodie, inter quos difficulter habitant, Edomæos, ingratè tamen vocant. Ideò negat R. Abrah. Aben Ezra, ex illis Regem eligi potuisse, Comm. ad Deut. 17. בדרך האמת לֹא אחיך שֶׁאיננו ממשפחת ישראל ולֹא אדמי אף על פִּי שכתוב בו אחיך *secundum veritatem non est frater tuus, qui non sit de familiis Israël. Nè quidem Edomita, quamvis scriptura eos vocet fratres tuos.* De Herode utrum Judæus fuerit an Proselytus Ascalonita, vide disputantem Casaub. Exerc. ad Bar. 1. circ. fin. n. 2. Existimant quidem Politicorum aliqui, prodesse interdum Reipubl. si extraneus Rex suarum virium conjunctione illam augeat, quin afferunt exempla, ubi res à peregrinis non malè administrata fuerit; sed populo Dei exoticum imperium fuit omninò fatale atque πανολεθρίας extremæ occasio, præterea dudum promiserat oraculum Genes. 49. 10. *non recessurum sceptrum à Iudà &c.*

Ultimum, quod in regibus suis spectabant Israëlitæ, vitæ genus erat nè quis è sutrina vel obscuro loco alio, ascenderet ad regalis throni fastigium. Quod observasse dupliciter intererat ratione sui, nè in vili artificio ingenium servile contraxerit; & ratione aliorum, ut a populari contemptu vindicaretur. Moses noster Ægypt. ibid. ואין מעמידין מלך ולא כהן גדול לא קצב ולא ספר ולא בלן ולא גרדי ולא בורסי לא מפני שהן פסולין אלא מפני שאומנותן נקלה העם מזלזלים בהן לעולם ומשעשה במלאכה מלא יום אחד נפסל *non eligunt Regem vel Pontificem qui fuerit lanius, aut tonsor, aut balneator, aut textor, aut coriarius; non quod tales profani sint, [illegible] sed quia eorum artificia vilia, populus contemnit semper. Si vel unicâ die laboraverit in ejusmodi opificio, ineidoneus est.* Sentiunt [illegible] Judæi parùm honorificè de cer-

 domi-

donibus; credo quia per diuturna exilia ocio jam assueverunt, & pigris usuris saginantur. Talmud. circ fin. lib Kidduschim, pag 82.a.

ר׳ מאיר א׳ לעולם ילמד אדם את בנו אומנות נקייה וקלה ויתפלל למי שהעושר הנכסים שלו שאין אומנות שאין בה עניות הכל לפי זכותו (פי׳ לפי סולו דבני וחיי ומזוני לאו בזכותא תליא מלתא אלא במזלא תליא מילתא.) ר׳ שמעון בן אלעזר א׳ ראית מימיך חיה ועוף שיש להם אומנות והן מתפרנסין שלא בצער והלא לא נבראו אלא לשמשני . אבא גוריין איש צדיין א׳ משום אבא גוריא לא ילמד אדם את בנו חמר גמל קדר ספן (פי׳ כל אילו אומנות ליסטיות כשלנין בדרכים הם נכנסים ולוקטים עצים מן הכרמים נפירות ועוד שנשכרים לאדם ומעבירין על תנאם) רועה (בהמות שלו שמעבירין לרעית בשדה אחרים) ותנוני (מלומד בהונאה להטיל מים ביין וצרורות בחטין) ר׳ יהודה א׳ משמו החמרין רובן רשעים (מפני ליסטיות) והגמלים רובן כשרים (שפרדשין למדברות למקום גידודי חיות ויראים לנפשם) הספנים רובן חסידים (שפושין למקום הסכנה ותמיד הם ברעדה) טוב שברופאים לגיהנם (אינו ירא מן החולי ומאכלו מאכל בריאים ואינו משבר לבו למקום ופעמים שהורג נפשות ויש בידו לרפאות העני ואינו מרפא) והכשר שבטבחים שותפו של עמלק (ספיקי טריפות באות לידי וחס על ממונו ומאכילן) ר׳ נהוראי אומר מניח אני כל אומנות שבעולם ואיני מלמד את בני אלא תורה שאדם אוכל משכרה בעולם הזה וקרן קיימת לעולם הבא ושאר כל אומנות אינן כן כשאדם בא לידי חולי או לידי זקנה או לידי יסורין ואינו יכול לעסוק במלאכתו הרי הוא מת ברעב אבל התורה נותנת לא אחרית תקוה בנערותו ובזקנתו. וכו׳. תנו רבנן כל שעסקו עם הנשים סורו רע כגון הצורפים (עושין לנשים נזמים וטבעות) והסריקים (סורקי בגדים לנשים) והנקורות (מנקרי ריחים של יד שנשים טוחנות בהם) והרוכלין (מוכרין קשוטי בשמים) והגרדיים והספרין והכובסים והגרע (אומן המקיז דם) והבלן (מחמם מרחצאות) והבורסקי (מעבד להם עורות ללבוש ולנעול) אין מעמידין מהם לא מלך ולא כהן גדול מאי טעמא לא משום דפסילי אלא משום דזיל אימנותיהון . תנו רבנן עשרה דברים נאמרו בגרע מהלך על צידו ורוחו גסה ונתלה יושב ואינו יושב שלשתן סימני גאוה) ועינו צרה ועינו רעה (בממונו להוציא כלום) אוכל הרבה (אצל המקיזין) ומוציא קימעה (מתוך שמאכלו יפה בלחם נקי ובשר שמן שממעטין את הזבל שכל אדם מכין לסעודת הקזה מאכל בריאה) וחשוד על העריות מתוך שהנשים צריכות לו ועסקו עמהן) ועל הגזל ועל שפיכות דמים . תניא אשרי מי שרואה הוריו באומנות מעולה אוי לו למי שרואה בפגומה אשרי מי שאומנותו בסם ואוי לו שבורסקי אשרי שבניו זכרים אוי למי נקבות . ר׳ שמעון בן אלעזר א׳ מימי לא ראיתי צבי קייץ (מייבש קציעות בשדה) וארי סבל ושועל חנוני . כל אומנות אין עומדות אלא בימי ילדות : *Rabi Meir ait. semper homo doceat filios suos opificium mundum & facile, atq; exoret tales (Magistros) quibus opes & facultates sunt. nullum enim reperitur artificium, ubi non etiam pauperes sint; cuncta pro cujusvis merito. (R.*

Sal.

Sal. Iarchi in Gloss. marginali corrigit: pro fortunâ. nam filios, longavitatem, & cibaria, non à dignitate vel meritis dependere, sed à felici sidere) R. Simeon filius Eleazar inquit, vidisti né ullis diebus tuis bestiam vel avem, quæ tenuerit artificium aliquod, & tamen aluntur, neq; difficulter, cum labore, quamvis creata sint ut serviant nobis. Abba Gorin vir Zidonius ait, nomine patris Goriæ: non doceat homo filium suum ut fit Agaso, Camelarius, Carbonarius, Nauta (Gloss. omnes enim illi sunt latrones, quamvis pernoctent in viis, tamen ditescunt, colligunt ligna sua è vineis atque fructiferis arboribus, etiam quando mercede serviunt cuipiam, transeunt per ejus ficus) Pastor (pecudum; quæ abigit in campos alienos) Caupo (deditus lucro, miscens aquâ vinum, & concisis stramentis triticum) R. Iehudæ inquit, ejusdem nomine: Agasones pleriq; sunt maligni (propter latrocinia) Camelarii ut plurimùm probi (quia diffunduntur ferè in desertis locis, ubi sunt agmina bestiarum, & timent sibi) Nautæ sunt plerunq; pii (quia versantur in perpetuo periculo tremulæ concußionis) Optimus inter Medicastros ad Gehennam. (Gloss. non enim metuit à morbis, vescitur lautè, nec confringit cor suum DEO, aliquando etiam interficit homines, quando pauperes, quod posset, non sanat) Præstantißimus inter Lanios socius est Amalek) quos odisse & ad internecionem usque persequi jubentur. Num. 25. ult. his aßimilantur lanii, quia morticinia de quibus dubitatur, an à feris discerpta sint, si nanciscantur vendunt, ut pecuniam lucrifiant) Rabi Neborai dicit; ego intermitto cuncta opificia mundi, & doceo filios meos solam legem, de cujus mercede homo edit in hoc seculo, & cornu ejus crescit in futurum. Non sic ulla opificia cætera. quando quis ægrotat, vel consenescit, vel captivus detinetur, nequit labori suo vacare, sicq; contabescit fame: at legis studium etiam in extremo benè sperare jubet; solatur in juventute & senectâ. Docent Rabini nostri, quicunq; opifices commercium habent cum mulieribus, recedunt à bono ad malum. verbi gratia Aurifices (qui conflát ipsis inaures & annulos) pectinatores (qui plicát vestes fœmineas) Rosores (qui effodiunt lapides trusatiles, quibus mulieres molunt) Mercatores (qui vendunt fucum & aromata preciosa) Textores, Scarificatores, Tonsores, Lavatores, & Chirurgus (qui venas secat sanguinem emittens) Balneator (calefaciens lavacra) Coriarius (parans ipsis pelles ad vestiendum & calceandum) **non eligunt ex illis REGEM nec Sacerdotem magnum.** Qua de causâ: non quòd reprobati sint ipsi, sed quia vile est opificium eorum. Tradunt nostri Doctores decem dicteria de Chirurgo: incedit lateraliter (corpore non prono, sed ad coxas detorto, ut equi generosiores) spiritus alit sublimes, suspensus aßidet (non plenâ mole dorsi; quæ tria sunt superbiæ signa) oculos coarctat, h. e. torvum tuetur, invidus est (si quicquam nummorum erogare debet) vorat multùm (apud

phlebotomiâ usos (legerit parùm) quia vescitur cibis bonæ nutritionis, pane similagineo & carne pinguiori, quæ minuunt semen. [cum veniâ Lectoris verto quidquid est in Hebræo] (solent enim convivia post venæ sectionē esse opipara) suspectus est obscœnitatis (dum mulieres curat, quæ ipso indigent) & furacitatis, & homicidii. Traditio. Beatus qui cernit liberos suos in opificio surgente; væ autem illi qui videt in obsolescente. Felix cujus artificium suaveolens; miser cujus fœtet ut pellionum. Benè illi cujus filii masculi; væ autem cui fœmellæ! R. Simeon f. Eleazar ait: à diebus meis nunquam vidi Capream apricantem (torrentem ficus in campo) aut leonem bajulantem, aut vulpem cauponantem. hæc talia tantùm in juventute decent. Non igitur his sordibus contaminari Rex debet, quas etiam liberæ animantes, naturâ duce dedignantur. Arcent nostra jura cerdones à dignitatibus. *nè quis è negociatoribus, vel monetariis, abjectisq́, officiis, vel deformibus ministeriis, aliquâ frui dignitate pertentet; imò si quis meruerit, repellatur,* l. 6. Cod de Dignit. *Negociatores ne militent,* peculiari Titulo Codicis. *Trapezitas, gemmarum argentiq́, vestiúmve venditores, apothecarios etiam, cæterosq́, institores aliarum mercium, quibuscunque ergasteriis adhærentes, jubemus à provincialibus officiis removeri; ut omnis honor à contagione hujusmodi segregetur.* l. 12. Cod. de Cohortalib. Quamvis non desint exempla eorum, quos ex obscuris locis fatum ad res maximas evocavit. Davidem è caulâ, 1. Sam. 16. 11. Agathoclem Siciliæ tyrannum è figlinâ, Justin. init. lib. 22. Primislaum ab aratro ad Libussæ thalamum. Æn. Sylv. H. Bohem. c. 6. Tarquinium Priscum regem Romanorum è tabernâ mercatoriâ. Valer. Max. lib. 3. cap. 4. ubi hujus fortunæ plures recensentur, & seq. cap. 5. alii contrà, qui à claris parentibus turpiter degenerarunt; quæ nobilia vocat, portenta.

Posset hîc fortean aliquis exemplum Saulis objicere, qui cum adhuc privatam vitam ageret, Agaso fuerit, 1. Sam. 9. 3. tàm vilis, ut amissam asinam per totum triduum, cum vitæ periculo quæsiverit v. 20. Opilionem, qualis David, videri tolerabiliorem Asinario, minusq; sordidum. adde quod natalium suorum obscuritatem ipse fateatur v. 21. Resp. ante Salomonis tempora, priùs quàm equi multiplicarentur in Israël, etiam ditiores asinis vectos fuisse, ut fratres Josephi. Gen. 43. 18. Magnatum filios, Judic. 10. 4. & 12. 14. Abigail 1. Sam. 25. 20. nec agasones pro infamibus habitos, sed nostris Equisonibus comparandos. præterea nobilitaverat DEUS Saulem singulari privilegio corporis pulchri & heroicæ staturæ, ut ad humeros usque supra totum populum emineret, 1. Sam. 9. 2. adeoque hâc rarâ proceritate regium aliquid præ se ferret, & angustam rem

domi

domi, lacertorum amplitudine pensaret. Quæ corporis majestas adeò spectabilis erat, ut ejus fama in Alkuranum usque penetraverit, fabulis tamen à Muhammede conspurcata. Sic enim ille Sureth Bakara v. 244. & seq. ad verbum:

الم تر الى الملإ من بني اسرائيل من بعد موسى اذ قالوا
لنبي لهم ابعث لنا ملكا نقاتل في سبيل الله قال هل عسيتم
ان كتب عليكم القتال الا تقاتلوا قالوا وما لنا الا نقاتل في
سبيل الله وقد اخرجنا من ديارنا وابنائنا فلما كتب عليهم
القتال تولوا الا قليلا منهم والله عليم بالظالمين ۝ وقال لهم
نبيهم ان الله قد بعث لكم طالوت ملكا قالوا انى يكون
له الملك علينا ونحن احق بالملك منه ولم يؤت سعة
من المال قال ان الله اصطفاه عليكم وزاده بسطة في
العلم والجسم والله يؤتي ملكه من يشاء والله واسع عليم ۝

Annon respicitis ad multitudinem ex filiis Israël post Mosen? quando dixerunt Prophetæ suo, excita nobis Regem, pugnabimus in semitâ DEI. Respondit, forsitan facietis contingere, si decretum fuerit super vos prælium, ut non pugnetis? dixerunt, nequaquam nobis; sed pugnabimus in semitâ DEI, quandocunq; nos exire jussi à nostris habitationibus & filiis nostris. At postquam scriptum erat super eos bellum, recusârunt, præter paucos ex illis. Sed DEVS novit Malignos. v. 245. Dixit eis Propheta eorum, utique DEVS jam excitavit vobis TALVTH (quòd Saulem nec aliū per hoc corruptum nomen indigitet, è toto contextu & circumstantiis apparet, præsertim è seq. v. 247. ubi hostis Goliathi disertè meminit) *regem: responderunt, quare sit ei regnum super nos? & nos digniores regno præ illo! neque accepit copiam de opibus. Respondit, utiq; DEVS segregavit eum super vos, & auxit illum amplitudine in scientiâ & corpore. DEVS dat Imperium cui vult, estq; DEVS amplissimus scientissimus.* hæc ille. Omitto quæ deinceps nugatur de Angelis, arcam fœderis è cœlo, in electionis confirmationem afferentibus, unà cum sacris in eâ reliquiis. item

quomodo novus Rex Saulus exercitum lustraverit, & quantum cava manu tenere possint, milites de rivo bibere jusserit. quæ cum historiâ Gedeonis, Jud. 7. v. 5. suo more confundit. Subit autem animo, quod Plutarchus *Instit. puer. mox post init.* de rege Archidamo refert, fuisse à subditis Laconibus, suis, pecuniâ mulctatum, quia pusillam uxorem duxerit und οὐ βασιλέας, ἀλλὰ βασιλίσκους *non Reges sed Regunculos* generatum iri timerent. nam omninò Gratior est pulchro veniens à corpore virtus. quamvis etiam illustres animas in distortis artubus hospitari aliquando sciamus; & contrà in aureo corpore pectus sæpè plumbeum.

Theor. IV.

Electum ungebant circa caput.

VArii sunt apud alios populos inaugurationis ritus. in hoc autem ferè conveniunt, quod novus Rex purpureâ veste vel paludamento, ubi aurum intertextum est, ornatur, populo sistitur & publicè proclamatur: tum insignia regni, ut corona, sceptrum, gladius ei porriguntur; aut Diadema. h. e. fascia candida capiti ejus circumligatur. plebi denique applaudenti & congratulanti publicum epulum exhibetur. Quiritum Rex primus Romulus, authoritatis causa duodecim lictores sibi ascivit, qui virgarum fasces cum securi præferrent, potestatis in vitam symbola: quod etiam exactis regibus Consules imitati sunt. Apud Christianos solenne est, ut novi Principes in templa deducantur, Deus pro salute publicâ invocetur. Cum primis verò memorabile, quomodo Gallorum Reges inaugurentur; quod prolixius descripsit Sleidanus *circa med. l. 19. mihi pag.* 543. cujus hæc summa est: à tribus Cardinalibus in templum deduci, ibi divorum reliquias auro inclusas osculari, sacerdoti peccata confiteri, in lecto recumbentem sublevari, à Connestablio strictum ensem præferri ab Archiepiscopo aquâ lustrali Regem aspergi, oleo peculiari circa caput, pectus, humeros & brachia ungi, Caroli M. coronam imponi, aurea & argentea numismata in plebem spargi, acclamationibus votivis & tubarum clangore omnia personare &c. Inter omnes has cæremonias unctio est antiquissima, & ab Hebræis deducta: illi enim Reges suos ungebant Hal. Melach. c. 1. v. 8. כשמעמידין המלך מושחין אותו בשמן המשחה שנ׳ ויקח שמואל את פך השמן ויצק על ראשו וישקהו: *cum Reges inaugurant, ungunt eos oleo unguenti, sicut dicitur,*

citur, (1. Sam. 10. v. 1.) accepit Samuel vasculum olei, effuditq; super caput ejus, & osculatus est illum. Quem ritum ut rectius intelligamus, considerabimus distinctè tùm olei confectionem, tùm illius illinendi modum vel actum.

Oleum illud describitur Exod. 30. v. 23. quòd conficiendum fuerit arte pigmentariâ, ex his quatuor speciebus aromatum: מָר־דְּרוֹר קִנְּמָן־בֶּשֶׂם קְנֵה בֹשֶׂם וְקִדָּה sed quid propriè sint, nondum satis inter interpres convenit. Rambam hal. Kele-hammickdasch cap. 1. v. 5. opinatur, מר esse Muscum, המור הוא הדם הצרור בחיה שבהודו הידוע לכל שמתבשמין בה בני אדם בכל מקום *Mor, est sanguis ille concretus in bestiâ quadam Indiæ, notus omnibus; quia eo condiunt se homines ubiq; locorum.* sed recte corrigitur à Baal-Magg. in gloss. margin. אא אין דעתי שיכנס במעשה הקדש דם שום חיה בעולם כל שכן דם חיה טמאה . אבל המור הוא אמור בשיר השירי׳ באתי לגני אחותי כלה אריתי מורי עם בשמי והוא ממין עשב או ממין אילן וריחו נודף *ajo ego: mihi non videri quod compositionem sacram ingrediatur sangis ullius feræ in mundo, nedum immundæ. Sed hujus vocis recordatur etiam Cant. Canticor. (cap. 5. v. 1.) veni in hortum meum. soror mea sponsa, decerpsi MOR meum, cum aromate meo. itaq; erit de specie fruticis alicujus vel arboris, cujus odor fragrans.* at de Myrrhâ refert Plinius lib. 12. c. 15. quòd sic fluat & colligatur ex arbore quadam Arabicâ. Impugnat eandem sententiam quoque Aben-Ezra. Com. ad Exod. מלת מר קשה הגאון תרגמה מושק והנה איננו מעצים . והפרידו הכתוב מבשמים ׳ אריתי מורי עם בשמי הנה הוא מלוקט . ואומרים המביאים אותו כי הוא נעשה בגרון הצבי *vox MOR est difficilis. Gaon (intelligit Raf Saadiam) interpretatur Muscum: at is non est de arboribus. Separat eam scriptura ab aromatibus. d. l. decerpsi Mor meum cum aromate meo. ecce Mor colligitur (de plantis ! at de musco) dicunt qui eum afferunt, quod gignatur in gutture ejusdem capreæ.* commendat verò R. D. Kimchi in Radd. expositionem eorum qui Thuris speciem existimant רבינו היי ז׳ל פירש שהוא שרף עץ שיש לו ריח טוב הנקרא בערבי לובני ולזה יתכן לומר אריתי . במדרש . כהמור ראש לכל הבשמים כן אברהם אבינו ראש לכל צדיקים . מה המור מי שלוקט אותו ידיו מתמרמרות ואינו מפיח ריחו אלא באור כך אברה׳ ממרר עצמו והודיע מעשיו הטובים בכבשן האש *Magister noster Hay p. m. explicavit esse gummi arboris odoratissimæ, quod appelletur Arabicè LOBNI. h. e. Styrax: & sic quadrat dicere (Cant. 5. 1.) decerpsi. In Medrasch taliter: ut Myrrha præcipuum est aroma, sic Abrahamus pater noster præcipuus inter justos. quid ulterius commune habent? qui colligit myrrham, ejus manus amarescunt; nec exhalat odorem suum nisi in igni: sic Abraham amarè faciebat sibi, sed demonstravit pietatem in furno ignis (credunt enim à Chaldæis odio*

religionis in fornacem fuisse missum. &c.) Lutherus vertit Myrrhen/ quod alliteratio ipsa comprobare videtur: cætera verò Cynnamet/ Calmes/ vnd Casien; quæ singula curiosius investigare jam non fert institutum. Illud potius nunc attendamus quomodo è quatuor speciebus illis paratum fuerit. Textus v. 25. conficere jubet רֹקַח מִרְקַחַת מַעֲשֵׂה רֹקֵחַ *unguentum arte pigmentariâ*, nach der Apotecker kunst. Modum hunc nimis generaliter indicatum, prisci commentatores specialiùs exposuerunt. Idem Ramb. ibid. v. 2. 3. 4. לקח משלשתן חמש מאות שקל ומקנה חמשים ומאתים ושוחק כל אחד ואחד לבדו ועירב הכל ושרה אותן במים זכין ומתוקין עד שיצא כל כחם במים ונתן על המים שמן זית הין והוא שנים עשר לוג ובשל הכל על האש עד שאבדו המים ונשאר השמן והניחו בכלי לדורות *accipit de tribus* (*verius de duabus tantùm speciebus*) *quingentos siclos, & de calamo 250. atq; contundit singula seorsim, deinde miscet omnia & macerat in aquis puris dulcibusq;, donec extrahatur universa virtus illarum. pòst affundit Hin olei olivarum sive duodecim Logos* (*hoc est quantum capiunt 72. ova*) *& coquit simul ad ignem. usq; dum exhalent aquæ, & remaneat unguentum. id in vase asservat ad posteritatem.* Et in eundem sensum Talmud Mass. Cerith cap. 1. pag. 5. à fine. אמר ליה (לר׳ יהודה) ר׳ יוסי כיצד עושה: הביאו העיקרין ושלקום במים והציף עליהן שמן וקלט את הריח וקיפחו *Rabi Iose quæsivit è R. Iehudâ, quomodo confecerit illud? respondit assumpsisse radicalia* (*seu ingredientia*) *& elixasse in aquis. postea super instillasse oleum. quod receperit odorem, atq; sustulisse.* Semel tantùm à Mose confectum fuit hoc unguentum, & ad seræ posteritatis usum, apud reliquam supellectilem sacram, in vasculo puro asservatum: quod à materia קֶרֶן *cornu* dicitur, 1. Reg. 1. 39. à formâ verò פַּךְ *lenticula* 1. Sam. 10. 1. Mirantur hîc Talmudici, quomodo potuerit tàm diu novem ferè secuIis, scilicèt à Mose ad Josiam usque incorruptum durare? & paucum existens tot unctionibus sufficere: non enim homines tantùm sed & vasa sanctuarii eo illiniebantur plurima, Exod. 30. 27. arca testimonii, mensa, candelabrum, utrumque altare, labrum amplissimum, ipsum denique Tabernaculum. Aromatum quidem satis multùm erat, nempe 1500. sicli sive totidem semunciæ, quæ ad 47. libras nostrates, adeoque ferè semissem centenarii excrescunt: at olei parùm, scilicèt sesquimensura Wurtembergica; unguenti ergo tantundem, quia fecibus relictis, odores tantùm extrahebantur. prætereà exhalare solent odorata, quantumvis probissimè occurentur, & senescunt tandem, cùm mors etiam saxis marmoribusque veniat. Mass. & pag. ead. fac. seq. b. init. הלא נסים הרבה נעשו בשמן המשחה מתחילתו ועד סופו.

סופו . תחילתו לא היה אלא שנים עשר לוג ובו נמשח המשכן וכליו ואהרן ובניו כל שבעת ימי המילואים ובו נמשחו כהנים גדולים ומלכים . וכולן קיים לעתיד לבא שנ׳ שמן משחת קדש יהיה זה לי לדורותכם . זה בגמטריא תרי עשר לוגין הוון . ר׳ יהודה אומר כמה יורה בולעת כמה עיקרין בולעין כמה האור שורף : *annon miracula plurima contigerunt oleo unctionis? à principio ad finem ejus? initiò non plus erat quam duodecim Logi* (*vel Sextarii. est liquidorum mensura, continens sex ova,* so groß als ein octal Weins) *eo tamen unctum fuit Tabernaculum atq; vasa ejus,* (*Levit.* 8. *v.* 10.) *Aharon cum filiis, totis septem diebus impletionis suæ,* (*ibid. vers.* 33.) *item Pontifices successores & Reges. nimirùm durabile fuit in futurum, sicut dicitur* (*Exod.* 30. *v.* 31.) *oleum unctionis sacra hoc mihi erit ad Posteritatem vestram. vocula* HOC *per Gematriam valet XII, quot erant Logi.* (*hoc ut intelligas, confer si placet, meum Bechin. Happer. p.* 63.) *R. Iehuda dicit, quantum defluens absumptum est? quantum radices* (*aromataria*) *absorpserunt? quantum calor dissipavit?* (*per evaporationes*) Ajunt superfuisse adhuc tempore regis Josiæ; sed post reditum è Babel, in templo secundo desideratum. Talm. ibid. circ. med. תניא משננגנז ארון נגנז צנצנת המן וצלוחית שמן המשחה ומקלו של אהרן שקדים ופרחים וארגז ששגרו פלישתיים דורון לאלהי ישראל שנ׳ ואת כלי הזהב אשר השיבו לו אשם תשימו בארגז מצדו ומי גנזו יאשיהו מלך יהודה גנזו שנ׳ תנו את ארון . וגו׳ *Traditio. cum recondita est Arca, recondita quoq; Vrna manna* (*Exod.* 16. 33.) *& Lecythus olei unctionis, & Baculus Aaronis cum amygdalis & floribus suis* (*Num.* 17. 8.) *item capsula, quâ miserunt Philistæi* (*quinq; anos aureos & totidem mures*) *donum DEO Israël, sicut dicitur* (*1. Sam.* 6. 8.) *vasa aurea quæ redditis ei pro expiatione, ponatis in capsâ, è latere illius. Quis verò recondidit? Iosias Rex Iudæ. s. d.* (*2. Par.* 35. 3.) *Ponite Arcam &c.* Maym. Kel. Mikd. 1. 11. בבית שני שלא היה שם שמן המשחה היה כהן גדול מתרבה בלבישת בגדים בלבד שהיה לובש בגדי כהונה גדולה *in domo secundâ non fuit oleum unctionis, ideo Pontifex inaugurabatur vestibus tantùm pontificalibus.* Nec licebat oleum aliud loco deficientis cōficere aut ejus compositioné quoquo modo imitari. hoc enim expressè sub excidii pœnâ prohibitum est, Exodi 30. v. 32. quod tamen Rabini variè limitant. Maym. ibid. v. 7. העושה שמן כמעשה הזה וכמשקל הזה ולא הוסיף ולא גרע במזיד חייב כרת בשוגג מביא חטאת קבועה שנ׳ אשר ירקח כמוהו והוא שיעשה אותו להמשח בו אבל אם עשהו להתלמד או לתנו לאחרים פטור *conficiens oleum juxta compositionem hanc, & secundum hoc ipsum pondus,* (*Exod.* 30. 32.) *non addens nec minuens, per temeritatem, is reus est excisionis: at per errorem, is adducit peccatum grande; quia dicitur* (*vers.* 33.) *quisquis pigmentaverit consimile. Ita tamen, si conficiat hoc fine ut ungatur eo. verùm si paret illud ut di-*

 scat

ſcat inde vel doceat alios, immunis eſt. Gemara d. l. fac præced. תנו רבנן המפטם את השמן ללמד בו למוסרו לציבור פטור. אין חייבין אלא על סיכת שמן המשחה שעשה משה בלבד *tradunt doctores noſtri; qui miſcet oleum ut diſcat eo, ac monſtret Eccleſiæ, abſolvitur. non enim damnantur niſi propter effuſionem ejus tantùm unguenti, quod confecit Moſes ipſe.* Iterumque Maym. verſib. 10. & 15. הסך כלים ובהמה וגוים שהם כבהמה או שסך מתים בו פטור שנ׳ על בשר אדם לא יסך: הנותן על גבי מלך או כהן גדול שכבר נמשחו פטור שנ׳ אשר יתן ממנו על זר ואין אלו זרים אצלו אבל הסך ממנו אפילו למלך וכהן גדול חייב שנ׳ על בשר אדם לא יסך *ungens vaſa, vel jumenta, vel gentiles qui jumentis æquiparantur, vel mortuos, abſolvitur. quia dictum eſt: (verſ. 32.) carni humanæ nè inungitor. etiam dans ſuper Regem vel Pontificem, qui pridem uncti ſunt; indemnis eſt; quia (verſ. 33.) prohibetur tantùm inde dari ſuper Extraneum, tales autem minimè pro extraneis habendi. At ungens eo vel Regem, reus eſt, quoniam nefas illinere carni.* videntur hoc ſubtiles Domini, ſuo more, nimis magiſtraliter diſputaſſe. Sed conſideremus nunc ipſum Regiæ unctionis Actum ſolennem.

Ducebatur electus Rex boni ominis ergò, ad ſcaturiginem alicujus fontis, & ibi coram omni populo ungebatur. Maym. Hal. Kel. & Melach. utrobique v. 16. capp. 1. iiſdem penè verbis אין מושחין את המלך אלא גבי המעיין. וכו׳ *non ungunt Regem niſi juxta fontem.* Quemadmodum & alias res minoris momenti ſolent in loco celebri peragere, v. g. libellum repudii non niſi ad confluentem rivorum dare; quod talis locus à natura ſit ſignatus, adeóque poſt multa ſecula, quando ampliſſimarum quoque urbium vix rudera apparent, adhuc monſtrari poſſit. Subeſt inſuper hîc peculiare omen. ut enim fonticulus aliquis jugiter ebullit aquas ſuas, & longiſſimè profluendo prata quævis obvia irrigat atque fœcundat: ita hoc regni perennis auſpicium eſſe volunt, & ſignificationem bonæ adminiſtrationis. Talm. Pirk. Kam. Cerituth. 5. b. ult. תנו רבנן אין מושחין את המלכים אלא על המעיין כדי שתימשך מלכותן שנ׳ והורדתם אותה גיחון. וגו׳ *Tradunt noſtri Doctores, non ungi Reges niſi apud fontem; ut prorogetur regnum illorum: ſicut dicitur (1. Reg. 1. 33.) deducatis eum ad Gihon. &c.* itaque hoc habent ex hiſtoriâ Salomonis, qui non intra urbem Ieroſolymam, ſed foris ad caput vicini flùminis Gichon unctus eſt; illuc deduci juſſus à grandævo patre, & regiâ mulâ vehi, comitantibus præcipuis proceribus. Erat autem Gichon, monente R. Salomone ad marg. d. l. : מעין קטן סמוך לירושלם ולא זהו גיחון הגדול היוצא מעדן *non illud grande flumen, quod (Gen. 2. 13.) è paradiſo egreſſum.* univerſam Æthiopiam perfluere legitur; aliàs Nilus appellatur, & è mon-

tibus:

tibus lunæ ortus, exundatione suâ quotannis Ægyptum rigat, inque mediterraneum mare septem ostiis effunditur: sed rivus quidam Palæstinæ, *propè Ierosolymas scaturiens*, qui in torrentem Kidron exonerabatur, in Targum verò recentiori nomine שילוחא *Siloah* dicitur, & ab Ezechiâ Rege memorabili opere obturatus esse legitur 2. Paral. 32. v. 30. non ex toto (quod fortassis impossibile) sed parte scaturiginis superiori, quam infra terram ad occidentale latus urbis derivabat. Ibi ungebant eum bini simul, Zadok pontifex, & Propheta Nathan (vers. 34.) quorum alterum affudisse oleum, alterum inunxisse verisimile est. Quamvis verò Maym. Kel. 1. 14. dicat לא ירבה בשמן *non multiplicasse (h. e. prodigè vel affatim adhibuisse) oleum*, existimo tamen nec etiam parciùs affudisse; quia Psal. 133. 2. à capite Aaronis in ejus barbam usque, imò ad oram vestimenti defluxisse legitur: quod Talmudici d. l. כמין שתי טיפין מרגליות תלויות בזקנו *de duabus tantùm guttis, speciem margaritarum de barbâ suspensarum referentibus* explicant. ubi etiam commentum de fratribus annectitur, referri non dignum. Porrò notabilis est character unctionis; ajunt enim unguentum in formam O coronæ, circa caput fuisse illitum: est hoc Regium emblema, & circulus etiam apud Mathematicos perfectissima figura. Maym. ibid. מלכי בית דוד מושחין אותם כמין נזר על ראשו *Reges familiæ David ungebant formâ coronæ super caput.* & R. Sal. Jarch. in gloss. d. l. Talm. dilucidius כמו נזר סביב על ראשו *instar corollæ circa caput suum.* Ad differentiam Pontificum, quorum frontibus X cruciculam inter supercilia inungebant. rurs. Maym. כיצד מושחין את הכהן צק את השמן על ראשו וסך ממנו על גבי עיניו כמין כי יוונית כזה *quomodo ungebant Sacerdotem? affundebat oleum capiti ejus, & illiniebat indesuper oculos, ad speciem Chi Græci, taliter (spacium erat relictum in Hebræo, & forma X omissa; quod me, fateor, ob ambiguitatem vocis* כי *diù frustra obtinuit)* sic iterum in Talm. d. l. plenius אמ׳ ר׳ מנשיא כמין כי יוני תני חדא בתחילה מציק שמן על ראשו ואחר כך נותן לו שמן בין ריסי עיניו ותני אחריתי בתחילה נותן לו שמן ואח״כ מציק: *dicit Raf Menasse; instar X Græci. Tradit unus, anteà fudisse oleum super caput, posteà modo effigiasse id inter palpebras oculorum: Tradit alter, hoc prius & illud posterius contigisse.* Est igitur mendum in Comm. R. Davidis Kim. ad Psal. 133. ubi edit. Isnensis Paul. Fag. ita legit כמין כף יונית *instar CAPH græci*, quamvis neutrum Caph, minusculum κ, nec majusculum K ab hac figurâ multùm abludant. Eruditioribus hîc considerandum relinquo, nùm fortè signum Tav, quo pii super iniquitatem mundi gementes notati sunt, Ezech. 9. 4. aut character in frontibus electorum Apoc. 7. 3. tale quid fuerint? vel annon Pon-

 tifex,

tifex, qui in cæteris Christi typum gessit, hoc etiam signo crucem ejus præfigurârit? quoniam constat totam hanc unctionem externam, alterius divinioris fuisse umbram, qualem præ consortibus habuit, Psal. 45. 8. Suspicor tamen ex Levit. 21. 12. etiam Pontificibus Coronæ formam fuisse inunctam, priùs quàm Reges haberent. De osculandi ritu, quo Samuel Saulem inauguravit, nil prætereà reperio posthàc adhibitum fuisse. Cæterùm existimant Rabini unicam unctionem toti prosapiæ suffecisse, nec opus fuisse ut repeteretur, nisi quando legitimus successor, ob machinationes æmulorum periclitaretur. Rambam Hal. Mel. c. 1. v. 9. מאחר שמושחין המלך הרי זה זכה לו ולבניו עד עולם שהמלכות ירושה שנ׳ למען יאריך ימים על ממלכתו הוא ובניו בקרב ישראל *postquam unctus est Rex, dignus fit ipse & filii ejus in perpetuum. Regnum enim hæreditarium, sicut dicitur (Deut. 17. 20.) ut prolonget dies suos super regnum suum, ipse & filii ejus in medio Israël.* Idem Hal. Kel. ham. 1. 16. אין מושחין מלך בן מלך שהמלכות ירושה. וכו׳. אלא אם היתה שם מחלוקת מושחין אותו כדי לסלק המחלוקת ולהודיע לכל שזהו מלך לבדו כמו שמשחו שלמה מפני מחלוק׳ אדוניהו ויואש מפני עתליה ויהואחז מפני יהויקים אחיו *non ungunt Regem qui est filius Regis (natus Rex) in regno hæreditario. At si oriatur dissensio, ungunt etiam, ut removeant æmulationes, & notificent universis, quisnam sit verus Rex solus. Sic unxerunt Salomonem propter factionem Adoniæ (1. Reg. 1. 5.) Ioasum propter Attaliam (2. Par. 23. 11.) Ioachasum propter fratrem Iehojakim (2. Reg. 23. 30. & 2. Par. 36. 4.)* Bechai Parsch. Schoph. mihi fol. D. 3. בזמן שלום על ישראל אינו צריך משיחה *tempore quo pax est in Israël, non eget unctione.* In hoc iterum differunt à Pontificibus, quos etiam in naturali successione, (stante adhuc priori templo) semper ungebant. Maym. Kel. 1. 11. è Mass. Cerit. ead. אפילו כהן בן כהן מושחין אותו *etiam sacerdotem (intellige maximum non cæteros vulgares) filium sacerdotis ungebant.* Et quoniam huic oleo virtutem sanctificandi (Leviticè scilicet, suoque modo) tribuit scriptura, v. 32 ideò etiam extraordinariè illos ungebant, quos Respubl. in subitaneo periculo Duces belli requirebat, ut hoc signaculo ad fortitudinem animarêtur; unde Maymonidi Kel. 1. 11. משוחי מלחמה *uncti castrenses* appellantur. Imò arma quoque bellica unxisse leguntur, ut fiduciam augerent. ideò de clypeo Saulis canit David. 2. Sam. 1. 21 in Epicedio, *projectum esse ac si non unctus fuisset.* quamvis mihi verisimilior sit ratio R Davidis Kimchi in Com. f. h l. מושחין המגן כדי להחליקו שלא יעברוהו כלי זיין לו עת קצת וכו׳ פרשים *unxisse scuta ut levigarent, nequ, penetrare et ... secundum quosdam interpretes* hoc præstitisset etiam quodvis vulgare oleum. De Samaritanis Regibus narrant,

fuisse

fuisse illos Balsamo tantùm inunctos; quòd regnum illorum non sit proprium, nec perpetuum. Hal. Mel. c. 1. v. penult. מלכי בית דוד הם העומדים לעולם שנ' כסאך יהיה נכון עד עולם אבל אם יעמוד מלך משאר ישראל תפסק המלכות מביתו שהרי נאמר לירבעם אך לא כל הימים : לכן אין מושחין מלכי ישראל בשמן המשחה אלא בשמן אפרסמון *Reges familiæ David permanebant semper, sicut dicitur (2. Sam. 7. 16.) thronus tuus erit firmus usq; in seculũ. at si cõsurrexerit aliquis Rex de reliquo Israël, deficiet regnum à familiâ ejus. ecce enim scriptum est de Ieroboamo (1. Reg. 11. 39.) veruntamen non omnibus diebus. propterea non ungunt Reges Israël oleo sacro, sed unguento Balsami.* Habent id è Talmud. d. l. אמ' ר' פפא באפרסמא דכיא *ubi Raf Pafa dicit, balsamo purissimo unctos.* Et Ramb. affert exemplum è Kabalâ. Kel. 1. 16. וזה שמשח אלישע ליהוא לא בשמן המשחה משחו אלא בשמן אפרסמון ודבר זה מסורת ביד החכמים *iste discipulus Elisæ (2. Reg. 9. 1. quem Rabbini Ionam fuisse putant) qui unxit Iehu (vers. 6.) non adhibuit oleum sacrum, sed unguentum Balsami: quod accepimus per manuum traditionem à sapientibus.* Huic verò videtur alia scriptura contravenire, 1. Reg. 19. 15: quæ Magistro ejus Eliæ hanc expeditionem mandat & simul ipsum Elisam ungere jubet, quod unguento sacro faciendum fuisse præsumitur. *Dixit Dominus ad Eliam, vade revertere ad viam tuam in desertum Damasci: cum illuc veneris, unge Hasaëlem in regem Syriæ, & Iehu filium Nimschi unge in regem super Israël, & Elisam filiũ Schaphat de Abel-Mechola unge in Prophetam post te.* Sed respondet Ralbag in comm. s. h. l. ממה שהודיע אליהו לאלישע זאת הנבואה וצוהו שימשח יהוא למלך ולוה היה כאילו משחם אליהו *apparet quod Elias notam fecerit Elisæ hanc Prophetiam, & mandaverit ei ut ungeret Iehu in regem: ita perinde fuit ac si eos unxisset Elias ipse.* (secundum illud: Quod quis per alium facit, ipse fecisse videtur) Schindlerus in Rad. פך existimat etiam Saulem Balsamo tantùm fuisse unctum, unde regnum ejus non fuerit diuturnum: sacrum verò unguentũ solis Davidicis competiisse. Arbitror id hausisse à Kimchio, qui ad marg. 2. Reg. 9. sic notat שאול ויהוא נמשחו בפך לא נמשכה מלכותן דוד ושלמה שנמשחו בקרן נמשכה מלכותן : *Saul & Iehu fuerũt uncti è lenticulâ, ideò non protraxerunt imperiũ suũ: David & Salomon uncti sunt è cornu, itaq; perpetuarunt regnum.* at ego è variâ vasculi appellatione parũ probari posse censeo. Unctioné secuta est congratulatio & plebis applausus. 1. Reg. 1. 39: *acclamavit omnis populus (solennem hanc formulam)* יְחִי הַמֶּלֶךְ *VIVAT REX Salomo.* buccinis quoque concentum & fistulis, (vers. 40.) *ut tota terra latè resonuerit.*

Placet hic, antequam ex isto capite discedam, coronidis loco

annectere, quod Cl. Buxtorfius circ. fin. sui Thesauri Gram. pro exercitio lectionis Hebræo-Germanicæ affert è libro שבט יהודה *tribus Iuda* (quem ipse nondum vidi) de inauguratione Vice-regis in exilio Babylonico. nam quæ hactenus disserui, verum Regem attinent, quando res Iudæorum adhuc florebant. Sic autem habet summa, si latinè vertatur. Electuri נשיא או ראש הגולה *Ducem vel caput exulum*, conveniebant Babylonem & congregabãtur omnes Rectores synagogarũ, seniores, judicesque, qui per universam provinciã passim dispersi erant, in amplas ædes, aulæorum apparatu splendidè ornatas, ubi plurimæ sellæ pro sapientum adventu dispositæ, in digniori autem loco thronus regalis, ad cujus dextrum latus sedebat Rector Academiæ Surensis, ad sinistrum Rector Pombeditanus. Postquam igitur per votorum pluralitatem, è sui medio elegerant Regulum, assurrexit R. Surensis, & electum ad humilitatem graviter hortatus est, nè se propterea insolentiùs supra cæteros efferret; admonẽs, Officium adire, non Potestatem; & hodie omnibus servire incipere. posteà itum fuit in Synagogam, ibi oratum pro salute novi Regis, eique manus impositæ, antiquo benedicendi ritu, & solenniter acclamatum יחי הנשיא לעולם *vivat Princeps semper*. Deinceps domum deduxerunt, præeuntibus tubicinibus, & plateas omnes læto taratantararum strepitu replentibus. tandem discesserunt Scholarchæ, valedictionis loco præcipua quædam bonæ gubernationis præcepta inculcantes, ut justè, prudenter, moderatè & æquabiliter administrare omnia velit. Eadem vesperâ miserunt ipsi varia dona, quilibet pro facultate, unde auri argentique vim magnam collegit, ut ad magnificentiam ipsi ne quicquam defuerit. Proximo Sabbatho vicissim ipse lautissimum epulum exhibuit, non suis tantùm electoribus, sed & magistratibus ethnicis illius loci officiosè convocatis. Pridie parabatur ipsi cathedra in Synagogâ, & sabbatho manè comitabantur eum illûc, præcedentem atque facie totâ velatum. appropinquans excipiebatur hymno, alternis à Præcentore & comitibus decantato. ingressus statuebatur in turriculâ, velatus adhuc, & porrecto volumine Pentateuchi legebat aliqua, post ipsum similiter ambo Rectores. deindè concionabatur ad populum breviter, ut obedientes & probi essent: quod ipsum postea R. Surensis faciebat ampliùs. tandem post preces utrinque pro salute mutuâ fusas, domum quisque suam redibant. Hæc de regiâ electione hactenùs: pergo ad officium.

CAPVT

CAPUT II.

DE PIETATE.

Theor. V.

Rex bina legis exemplaria deſcribere tenebatur.

DIſertè hoc præceptum eſt, Deut. 17. v. 18. *& fiat, cum ſederit ſuper thronum regni ſui, ut ſcribat ſibi* מִשְׁנֵה *duplum legis hujus, è libro qui coràm ſacerdotibus Levitis: cum habeat ſecum, legatq; cunctis diebus vitæ ſuæ, ut timere diſcat DEUM; cuſtodire legem & exequi ſtatuta. &c.* Undè ultrò intelligitur, ad regiam dignitatem aſcendere non potuiſſe, legendi ſcribendique rudem; qualis erat Licinius Cæſar, quem referunt ob ſtupiditatem & literarum imperitiam, vix nomen decretis ſubſignare valuiſſe. Hanc legem Rabinorum coryphæus Maymonides, Hal. Mel. init cap. 3. hiſce verbis explicat: בעת שישב המלך על כסא מלכותו כותב לו ספר תורה לעצמו יתר על הספר שהניחו לו אבותיו ומגיהו מספר העזרה על פי בית דין של ע״א אם לא הניחו לו אבותיו או שנאבד כותב שני ספרי תורה אחד מניחו בבית גנזיו שהוא מצוה בו ככל אחד מישראל והשני לא יזוז מלפניו אלא בעת שיכנס לבית הכסא או לבית המרחץ או למקום שאין ראוי לקרואה יוצא למלחמה והוא עמו. נכנס והוא עמו יושב בדין והוא עמו. מסיב והוא כנגדו : וכו׳ *tempore cum occupaverit Rex ſolium regni ſui, deſcribat ſibi librum legis ipſemet; ultra codices quos reliquerunt ſibi anteceſſores patres: & corrigat è libro authentico, qui eſt in atrio ſanctuarii, ex ore (recognoſcentis) ſenatus magni LXXI virorum. Quod ſi parentes ipſi nullum reliquerunt; aut (caſu quodam vel vetuſtate) periit illud, deſcribat duo exemplaria, unum quod aſſervet in theſauris ſuis, nempe illud ipſum, quod præceptum eſt ſingulis Iſraelitis: alterum nunquam removeatur ab ipſo; niſi cum vadit ad latrinam aut balneum vel loca impura quibus legere nefas eſt. Quando exit in prelium, habeat ſecum, quando revertitur, aut aſſidet judicio (regio ſcilicet; non ſynedriali, à quo excluſus) imò cum convivatur, habeat in conſpectu ſuo.* Quâ in re leges ipſum arctiùs ad pietatem aſtringebant, quàm ullum ſubditorum. nam vulgaris Iſraëlita; ſi literarum rudis erat, poterat ab alio deſcriptum, ſuo ære redimere: at Rex, ut eam menti altiùs imprimeret, propriâ manu exarare utrumque debebat. Quod idem Maym. Hal. Tphil. init: cap. 7. tradit מצות עשה על כל איש ואיש מישראל לכתוב ספר תורה לעצמו שנ׳ ועתה כתבו לכם את השירה כלומר כתבו לכם תורה שיש בה שירה זו

זו לפי שאין כותבין את התורה פרשיות פרשיות ואעפ שהניחו לו אבותיו ספר תורה מצוה לכתוב משלו ואם כתבו בידו הרי הוא כאילו קיבלה מהר סיני ואם אינו יודע לכתוב אחרים כותבין לו וכל המגיה סת ואפילו אות אחת הרי הוא כאלו כתבו כולו והמלך מצוה עליו לכתוב ספר תורה אחר לעצמו לשם המלך יתר על ספר שהיה לו כשהוא הדיוט : לא היה לו סת קודם שימלוך צריך לכתוב לו שני סת אחד מניחו בבית גנזיו והשני יהיה עמו תמיד. לא יסור ממנו אלא בלילה כשיכנס לישן על מטתו *praeceptum affirmativum obligat universos Israelitas, ut describat quilibet librum legis sibi ipse; sicut dicitur: (Deut. 31.19.) & nunc scribite vobis hoc canticum, quasi diceret, scribite vobis legem, in quâ est hoc canticum. neq; enim scribunt legis parschas sive sectiones frustillatim. Quamvis verò reliquerint ipsi parentes exemplar, tenetur tamen aliud exarare per se, & si propriâ manu confecit, perinde est ac si de ipso monte Sinai accepisset. Sin autem literas nescit, ab aliis pro se scribi curet. Quicunq; verò correxerit talem codicem, imò vel unicam ejus literulam, ecce reputatur ac si totum descripsisset! Regi tamen injunctum est scribere per se ipsum, & nomine regio, ultra quod habuit, cum adhuc privatus esset. Si antequam regnaret nondum fecit, cogitur duo exempla describere, unum quod recondat in Gazophylacio suo, alterum quod jugiter secum retineat, nec amoveat, nisi fortè noctu quando dormitum pergit ad lectum suum.* Placet hoc loco fusius explicare quâ ratione ac diligentiâ totum hoc præstandum fuerit, quia ipse superioribus annis, ejusmodi authentici voluminis magnum quoddam fragmentum nactus sum, quod milites in dispoliatione Judaicorum scriniorum alicunde abstulerant, & gladio inter se modis indignis diviserant: undè sufficienter de hac diligentiâ testari possum. simul ut è totâ isthâc narratione, contra credulos quosdã & suspicaces alteros appareat, an verisimile sit vel vocales olim adfuisse, vel Judæos quicquã depravasse. Tractarunt autem hanc materiam, quos ego noverim, præcipuè tres, primò Anonymus author Massichtæ *Sopherim*, quæ extat in opere Talmudico, mihi Tom. 3. deinde Raf *Alphes*, Hal. Seph. Thor sub fin. sectionis primæ operum suorum, quibus me Cl. & Excl. V. Dn. *Buxtorfius*, Hebræorum hujus seculi primicerius donavit. denique R. Moses F. *Maym.* Hal. Tphillin, quæ est Tom. 1. p. 50. præsertim à cap 7. & deinceps, ut solet, cæteris multò accuratius. Quorum prolixas descriptiones ego brevitatis & methodi gratiâ reducam ad seqq. decem capita, partim libri materiã, partim ejus formam attinentia; ut sic quoque appareat, quænam olim literaria Regum Studia fuerint.

I. Materia voluminis esse debuit MEMBRANA, minimè verò papyrus, novitium illud inventum. M. Soph. c. 1. §. 5. אין

כותבין לא על דפתרא ולא על גבי נייר *non ſcribunt ſuper crudam pel-
lem, nec ſuper chartam.* & pergamenum illud debuit è pelle animalis
mundi paratum fuiſſe. Maym. H. Tphill. c. 1. §. 10. אין כותבין ספרים
תפילין ומזוזות על גבי עור חיה טמאה אבל על גבי עור בהמה ועוף טהורים
ואפילו נבילות וטריפות שלהן *non ſcribunt libros, nec corrigias precatorias.
nec ſchedas ſacras poſtium, ſuper cutem beſtiæ impuræ, ſed ſuper pelles ju-
mentorum & avium mundarum; quamvis ſint morticinia vel à feris diſcer-
pta.* id Alpheſius magiſtraliter probat è textu, ſub fin. Halach. p. 350 a.
אין כותבין אלא על עור של בהמה טהורה שנ׳ למען תהיה תורת ה׳ בפיך
מן תמותר בפיך: *quòd non exarant niſi ſuper munda, eſt inde quia dicitur
(Exod. 13. 9.) ut ſit lex Domini in ore tuo: h. e. ſuper licita oris.* exiſti-
mant tamen diſcerptũ præferendum eſſe ſponte mortuo. Soph. 1. 2.
שאל אחד את רבי יהושע הגרסי מפני מה כותבין על עורות נבלות וטרפות
אמר לו אמשל לך משל למה הדבר דומה לשני בני אדם שנתחייבו הריגה למלכות
אחד הרגו מלך ואחד הרגו אספקלטור איזה מהן חשוב זה שהרגו מלך אכ׳ אין
חוששין על עורות: *Rogavit aliquis Rabi Ioſuam Garſeum, cur etiã ſcribant
ſuper pelles morticiniorũ & diſcerptorum? reſpondit, aſſimilabo tibi parabo-
lam, cui res cõparanda ſit, nempe duobus facinoroſis, ad mortem damnatis,
quorũ alterum interficit Rex, alterum carnifex, utrum putas digniorẽ? eũ
quem Rex occidit. itaque non ſuſpectæ debent eſſe pelles.* Quod aves at-
tinet, oportet illas eſſe maximas, ut huic negocio ſufficiant. ſed
habent id incommodi, quòd propter poroſitatem literulas exiles re-
ſpuunt. Tphill. 1. 20. עור שהיה נקוב לא יכתוב על גבי הנקב וכל נקב
שהדיו עוברת עליו אינו נקב ומותר לכתוב עליו לפיכך מותר לכתוב ע״ג עור העוף
*ſi pellis perforata eſt, non ſcribatur ſuper foramina. verum ſi atramentum
tranſit & opplet illa (ut in craſſiori ſcripturâ.) non habentur pro foramini-
bus: ideoq; licet tunc ſcribere, ut in membranis avium.* Piſcium exuviæ
prorſus hîc ineptæ ſunt. verſ præc. 10. אין כותבין על גבי עור הדג הטהור
מפני הזוהמא שאין הזוהמא פוסקת בעבודה *non ſcribunt ſuper ſquameam
cutem piſcis mundi, propter pingues ſordes, quæ vix ullo artificio penitus
abſcedunt.* Requirebant verò ſuperſtitioſi homines etiam devotionẽ
ſingularem in parandis membranis. itaque à Chriſtianis, aliâ ſcili-
cet intentione paratas non uſurpant. verſ. ſeq. 11. גויל וקלף של
תפילין או של סת׳ צריך לעבד אותן לשמן ואם עבדן שלא לשמן פסולין
לפיכך אם עבדן הגוי פסולין אעפ״ שאמר לו לעבוד לשם הספר שהגוי על דעת
עצמו הוא עושה לא על דעת השוכר: *pergamenum & membranas
tàm corrigiarum quàm libri legis oportet præparare hoc ipſo nomine.
ſi enim alio fine parantur, profana ſunt. Itaque ſi paravit ea gen-
tilis, inidonea ſunt, quamvis juſſerit in hunc uſum parare, ut fiat
liber. nam Ethnici parant intentione ſuâ propriâ, non ad devotionem mer-*

cantis. tantum abeſt, ut à nobis deſcriptum emant vel uſurpent. verſ.
ſeq. 11. ספר תורה שכתב מין ישרפו כתבן גוי או ישראל משומד או מסור או
עבד. או אשה או קטן הרי אלו פסולין ויגנזו. *librum legis quem ſcripſit hæreticus* (*Samaritanus*) *comburunt, at quos ſcripſit gentilis, aut Iſraëliticus Apoſtata vel proditor, aut ſervus, aut mulier, aut minorennis, omnes profani ſunt, & abſconduntur* (*per ſepulturam*) Porrò tres recenſent membranarũ ſpecies, quos internoſſe oporteat, cum non omnes pariter ſint ad ſcripturã ſacrã idoneæ c. eod. v. 6. שלש עורות הן. לוקחין עור בהמה
ומעבירין השיער ממנו ואח׳ מולחין ומעבדין בקמח ואח׳ בעפצא וכיוצא בו מדברים
שמכווצין את העור ומחזקים אותו וזה הוא הנקרא גויל: ואם לקחו העור אחר
שהעבירו שערו וחלקו אותו בעבין לשנים כמו שהעבדנים עושין עד שיהיה שני
עורות אחד דק הוא שממול השיער ואחד עבה והוא שממול הבשר ועבדו אותן
במלח וקמח ועפצא זה החלק נקרא קלף וזה שממול הבשר נקרא דוכסוסטוס:
Triplex eſt differẽtia. 1. ſumunt pelle jumenti & removent pilos inde, poſtea ſaliunt & præparant fariná, deniq; etiã gallâ vel conſimilibus rebus aſtringentibus & corroborantibus eã. hæc appellatur גויל (*nos in defectu vocabulorũ, diſcriminis causâ nominemus Pergamenum*) *2. at ſi pellem, abraſis pilis diffindant per denſitatem biſariam, ut artifices ſolent, & duas inde faciant, unam tenuiorem ex parte pilorum, craſſiorem alteram ex parte carnis, & parent ſale, farinâ gallaq; ut decet, tunc illa portio vocatur* קלף (*Membrana propriè*) *3. hæc verò, quæ carni contigua erat* דוכסוסטוס (*nobis Corium*) *Iſta poſtrema ſpecies ad legis deſcriptionem inutilis eſt. verſ. 9. eiuſd. c.* אם כתב הספר על דוכסוסטוס פסול *ſi quis ſcripſerit librum ſuper corium, profanus erit.* cæteræ prioresex æquo conceſſæ, ſic tamen ut altrinſecus tantùm, & convenienti quidem latere perſcribantur; quod non perinde habent. Soph. 1. §. 4. כותבין על הקלף במקום בשר
ועל הגויל במקום שער ואינו רשאי לשנות הלכה למשה מסיני שאם שינה
בזה ובזה אין קורין בו: *ſcribunt ſuper Membranã loco carnis, & ſuper Pergamenum loco pilorum; nec fas eſt mutare, quia conſuetudo Moſis de Sinai; & ſi quis pervertit in uno vel altero, non legunt è tali.* item ut totus liber ſit homogeneus, ex uniuſmodi cortinis cõſutus. Tphill. 7. v. 4. סת׳ שכתבו מקצתו על הגויל ומקצתו על הקלף פסול אלא או כולו על
הגויל או כולו על הקלף: *qui partim in pergameno, partim in membranâ ſcriptus eſt profanus habetur. quin potius uniformis ſit; aut totus ex hoc aut totus ex illo.* Exceptionem admittit Talmud. M. Soph. 2. §. 10. אבל עושה חציו גויל וחציו צבאים קלפים מפני שאינו מן המובחר *at facere poteſt ſemiſſem unam e pergameno, alteram è membranis caprearum. ſi illud* (*pergamenum*) *non eſt de ſelectiſſimo* (*ſic enim parum diverſitatis*) Cõplicari tandem prohibentur; inter ſcribendum quantumvis ampliſſimæ ſint, nè rugas indecoras contrahant. Alphes p. 349. b לא

ותירו

non התירו להן להפוך יריעה על פניה אלא פורס עליה סדין או את הבגד *permiserunt eis reflectere cortinam versus extremitatem suam, sed jusserunt expandere super eas sindonem vel vestem (ne maculentur.)*

II. Sequitur DIMENSIO & distributio cortinarum. ubi admonere nil opus est, scribere Judæos non in complicatis libris nostro more, sed antiquissimo instituto in uno continuo & grandi volumine totum Pentateuchum. Itaque scripturam sic attemperare decet, ut universæ membranæ simul convolutæ, justam crassitiei suæ proportionem habeant, adeóque extrema cæteras ambiens, præcisè quadrata sit. R. Alph. p. 347. b. תנו רבנן אין עושין ס״ת לא ארכו יתר על היקפו ולא היקפו יתר על ארכו *tradunt nostri Doctores, non faciendam esse libri legis altitudinem longiorem ambitu. nec ambitum ampliorem altitudine.* in quâ proportione Geometricum aliquid latet, quòd nempè, si totus cylinder 12. pollices altus est, idem Archimedeo ratiocinio 7 poll. crassus evadit. Si membranæ omnium animalium ejusdem essent densitatis, tunc posset una certa mensura præscribi, sed quia plurimùm variant, volunt hanc saltem ubique proportionem servari. H. Tphill. init. cap. 9. ארכו בגויל ששה טפחים ובקלף או פחות או יתר והוא שיהא ארכו כהיקיפו אם מיעט או הרחיב בכתב *altitudo pergameni plerumque sex palmorum, sed membranæ plus vel minus, prout scripturam quis contrahit vel dilatat, modò ut statura circumferentiæ semper respondeat.* quantas intelligat mensuras, mox eod. c. 9. v. 9. declarat רוחב הגודל הוא אצבע הבינוני וכבר דקדקנו בשיעורו ומצאנוהו רוחב שבע שעורות בינוניות זו בצד זו בדוחק וכל טפח האמור בכל מקום הוא ארבע אצבעות מזו וכל אמה ששה טפחים *latitudo pollicis æquat digitum mediocrem, & pridem subtiliter inquisivimus has mensuras, atque deprehendimus correspondere septem granis hordeaceis mediocribus, contiguè & arctè juxta se positis.* (paulò major unciâ pedis Wurtembergici, quod ex hâc lineolâ in totidem partes divisâ |—+—+—+—+—+—+—| liquet.) (Palmus verò cujus uspiam in sacris fit mentio, constat quatuor ejusmodi pollicibus & Ulna sex palmis. (h.e. 24. pollicibus) Eoque capite toto docet operosè, quomodo id assequendum sit. primò nudas aliquot & scripturâ vacuas membranas, experimenti causâ convolvendas, donec justam crassitiem nanciscantur; deinde iterum revolutas, baculo in 50. pollices diviso metiendas, & proportionem ad prototypum exemplar æstimandam, quantum textus uni cortinæ competat; postea periculum scriptionis in rejectitiâ quadã membranâ prius faciendum, unde computet quantum literas augere vel minuere debeat &c. quæ ob prolixitatis tædium allegare hîc intermitto. Informat quoque lectorem vers. 10. suo exemplo.

quantus fuerit ille codex, quem ipſe Maymonides propriâ manu exaravit. *omnes columnas 4. digitos latas fuiſſe (præter ambo carmina, quæ 6. pollices requiſiverint) ſingulas conſtitiſſe 51. lineis, & fuiſſe numero 226. paginas. (itaq; 11526. lineas) longitudinem verò totius voluminis 1366. pollicum. (h. e. 57. ferè Vlnar. Iud.) cortinas autem arietinas. ſi cui hanc menſurā imitari placeat, non à proportione aberraturum (quod tamen ſibi experiunti, ob membranæ denſitatem, non præcisè contigiſſe notat Commentator marginalis.)* Audiamus & cæteras dimenſionum leges. quælibet membrana in aliquot columnares paginas diſtribuitur, has oportet juſto nec pauciores nec plures eſſe. Alpheſ. p. 348. init. תר׳ עושה אדם יריעה מבת שלש דפין ועד בת שמנה פחות או יותר לא יעשה ולא ירבה בדפין מפני שנראין כאגרת ואל ימעט בדפין מפני שעיניו משוטטות *jubēt ut homo cortinas dividat à tribus ad octo paginas, plures vel pauciores haud faciat. non illud, nè videatur epiſtola vulgaris (debent enim literæ ſacræ â profanis primo ſtatim intuitu differre) non hoc nè oculi (ob latitudinē pauciorum columnarum in legendo) exorbitent.* Mei exemplaris cortinæ ut plurimum in quinq; paginas diſtributæ ſunt. quid verò ſi cutis magni animalis fuerit amplior? Tphill. 9. v. 12. נזדמנה לו יריעה בת תשע דפין חולק אותה חמשה לכאן וארבעה לכאן *ſi cui parata eſt cortina novem paginarum capax, dividat eam, huc referendo quinque & illuc quatuor. (non verò tres huc & ſex illuc, ut Alpheſius addit.)* בר״א בתחלת הספר או באמצע אבל בסוף אפילו פסוק אחד בדף אחד עושים אותו דף לבדו ותופרין עם שאר יריעות *& totum hoc intelligēdum eſt de principio libri vel medio: at in fine verſiculus etiam unicus peculiarem paginam meretur, quæ cæteris aſſuitur.* Columnarum quoque latitudines mediocres eſſe decet. Soph. 2 §. 8. שיעור הדף כדי שיהא רואהו ובקטן לא יפחות מטפח רבי יוסי בר׳ יהודה אומר לא יפחות משלש אצבעות ולא יעשה רחבו יותר על חצי ארכו *quantitas paginæ, quæ lectoris viſui congruat, in parvo exemplari non anguſtior ſit palmo. R. Ioſe nomine R. Iehudæ ait, non minor tribus digitis. contra tamen nemo faciat latitudinem eius ampliorem ſemiſſe altitudinis.* Maymonides optimam menſuram, tribus longiſſimis vocibus terminat. 7. v. 4. אורך כל שיטה ושיטה שלשים אותיות כדי לכתוב למשפחותיכם תלתא זימני וזה הוא רוחב כל דף ודף *longitudo ſingularum linearum æquet triginta literas, ut vox polyſyllabica* למשפחותיכם *(quæ familias veſtras ſignificat) tribus vicibus ſcribi poßit. hæc ipſa eſt latitudo paginarū.* Gloſſator tamē addit in margine הכל לפי הנוי שהרי ג׳ למשפחותיכם מכתיבה גסההיה יותר מטפח מטפח *decorum ubique ſpectandum eſſe; quoniam hæc vox ter repetita in craßiori ſcripturâ, facile palmum excedat.* In meo ſanè fragmento columnæ ſunt inæquales, pro capacitate membranarum, nè quid

inutili-

inutiliter periret. Habent & margines ſuam æſtimationem. R Alph. 348.a. שעור גליון מלמטה טפח ומלמעלה שלש אצבעות ובין דף לדף כמלא רוחב שתי אצבעות *menſura oræ inferioris eſt palmus, ſuperioris verò tres pollices. ſed inter paginas ſpacium plenè duorum digitorum.* Tphill. 9.2. צריך שיניה בתחלת כל יריעה ובסופה רוחב אצבע אחד כדי תפירה: *neceſſe inſuper ut relinquatur ad extremitates cortinæ, aliud ſpacium unius digiti pro ſuturâ.* En quàm curioſè lineas quoq; dinumerẽt! Ead. Hal. c.7. v.10. יש דברים אחרים שלא נאמרו בתלמוד ונהגו בהם הסופרים וקבלה היא בידם איש מפי איש והן שיהיו מנין השיטין בכל דף לא פחות משמונה וארבעים ולא יתר על ששים *ſunt aliæ res non quidem præceptæ in Talmud. ſed longâ conſuetudine ſcribarum introductæ, qui jactant traditionem diuturnam ex ore unius ad alterum. Inter quas & illud, quòd lineas paginarum numerant, non pauciores XLVIII. nec plures LX. faciunt.* Et nè res omni ratione carere videatur, afferunt in Maſs. Soph. pulchras aliquot, ſuâ opinione cauſas, ubi & alios plures numeros reperio. cap. 2. paragr. 6. בותני טעם במסעות ארבעים ושנים שנ׳ ויכתוב משה את מוצאיהם. וברבבות של ישראל ששים שנ׳ כתב לך ובזקנים של ישר׳ שבעים ושנים. וכו׳ *dant rationem è profectionibus quadraginta duabus, quia dicitur (Num. 33.2.) deſcripſit Moſes juxta exitus eorum. item à myriadibus Iſraëlitarum ſexaginta, quia dicitur (Exod. 34.27.) ſcribe fœdus quod cum illis pepigi. nec non pro numero LXXII. ſenum (in memoriam illorum.)* Meæ omnes ſemper 48. tantùm conſtat. Similem ſuperſtitionem in Arabicis quoque libris obſervo, ubi perpetuò impares lineas notavi, quo numero DEUS gaudere creditur Poëtis. Vnum hîc ſupereſt notabile, quòd nil ſacrum exſcribunt, regulâ non priùs lineatum; ut ſcilicet elegantius appareat & differat à ſchedis profanis. Tphill c.1.v 12. הלכה למשה מסיני שאין כותבין ספר תורה אלא בשירטוט *habemus id à Moſe de Sinai, nè quis liber legis deſcribatur absque amuſſi.* c.7.v.4 שכתבו בלא שרטוט פסול *abſque lineato ſcriptus, eſt profanus* v.16. מותר לכתוב שלש תיבות בלא שרטוט יותר על זה אסור *licet tres tantùm voculas ſine lineato exarare: plures eſt omninò nefas.* hinc diſputant de allegatis: an & phraſes biblicas obiter uſurpatas lineare oporteat? Comm. eius ibid. in marg. כתב רבינו ברוך דדווקא כשמביא פסוק לראיה אבל אדם כותב לחבירו ופסוק בלשונו אין צריך לשרטוט: *tradit magiſter noſter Baruch, id obſervandum eſſe maximè, quando quis verſum citat ad probationem. verùm cùm ſocio ſuo familiariter ſcribit, & immiſcet locutiones textuales, non opus eſt lineatione.* Meorum lineamentorum ſulci omnes ducti ſunt in tergo, & eminentiæ vergunt antrorſum, quâ parte ſcripturam minùs impediunt.

E 3

III. Transeamus ad ATRAMENTUM, quod similiter multâ cautione indiguit nefas erat ullo, nè pulcherrimo quidem colore, vel unam lituram ducere: secus quàm factitabant veteres Monachi, qui omnium paragraphorum initia cinnabari & æris flore quondã pingebant. Hal Tphil c.1.§.5. נאמר למשה מסיני שיהיו כתובים בדיו למעט שאר מיני צבעונין כגון האדום והירוק וכיוצא בהן שאם כתב אפילו אות אחת בהן פסול *injunctum est Mosi de Sinai, ut perscribantur Atramẽto. id excludit cæteras species colorũ omnes, velut rubrũ, viridẽ & consimiles. quod si vel unica literula is scriberetur, totũ profanaret.* Ne nobilissimã quidẽ auri tincturã, quâ tamen Salomo templũ decoravit, huc admittunt. Soph. 1. §. 9. אין כותבין בזהב. מעשה בתורתו של אלכסנדרוס שהיו כל אזכרותיה כתובות בזהב ובא מעשה לפני חכמים ואמרו תגנז *neutiquam scribunt auro (comminuto.) Accidit pentateucho Alexandri M. in quo omnis mentio DEI aureis literis perscripta erat, ut factum hoc deveniret ad sapientes. ij responderunt, è medio tollendum esse.* Sunt & alia communiter nobis usurpata, quæ atramenti sacri confectionem ingredi prohibentur. Ibid. §. 5. אין כותבין בשחור ולא בשיחור ולא בקומוס ולא בקנקנתום ולא במי טריא: *non adhibent carbonem, nec nigredinem (pictoriam vel sutoriam) nec gummi, nec vitriolum, nec aquas putres.* sed parant illud suâ quadam singulari ratione, quam descripsit Maym. H. Tph. 1.4. כצד מעשה הדיו מקבצים העשן של שמנים או של זפת ושל שעוה וכיוצא בהן ונובלין אותן בשרף האילן ובמעט דבש ולותתין אותו הרבה ודכין אותו עד שיעשה רקיקין ומיבשין אותו ומצניעים אותו ובשעה כתיבה שורהו במי עפצא וכיוצא בו וכותב בו שאם תמחקנו יהיה נמחק וזהו הדיו שמצוה מן המובחר: *quomodo conficiunt hoc Atramentum? colligunt fumum olei vel picis vel sevi, vel talium, & pinsunt in exusto ligno cum exiguo mellis, atque depsunt valdè donec attenuetur: postea exsiccant & reponunt. Tempore scriptionis autem macerant vel dissolvunt in aquis gallarum aut similium. & scribunt eo Quod si hoc deleveris, erit plenè abstersum. Et illud ipsum est præstantissimum, quod præceptum.* Glossa tamen marginalis nonnullas addit animadversiones, quas lubens prætereo.

IV. Authenticum aliquod EXEMPLAR assumebant, unde sua particularia describerent. Asservabatur autem sacratissimum & originale volumen à Levitis in sanctuario, è quo Rex suum transsumere atque corrigere debuit: atque ut emendatius id faceret, conscio & auscultante Synedrio revidere. Tph. 7. 2. מגיהין אותו מספר העזרה על פי בית דין הגדול *corrigendum est è libro Atrii, juxta os senatus magni.* Et si quis adeò felicis memoriæ, ut totam legem teneret (quales sanè reperiuntur inter Judæos, qui diuturnâ lectione integras paraschas addidicerunt & expeditè recitant,) non tamen liceret ipsi

xet ipsi, vel unicum jota sine prototypo exarare: in quo agnoscimus miram DEI providentiam. qui etiam sic integritati textus consultum voluit. Alphesius pag. 349 a & b. גרסינן בפרק הקורא אמר רבה בר חנה אמר רבי יוחנן אס״ר לכתוב אפילו א״ת אחת שלא מן הכתב. רב חסדא אשכחיה לרב חננאל דהוה כותב ספרים שלא מן הכתב א׳ ליה ראויה כל התורה כולה שתכתב מפיך אלא הרי אמרו אסור לכתוב אפילו אות אחת שלא מן הכתב *legimus in capite Haquore* (*quod est 2. Masc. Megilla in Talm*) *retulisse Rabbam filium Channæ, quod dixerit R. Iochannan: nefas esse vel unicam literulam scribere sine præscripto. Accidit ut Raf Chasda inveniret Raf Chananaëlem, scribentem sine prototypo: dixit ei, dignus quidem esses, è cujus ore tota lex rescriberetur! sed ecce prohibitum vel unam lituram ducere absque exemplo.* Nihil ergò fidit memoriæ suæ Maymonides, quantumvis divinam haberet, sed optimum Exemplar secutus est religiosissimè H. Tph. fin. c. 8. ספר שסמכנו עליו הוא הספר הידוע במצרים שהוא כולל כ״ד והיה בירושלים מכמה שנים להגיה ממנו הספרים ועליו היו הכל סומכין לפי שהגיהו בן אשר ודקדק בו שנים הרבה והגיהו פעמים רבות ועליו סמכתי בספר התורה שכתבתי כהלכתו: *liber cui innixi sumus, est notissimus ille codex in AEgypto; qui complectitur omnes XXIIII. libros biblicos, & fuit Ierosolymis olim per plurimos annos, ad corrigendum inde cæteros. Huic omnes securè fidunt, quia sciunt recognitum à Ben Aser* (*celebri quodam Masorita Tyberiense.*) *qui accuratissimè pervestigavit cum multis annis, & emendavit multoties; eum secutus sum, quando legem, ut moris est, describebam.* Hoc ipso etiam R. Jona hammedakdek quondam usus est, referente Elia Lev. in Schifre luchos mihi p. 244. b. ubi & alios quosdam magnæ celebritatis libros recenset, unum qui à Iericho venerit, alterum quem Hillel, è captivitate Babylonicâ redux suâ manu descripserit, omnes autem cùm hodiernâ lectione in minutissimis consentiant unde colligo hiatus qui hodie visuntur in textu. verb. gr. defectum vers. 36. & 37. in 21. cap. Josuæ, minimè novitium esse, sed omninò ante posterioris templi fabricam desideratos: adeóque varias Lectiones è captivitate prima natas. ut R. D. Kim. ad 1. Reg. 17:14 notat: בגלות בשתבשו הנסחאות *in exilio priori corrupta fuisse exemplaria.* Similem harmoniam editionum sæpè miror in Alkurano, qui per universam ferè Asiam & Africam, quâ latissimè patent; magnam quoque partem ipsius Europæ, in tot millena exemplaria conformiter, absque typis, solâ manu multiplicatur.

V. Venio ad LITERAS. hîc mihi non convenit cum quibusdam sciolis inter Iudæos, qui hodiernos characteres primævos esse negant; videorque in *Dissert. d. Numm. Hebr.* è figura literæ Vav &c.

pluribus documentis probatum dedisse, quòd vetustissimi adeóq; legislatori Mosi sint coætanei: nisi fortè ante ipsum alios in usu fuisse velint, quod non disputo. Soph. 1.6. אין כותבין לא עברית ולא ארמית ולא מדית ולא יוונית כתב בכל לשון בכל כתבים לא יקרא בו עד שתהא כותב אשורית *non scribant nec Hebraicè (fortaßis per Metathesin unius literæ legendum est* ערבית *Arabicè) nec Syrè, nec Medè, nec Græcè. quacunque linguâ quibuscunque literis scriptum fuerit, nefas est legere, nisi tantum Aßiriacè. (quo cognomento quadratas sive textuales literas appellant.)* Etiam paucula illa quæ peregrini sunt Idiomatis in lege, characteribus usitatis scribere oportet. Ib. v. 10. כל התורה כולה עברית היא אלא שיש דברים תרגום כגון יגר שהדותא. אל יכתוב תרגומית *tota quidem lex est Ebræa, præter pauca quædam Chaldaica, velut (gen. 31.47.) Iegar Sahaduta, h. e. cumulus testimonii. nemo tamen scribat ea Chaldaicè.* Itaque non probantur Iudæis heterogeneæ transcriptiones textus; qualis olim una erat in Hexaplis Origenis, ubi verba Hebræa literis Græcis expressa: item nostrâ ætate in discentium gratiam, à Cl. V. Eliâ Huttero p. m. in specimine quodam, latinis literis, non inutili consilio tentatum. H. Tphill. 1. § 19. התירו בספרים לכתבן אף ביוני בלבד וכבר נשתקע יוני מעולם ונשתבש ואבד לפיכך אין כותבין היום אלא אשורית *permiserunt in libris (privatis scilicet) describere etiam literis Græcis seorsim. sed pridem submersa est hæc Græcanica ratio, de mundo sublata & depravata. proinde nemo scribat hodie aliter quàm Aßyriacè.* Ideò R. Ioël Levita libros nostros ibid. in marg. cōtemptim vocat. חומש פסול של גלחים *pentateuchum profanum rasorum Monachorum.* Et indignè tulerunt olim tale quid in Philadelpho Ægyptio. Soph 1.7. מעשה בחמשה זקנים שכתבו לתלמי המלך את התורה יונית והיה היום קשה לישראל כיום שנעשה העגל שלא היתה התורה יכולה להתרגם כל צרכה *Quinque senes descripserunt regi Ptolemeo legem literis Græcis, ea dies æquè gravis habita fuit Israelitis, ac illa quâ vitulum conflarunt. neque enim poßibile est, ut omnia plenè sic exprimantur (fortè quia Græci aspirationibus in mediâ voce carent.)* Porrò literarum decus & necessaria proprietas est, ut sint benè legibiles, invicem discriminatæ & undique à vicinis liberæ; quo postremo requisito à cæteris orientalibus scripturis, Hebræa sola differt. Tphill. 1.19. צריך להזהר בכתיבתן כדי שלא תדבק אות באות שכל אות שאין העור מקיף לה מד׳ רוחותיה פסולה וכל אות שאין התינוק שאינו לא חכם ולא סכל יכול לקרותה פסול *cautione opus est in scribendo, ne literæ cohæreant. etenim quamcunque literam membrana non ambit ex omnibus quatuor lateribus circumquaque, ea profana est. nec idonea, quam discernere & legere nequit puerulus aliquis, modò non sit omninò stupidus*

præsertim

præſertim inter ſimiles accuratè diſtinguendum, quales monent Alpheſio p. 348.b. ſunt סם . טם . כנ . ח . חה . רד . צג . כב . עא . è quarum confuſione magni quidam errores, ab oſcitantibus tùm librariis tùm interpretibus, in Bibliorum verſiones aliquas ſunt introducti. quorum catalogum habes in *præf. lex. Schindl.* Quod ſi foramen occurrat inmembranâ, jubet Maym. v. ſeq. 20. attendere, nè literam vitiet vel reddat ambiguam: velut ſi particulam ח abſumeret, ut pro hiante ה haberetur. in gremio autem cavarum, v.g. ם ס minus habere periculi. Vetat etiam Commentator ejus, ad c.7. v. 6 ullas ornatus gratiâ, vel pro explendo ſpacio diducere: ut noſtrates factitant, & ipſi aliquando Judæi negligunt. למשוך האותיות ולעשותן גדולות עד סוף השיטה אסור שאין לשנות אות אחת מחברו ולא לגדלו ולא להקטינו זולתי המקובלים לבעלי כסורת: *protrahere literas & prolongare uſq; ad finem lineæ, nefas eſt. (ſecus quàm exiſtimant vulgò Grammatici.) nec decet literam aliquam ſolam differre à ſociis ſuis quantitate vel majori vel minori; præter paucas myſticas, quas obſervarunt Authores criticæ Maſoreth.* Reperiuntur enim aliquæ paſſim, quæ ſemper & ab antiquo cæteris vel grandiores vel minutiores pictæ fuerunt, quadam religione de quibus Maſs. Sopher. cap. 9. & noviſſimè Buxtorfius in ſuâ *Tyberiade*. Item aliquæ ſupra reliquas ſuſpenſæ, vel ſitu inverſæ: præſertim verò פ in Manuſcriptis ſæpiſſimè reduplicatum. & quaſi prægnans. quorum veram rationem quamvis ignoremus hodiè, nec Judæorum ſuperſtitioſas explicationes ita ſimpliciter admittamus, cenſeo tamen cum Maymonide. omninò religiosè ſic retinendas, & ut accepimus, ſic ad poſteritatem fideliter tranſmittendas. Tph. 7.8. הזהר באותיות גדולות וקטנות ובנקודות והמשונות. כגון הפאין הנכפפות והאותיות עקומות כמו שהעתיקו הסופרים איש מפי איש *attende literas Majuſculas & minuſculas, punctatas, variatas, multa Pe ingeminata, & literas obliquatas: ſicuti propagarunt Scribæ, unus ex ore alterius.* Puncta quorum hîc meminit, non ſunt Vocales nec Accentus; nam nihil tale uſpiam apparet in authenticis libris Judæorum, (ut valdè mirer ſupereſſe qui vocaliū antiquitatem ſeriò credant) ſed extraordinaria quædam puncta intelligit. de quibus iterum M. Soph. c.6. & diligentiſs. *Buxt. in Theſ. Gram. l.1. cap. 5.* Cæterum ut vocalibus carent, ita viciſſim quid aliud habent, quod noſtri Codices ignorant, nempe creberrimos apices, non arbitrariè ſed certo numero debitiſq; locis impoſitos; quos TAGIN ſive coronulas nominant, quia ut hæ in capitibus regum, ſic illi ſupra voces eminent. R. Alph. 349. a. א׳ רבה שבעה אותיות צריכות ג׳ זינן ואלו הן שעטנז גץ *ait Rabba, ſeptem literæ indigent ter-*

nis apicibus, quæ (memoriæ causa) comprehenduntur symbolicâ voce Schaetnez, heterogeneam vestem significante. Tphill. 7 8. תזהר בתנין בכמנין יש אות שיש עליה תג אחד ויש אות שיש עליה שבעה וכל התנין כצורת זיינין הן דקין כחוט השערה *observa coronulas & numerum earum. est litera quæ unam tantùm, est alia quæ usq; ad septem poscit. omnium verò figuræ sunto instar telorum, graciles quasi filum aut pilus.* plura de illis habet R. Ucian in notis ad c. 1. v. 19. copiosissimis. In his omnibus adeò meticulosi sunt, ut si vel unicum jota ne dum tota vox desit reliqua universa contaminari & labefactari unà putent, non audent מלא cum חסר *seu plenum defectivo* permutare h. e. quiescentem literam, quæ salvo sensu adesse vel abesse posset, pervertere: quanto minus textum spontè adulterare? ut quidam imperitè suspicantur. Denique quia voces in fine linearum derimere non solent, nec portionem ejus ad initium sequentis rejicere, disputant anxiè quæ huc locanda vel servanda sit illuc: Aleph. 348. a. בזדמנה לו תיבה בת ב׳ אותיות לא יזרקנה בין הדפין אלא יחזור לתחלת השיטה: *vocem duarum literarum non dispergat inter paginas, sed integram transferat ad frontispicium alterius lineæ.* Tph. 7 1. נזדמנה לו תיבה בת חמש אותיות לא יכתוב שנים בתוך הדף ושלש חוץ לדף אלא כותב ג׳ בתוך וב׳ חוץ לא נשאר מן השיטה כדי לכתוב ג׳ מניח המקום פנוי ומתחיל מתחילה *si præsto est vox quinq; literarum, non scribat duas intra columnam, tres extra: sed 3. intus 2. foris. si non tantum restat de lineâ quod tres capiat, relinquat locum vacuum, & inchoet novam.* In Marg אבל בשם רבינו תם שאין לכתוב אפילו אות אחת ממנו חוץ לשיטה *at juxta Doctorem Tom (qui plus de ornatu quàm integritate scriptionis sollicitus erat) non licebat ullam literam forinsecus ad margines reponere (fortè quid ibi non lineatum esset quod suprà ut necessarium requirebant)* Soph 5. 10 אלו שמות הנחלקין בית אל בית און באר שבע ידיד יה הללו יה ר׳ יוסי א׳ אין חולקין עמינדב צוריאל ישראל וכל בבוכדנצאר . *hæc sunt nomina (propria, composita) quæ (in extremitatibus linearum) dividere licet, Beth-el, Beth-aven, Beer-seba, Iedid ia, Hallelu-ia. R. Iose ait non dividi Aminadab, Zuriel, Israël, Nebucadnezar &c.* sed mitto has subtilitates, & suis admiratoribus relinquo.

VI. Nomina Dei reverentiæ causâ, multam circumspectionem requirunt, ut ritè scribantur. Alph. loc cit. הטובל את הקולמוס לכתוב את השם לא יתחיל מאותו השם אבל מאות שלפניו *intingens calamum ut scribat nomen DEI, non ordiatur ab ipso nomine, sed ab antecedente literâ.* Jubent tunc attentissimos esse, & omni mentis devo-

devotione majestatem tanti numinis considerare, nisi totius libri sanctitatem vagis cogitationibus conspurcare velint. Tphill. 1. 15. אם בשעת כתיבה לא היתה לו כוונה וכתב אזכרות שלא לשמן פסולין *si quis horâ scriptionis non devotissimus est, sed mentiones DEI absq, illâ intentione scribit, omnia profana sunt.* Et ut exorcistas nullius spectri larva turbare debet in incantationis tenore, sic religiosum Judæum non ullius personæ respectus tunc commovere. Soph. 5. 6. הכותב את השם אפילו המלך שואל בשלומו לא ישיבנו היה כותב שנים ושלשה שמות כאחת מפסיק ביניהם ומשיב *si DEI nomina scribentem vel Rex aliquis salutet, non respondeat prius, quàm duo vel tria verba continuè subjecerit; tunc demum interspirare licet atque gratias agere.*

VII. CARMINA in lege bina tantùm sunt: unum in Exodo post transitum maris, alterum sub finem Deuteronomii. hæc ambo non ut reliquam prosam, sed suâ quâdam peculiari ratione describere oportet, ut primo statim intuitu appareat, esse cantica. quemadmodum versus in omni lingua differunt ab oratione liberâ. totum verò artificium consistit in principiis linearum rectè locandis. Tphil. 7. 10. יהיה בראש חמשה השיטין למעלה משירת הים הבאים ביבשה ה׳ מת במצרים . ולמטה מן השירה חמש שיטין התחלת כל שיטה מהן כך ותקח אחריה סוס ויצאו ויבאו: *In cantico Maris, initia quinq, linearum superiorum hæc sunto: (Exod. 14. 28.) Venientes. (v. 29.) per siccum. (30.) Dominus, (Ibid.) Mortuum. (31.) In Aegypto. sed quinque inferiorum hæc: (Exod. 15. 20.) Et accepit. (ibid.) Post eam (v. 21.)* Equum *(22.) Et egressi sunt (23.) Et venerunt.* ויהיה בראשי השיטין למעלה משירת האזינו ואעידה אחרי חדרך באחרית להכעיסו קהל שש שטין . ולמטה ממנה חמש שיטין ויבא לדבר אשר הזאת אשר *verùm in cantico Auscultate, sex priores lineas occupent hæc initia. (Deut. 31. 28.) Contestabor (v. 29.) Post, (ibid.) Via. (ib.) In novissimo. (ib.) Vt irritetis eum. (30.) Congregationis. Quinq, postremas hæc: (Deut. 34. 44.) Et venit. (45.) Loqui (46.) Quæ, (ibid.) Istius. (47.) Quam.* Si quis hoc negligit, textus corruptor audit. §. seq. 11. שכתב שירה כשאר הכתב הרי זה פסול *quicunq, carmen instar prosæ scribit, ecce is profanator est!* Improbatur itaque illorum Periergia & inanis diligentia, qui ut omnes lineas à vav inchoent, textum modo lacerant, modo in contrarium nimis arctè condensant. quos R. Urian ib. in marg. reprehendit נהגו סופרים בורים להתחיל כל עמוד בו״ו נראה איסור גמור כי ביש מקומות קצרים ופעמים אותיות ארוכות הרבה כדי שיגיע ו״ו לראש כל עמוד כאשר סדרו לו ונפ׳ הקומץ גרסינן לא ימעט הכתב מפני הריות

יוהנה כתבתי למורי ז"ל והככים על ידי והשיבני כי לא נכון בעיניו אך סופר אחד היה ר' ליאונטין ממול הוזן שהראה אמונתו. עכ"ל. *fatui quidam scriba soleat omnem columnam à vav incipere: id videtur mihi grande nefas, quia interdum decurtant scripturam, aliquando literas nimis prolongant, ut attingat vav caput columnæ, quod sibi præsumpserunt. In capite Haqquomez (quod est 2. Maß. Menachos in Talm.) legimus: nemo minuat scripturam propter spacia. Ecce tamen consului meum præceptorem p. m. qui prorsus mecum consensit, & rescribeas id minimè sibi placere: authorē verò esse quendam R. Leontin Mülbusanum, qui sic artem suam ineptè ostentarit. hac ille.* Taxat deinde alios, qui ut nomini suo memoriam quærāt, illud columnarū frontibus intexunt. scriptioni similiter vi facta. דחקו עצמם לעשות ראשי עמודים אלו וראשי שיטות אלו ולעשות שמו בראשי הדפין וסת העשוי כן פסול שהרי פרשה דיהודה אתה יודוך פתוחה אם כן אי אפשר להיות בראש הדף *urgent seipsos facere principia columnarum aut linearum talia vel talia, & locare nomen suum in paginarum capitibus. Eiusmodi libros habeo profanos. nam ecce parscha, v. g.* IEHUDA *te laudabunt (gen. 49. 8.) aperta esse debet, (hoc est, spacium ante se habere, ut mox dicetur) itaq; non possibile, ut occupet initium paginæ.*

VIII. SPACIA non pro arbitrio relinquebāt; ut Poligrammateorum pulli nobiscum, qui rusticis folia nec paragraphos, pro ære suo adnumerant: sed omnia traditione majorum metiebantur, à quorum formulis, religionis metu nè hilum quidem hodie discedunt. Tph. 7. 4. יניח בין כל תיבה ותיבה כמלא אות קטנה: ובין אות לאות כמלא חוט השערה: ובין כל שיטה ושיטה כמלא שיטה: *relinquat inter literas spacium fili vel pili; inter dictiones, quantùm occuparet litera quædam parvula: inter lineas autem pro mensurâ lineæ.* v. 10. יהיה ריוח שבין פרשה לפרשה כמו תשע אותיות אשר אשר אשר *spacium inter Parschas (h. e. 54. sectiones legis.) esto magnitudine novem literarum, ut vox ter scribi posset.* verſ. 7. מניח בין כל חומש וחומש ארבעה שיטין פנויות בלא כתיבה לא פחות ולא יותר ויתחיל החומש מתחלת שיטה חמישית *inter quinarios (h. e. quinque libros Mosaicos nostræ divisionis.) relinquat quatuor lineas vacuas absq; scripturâ; non plures nec pauciores: & ordiatur sequentem librum ab initio quintæ.* verſ. 14. מותר לכתוב התורה כל חומש וחומש בפני עצמן ואין כהן קדושת ספר תורה *licet quidem etiam singulos quinarios (nostro more) seorsim scribere: sed tunc nulla in ijs est sánctitas honorabilis (de qua infra.)* Alph. 349. a. תניא הכותב סת לא ייגמור באמצע הדף כמו שנוסר בחומשין אלא מקצר ועולה עד סוף הדף א"ל הושע כל ישראל באמצע הדף איתמר אף באמצע השיטה רב אשי שמה דוקא: *vetus traditio extabat; legem descripturus non finiat in medio paginæ,*

quolo-

quo loco desinere solent Quinarii, sed contrahat (columellas) ut cum fine terminet. Sed R. Iosua dicit, clausulam: omnis Israël, (Deut. ult.) pertinere ad medium paginæ: Ithamar addit, etiam ad medium lineæ: Ras Ase conciliat; illuc maximè (si nimirum citra coactionem deformem poßibile sit.) Porrò præter ista, sunt & alia passim in lege spacia, quæ inde à Mose hucusque observata sunt religiosè. & à nostris quoque Typographis notata literis פ & ס; quarum illa פתוחה sive *apertam*, hæc verò סתומה *clausam* significat. De his Maym. toto cap. 8. agit, singulas prolixo catalogo recensens; anteà tamen utriusque mensuram proponens: quam pridem inde transtulit Cl. Buxtorfius *in Abbrev. Hebr. p.* 141. *& seq* ego proinde hîc repetere nolo; cui nunc ea tantùm afferre mens est, quæ meo scitu latinis prodita non sunt hactenùs. verùm paulò aliter, nè dissimulem; tradit ea Baal-Mass. sub fin. cap. 1. איזהו פתוחה כל שלא התחיל בראש השיטה ואיזהו סתומה כל שהניח באמצע השיטה וכמה יניח כדי לכתוב שם של שלש אותיות *quænam est* Aperta? *omnis quæ non à principio lineæ inchoatur. quæ verò* Clausa? *omnis quæ in medio relinquitur. quantum hoc spacium? ut vox trium literarum scribi possit.* intellige de minimo: nam meum exemplar & omnia quæ vidi, hiant amplius.

IX. Hæc ritè sic confecta sequebatur CORRECTIO, ut Exemplaria essent quàm emendatissima. Non autem licebat eam in ociosum aliquod tempus differre; sed ut apud ICtos Appellationes suos habent fatales terminos, intra quos prosequendæ sunt aut postea deserendæ: ita hæc correctio intra mensem unum, sive XXX. proximos dies à fine scriptionis necessariò erat suscipienda, nisi quis insumptam omnem operam voluerit inanem. Alph. 347. b. ס״ת שאינו מוגה א׳ ר׳ אמי עד שלשים יום מותר לשהותו מכאן ואילך אסור לשהותו משום שנ׳ אל תשכן באהליך עולה: *De libro legis nondum correcto ait R. Ammi, ad trigesimum diem licet eum retinere, sed ulterius & deinceps procrastinare nefas est, secundum illud (Iob. 11. 14. ne habitare sinas in tabernaculis tuis pravitatem.* Maym. addit. 7. 12. אלא יתקן או יגנז *sed corrigatur aut removeatur.* Potuit tamen aliquid tàm negligenter exaratum fuisse, ut plus operæ correctio requisiverit, quàm iterata scriptio. in tali consultiùs erat totum abjicere, quàm tot lituris fœdare: ut Chirurgi solent immedicabile vulnus ense nonnunquam recidere. Inde mendis certus numerus est constitutus; ut quondam in Lege Fusiâ Caniniâ servorum testamento manumittendorum. R. Alph. 349. a. med. תניא ספר שיש בו שלש טעיות בכל דף ודף יתקן ארבע יגנז: *Traditio. si quis liber tria tantùm errata continet singulis paginis, corrigibilis est: sin 4. vel plura, rejiciatur.* Id verò limitat Maymonides, & de

erroribus omissionis non commissionis vult intellectum. Tphil. 7. § 13. ברא שכתב המלא חסר שנמצא תולה האותיות ששכח בינו השיטות אבל אם כתב החסר מלא אפילו יש בכל דף ודף כמה טעיות הרי זה מתקן מפני שהוא גורר ואינו תולה: *dictum puta de eo, qui scripsit pro pleno defectivum, & suspendere cogitur literas, quarum oblitus est, interlineas: at si contra, redundans aliquid posuerit, quamvis in singulis paginis plura commiserit errata, tamen ea corrigere licet; ratio quia tantùm eradit superfluum, nihil inserit.* Pro insanabilibus autem habentur Sphalmata spaciorum & carminum. c. 8. § 3. אבל אם טעה בריוח הפרשיות וכתב פתוחה סתומה או ששינה צורת השירות הרי אין לו תקנה אלא לסלק את כל הדף שטעה בו *verùm si aberravit in spaciis Parscharum, aut scripsit Apertam pro Clausâ vel contra, item si canticorum formas pervertit, ecce non habet aliam correctionem. nisi ut prorsus tollatur universa columna talis.* Hinc jam gravis oritur Disputatio inter Apellas de nominibus & cognomentis Dei; an, quæ, vel quatenus ea corrigere fas sit? nè quid horum in contumeliam Divinæ majestatis vergat. miserescimus equidem superstitionis hujusmodi; sed nostrorum multis indignari debedamus, qui eò securius illud assumũt in vanum, quò Judæi abstinent delicatius! scribunt reverentius! corrigunt timidius! non delent prorsus! Alphes. 348. b. המוחק אות אחת מן השם עובר בלא תעשה א״ר ישמעאל לכך נאמר ואבדתם את שמם מן המקום ההוא ונאמר לא תעשון כן לה׳ אלהיכם: *delens unicam literulam de nomine divino, peccat graviter contra prohibitionem. Id probat R. Ismaël (in Mass. Soph. 5. 6. tribuitur hoc R. Simeoni) ex illo dicto (Deut. 12. 3.) perdatis nomina Idolorum: ubi disertè additur: non sic faciatis Domino DEO vestro.* Soph. 5. 12. הכתב את השם על בשרו לא ירחץ ולא יסוך ר׳ יוסי מתיר ובלבד שלא ישפשף: *qui scripsit DEI nomen super carnem suam, non lavet nec ungatur. R. Iose permittit, modò id non sponte abstergat.* Quid ergò si perperam scriptum, annè sic relinquendum nec emendandum! hîc primò distinxerunt inter ipsum nomen & literas serviles ipsi adhærentes. Soph. 4. 3. כל האותיות המשמשות לשם בין מלפניו בין מלאחריו הרי אלו נמחקין כגון ביהוה אלהינו ויש אומרים כם מאלהיכם לא נמחק: *omnes literæ servilesam anteriores quàm posteriores deleri possunt, velut præfixa & suffixa &c. sunt tamen qui dubitant de* כֶם *vester.* deinde discrimen commenti sunt inter cognomina Dei; non omnia ejusdem esse authoritatis, quædam certâ constructione fieri profana. Ib. v. 5. אדני האדנים הראשון קודש והשני חול אלהי אברהם קדש ואלהי נחור חול: *Dominum dominorum, prius sanctum est, posterius profanum. DEVS Abraham sanctus, ad DEVS Nahor profanus est.* Tum varios casus confinxerunt, qui (nescio an præ devotione) possint contingere. Tphil. 1, 16. שכח

לכתוב

לכתיב את השם כולו תולה אותו בין השיטות אבל מקצת השם בשטה ומקצתו תלוי פסול : *si quis oblitus est nominis totius, suspendat illud integrum inter lineas. at partem in lineâ locare, reliquâ parte suspendere impium est. (sed non æquè ac essentiæ unitatem dividere velle)* Ibid. in marg. א׳ ר׳ שמחא הכותב יהודה ולא נתן בו ד׳ יתלנו למעלה . היה לו לכתוב את השם וכתב יהודה עושה מד׳ הא׳ ומוחק ה׳ אחרון *docet R. Simcha: si scripturus nomen Iehuda omisit Daleth (quo casu cum Tetragrammato confunditur) inserat illud superne. Contra, si DEI nomen scripturus impudenter scripsit Iehuda, faciat He ex Daleth, posteriori He deleto.* De hisce nunc satis.

X. Superest LIGATURA, quæ non minus ad Regias curas pertinebit ac præcedentia. hodie nostris Bibliopegis relinquitur. Hîc verò filo nihil opus est non serico, ne dum cannabino; fides quadrant membranis. Tphill 9. 13. אין תופרין היריעות אלא בגידין של בהמה טהורה וזה הלכה למשה מסיני : *cortinas aliter non consuunt quam nervis animalium mundorum. Estq; hoc ab authore Mose de Sinai.* sed nè scripturam deforment nodi, nectuntur extrinsecus. Ibid. Marg בספר פסק׳ רבינו תם היה כתוב שהתפירה תהיה מבחוץ ולא מבפנים : *In libro Pis.e doctoris nostri Tom, monemur, ut sutura fiat foris, non verò intus.* prudentiæ verò est, non totum consuere. nè circumvolvendo rumpatur. Soph 2. §. 11. א׳ ר׳ שמעון בן אלעזר צריך שיהא משייר מלמעלן ומלמטן שלא יקרע *monet R Simeon f. Eleazari, necessariò aliquid relinquendum esse superne & infernè. nè dirumpatur.* Quid verò si casu quodam rumpatur in futuris, vel vetustate laceretur alibi? Ibid. 5. 14 ספר שנתק התפר שלו אחת חוזר ויתפור גם שנית חוזר ויתפור שלישית לא יתפור *libri suturam quæ dissoluta est, primâ vice resarciunt & secundâ, sed tertiâ non amplius. (nè margines toties accisi penitus amittantur)* Tphil 9. 15. סת׳ שנקרעה בו יריעה בתוך שתי שיטות יתפור בתוך שלש לא יתפור בד״א בישן שאין עפצו ניכר אבל אם ניכר עפצו בין תיבה לתיבה יתפור ויזהר שלא תחסר אות אחת או תשתנה צורתה : *si cortina quædam lacerata est intra lineas duas, resarcitur: intra tres, non sarcitur. dictum puta de veteribus, quorum galla (seu nigredo) evanuit. at si adhuc agnoscitur scriptum, licet inter dictiones consuere; sic tamen nè qua litera pereat, vel figura ejus pervertatur.* Tandem binos cylindros tornare oportet, cum manubriis congruentibus & decoris, ad quos totum volumen extremitatibus suis affigatur, ut aptè convolvi & revolvi possit vers. præc 14. עושה לו שני עמודים של עץ אחד בתחילתו ואחד בסופו ותופר העור ששייר על העמודים בגידים כדי שיהא נגלל עליהן וירחיק *paret sibi duas columellas ligneas, unam pro initio alteram pro fine, & assuat illis redundantem utrinque membranam per nervos, &c, ut convenienter circumvolvi possint; relicto quodam spacio.* Cætera quæ ad ornatum exteriorem pertinent, libera sunt,

ſunt, & relinquuntur cujusvis arbitrio atque liberalitati. Requirit enim quoque המטפחת *linteamina* quibus obvolvatur, תיק *thecam* quâ muniatur, הארון *arcam* quâ recondatur, המגדל *turriculam* ut ſuper aſtantes emineat, & כסא *pulpitum* quo recumbat. vidi etiam argenteos clypeolos, gemmis diſtinctos, cum inſculptis feſtorum titulis, ad quorum ſolennitates diverſi præfigebantur. Item involucra holoſerica, quibus circumciſorum nomina erant acu intexta. nec non ſtylum vel indicem grandi adamante conſpicuum; & alios apparatus.

Cæterùm quæ hactenus recenſui, non omnia ſunt de ſubſtantiâ libri ſacri, quorum omiſſio eum vitiaret; ſed aliqua partim ornatus partim diligentiæ causâ fieri ſolita, ut ſcribas acuant & lectores juvent. Tph. 7.9. כל הדברים האלו לא נאמרו אלא למצוה מן המובחר ואם שינה שלא דקדק או שקרב את השיטין או הרחיקן או האריכן או קצרן הואיל ולא הדביק אות באות ולא חיסר ולא הותיר ולא הפסיד צורתן הרי זה כשר: *hæ res dictæ ſunt tantùm de ſelectiſſimis: at ſi quis paulùm variet, nec uſq; adeò ſubtilis ſit, v.g. ſi lineas ducat anguſtiores vel ampliores, longiores aut breviores, modò literæ non cohæreant, deficiant, redundent vel pervertantur, ſcriptio tolerabilis erit.* Ut ergò ſciatur, quænam ſint neceſſaria libri requiſita colligit ea Maym. ab init. cap. ult. Tphillin & per Anacephalæoſin recenſet viginti vitia, quorũ ſingula totũ volumẽ profanẽt atq; inutile reddant. 1. *pellis immundæ beſtiæ.* 2. *mundi quidẽ animalis, ſed non ritè parata.* 3. *non hâc intẽtione parata.* 4. *incompetente loco perſcripta, v. g. pergamenũ carnis, mẽbrana pilorum ſitu.* 5. *exaratũ in heterogeneis.* 6. *in corio.* 7. *abſq; lineato.* 8. *atramẽto evanido* 9. *alienâ linguâ.* 10. *ab hæretico vel inepto.* 11. *ſine devotione numinis.* 12. *ubi literula deficit.* 13. *vel redundat.* 14. *aut vicinam tangit.* 15. *character eſt ambiguus, perverſus, perforatus, obliteratus.* 16. *nimis anguſtè vel latè diſtãt voces.* 17. *ſpacia parſcharum erronea.* 18. *carmẽ ut proſa.* 19. *vel hæc inſtar illius.* 20. *debitis nervis non ligatum.* Audi verò quid fiat de reprobatis exemplaribus. aut docent inde pueros: Tphil. 7. 11. אם כתב פתוחה סתומה או שירה כשאר הכתב אין בו קדושת סת׳ כלל אלא כחומש שמלמדין בה התינוקות *ſi paragraphum apertum pro clauſo ſcripſit, vel carmen inſtar proſæ, nulla prorſus in eo ſanctitas eſt, ſed habetur ut pentateuchus, è quo parvulos inſtituũt.* aut ſepeliunt cum hominibus probis. c. 10. v. 3. סת׳ שבלה או שנפסל נותנין אותו בכלי חרש וקוברין אצל תלמידי חכמים וזו היא גניזתו מטפחות שבלו עושין תכריכין למת: *libros inveteratos vel profanatos includunt vaſi teſtaceo & ſepeliũt juxta ſtudioſum ſapientiæ. Et hæc ipſa eſt illorũ remotio vel occultatio (de qua paſſim ſuprà) E linteaminibus antẽ ſenio attritis faciunt involucra mortuo.* aut deniq; comburunt.

ſi ab

ſi ab Hæretico ſcriptum ſciant. Alpheſi 349.b. גרסי' בפ' השולח א' ר' נחמן נקיטינן ספר תורה שכתבו מין ישרף נמצא ביד מין או כתבו גוי יגנז *legimus in cap. Haſſcholeach (4. lib. Talm. Gittin) dixiſſe R. Nachman: nactus librum quem ſcripſit hæreticus, comburat: ſed repertum in ejus manu, vel ab Ethnico ſcriptum, abſcondat tantùm (ut prius)* Coronidis loco quæſtionem ipſis moveo, an ſi hodie poſt repertam Typographiam, in priſtinum locum & dignitatem reſtituerentur, non hoc labore ſcribendi ſuperſedere poſſint præſertim Rex illorum ad operas generoſiores natus: non opinor: quia DEUS mandatâ duplici ſcriptione hoc maximum egiſſe videtur, ut ſic omnia menti altius imprimeret: quod ſanè unicum erat & præcipuum Regis Studium, ſua Grammatica ſua Philoſophia, ſuum Corpus Juris, ſuæ omnis ſapientiæ Pandectæ, nè quis in hoc Theoremate prolixiorem fuiſſe miretur, aut quicquam à Regis officio alienum attuliſſe.


Theor. VI.

Et alterum ſemper ſecum ferre, ut indeſinenter legeret.

SUnt qui ſtudia Principes dedecere putant, fortè quòd Græculus aliquis literis iis ad impietatem abuſus eſt, aut quidam homo de ſcholâ in publico ſe ridiculum præbuit. verùm quia imperandi ars multò maxima eſt, quæ meris experimẽtis aut miſerè aut nimis tardè diſcitur, ſapere meritò creduntur Hebræi, qui eruditionem tum in Rege, tum in Magiſtratibus cæteris inferioribus requirunt. quomodo enim religiones diſcernere, ac ſuum cuique tribuere poſſit is, qui ſcripturarum & juris imperitus eſt? Maym. Hal Sanhedr. init. c. 2. אין מעמידין בסנהדרין אלא אנשים חכמים ונבונים מופלגים בחכמת התורה בעלי דיעה מרובה ויודעים קצת משאר חכמות כגון רפוא"ת וחשבון ותקופות ומזלות ואיצטגנניות ודרכי המעוננים והקוסמין והמכשפים והבלי עבודה זרה וכיוצא באלו כדי שיהיו יודעים לדון אותם: *non conſtituunt magiſtratus niſi viros ſapientes, prudentes, exercitatos in lege, doctos valdè; ſcientes quoq; aliquid de cæteris artibus, velut Medicinâ, Arithmeticâ, Calendario, Planetis, Aſtrologiâ, & modis divinationum, præſtigiarum, veneficiorumq;: item ipſam Idololatriam & talia. ut illa dijudicare valeant.* Ibid. v. 7. וצריך להשתדל ולדבוק שיהיו כולן בעלי מראה נביני לחש ושידעו ברוב לשונות כדי שלא תשמעון מפי התורגמן *attendere oportet & diligenter ex-*

plorare, ut omnes sint aspectabiles, taciturni dissimulandiq́; periti, gnari plurium linguarum exoticarum, nè per interpretem audire cogantur. Et cum Rex sit caput illorum omnium, utique membris suis non debet rudior esse, sed præcipuè in pietatis studio, quæ summa rei est, omnes antecellere. nam cæteræ minùs placent literæ, quæ ad virtutem doctoribus suis nihil prosunt: *ait Marius apud Salust.* & sufficit hanc nosse si non alia datur assequi plura. ὁ χρήσιμ' εἰδὼς οὐχ ὁ πολλ' εἰδὼς, σοφός. (ut est in veteri dicterio) *non qui multa, sed utilia scit, sapit.* Ideoque unum legis librum, & solum, & semper, Judaicos principes legere jussit DEUS, Jos. 1. v. 8. *non recedat liber legis hujus ab ore tuo, sed mediteris in eo die ac nocte, ut observes facere omnia quæ in eo scripta sunt. sic enim prosperabis vias tuas & sic sapies.* Iste nihil adulatur, nihil celat; rectè consulit, melius dirigit, optimè deducit: non ex amore, non odio, non partium studio quicquam suadet, semper idem & sibi similis, h. e sanctus; tristem exhilarat, consternatum erigit, ferocientem compescit, exorbitantem ad viam reducit: informat doctrinis, allicit exemplis, cogit legibus. Itaque meritò tantoperè commendatur Regi, ut inde discat DEO fidere, subditos regere, hostes vincere, seipsum humiliare. quod latè persequitur R. Abrah. Seba in Zer. ham. P. Schoph. אחר שאין לו להרבות סוסים ונשים וכסף איך ילחם עם איביו נתן לו תיקון לכל זה בתורה אם באים הם בנצחונו של בו' אתה בא בנצחונו של מקום כשיהיה ה' בראשך לא יחסר כל בך בתורה נאמר נחמדים מזהב ומפז רב שקר הסוס לתשועה וברוב חילו לא ימלט מן ספ' ילמד ליראה את ה' ולא את המלכים לבלתי יחטא להתגאות על עם שהם אחיו ובני מלכים : וכו' *postquam ipsi prohibitum est multiplicare equos, mulieres, argentum, quomodo pugnabit ergò cum hostibus suis: dedit ei remedium adversus hæc omnia in lege. si veniunt illi fiducia carnis & sanguinis, tu contra audentior ito fretus auxilio DEI, quando hunc in acie præsentem habes, nemo deficiet è tuis. De lege dictum est, desiderabiliorem esse auro & obrizo; de cæteris verò, vana salus equi, nec quendam abundantia facultatum eripit. E libro legis discet timere DEUM solum, non ullos reges; nè peccet vel efferatur supra populum, qui appellantur fratres ejus & quoq; filii regum. &c.* Quod autem legis librum continuè secum habere jussus est, H. Mel. 3. 2. : אם יוצא למלחמה אם יושב בדין אם מסיב הוא תמיד כנגדו *sive in castra exeat, seu domi rem administret, vel etiam discumbat,* limitant Rabini, & de puris tantùm locis accipiunt, nefasque putant in balneum, latrinam vel thalamum ferre, imò nè in propinquo quidem legere, sed jubent inde passus aliquot elongari. Tphil. 10. 6. לא יאחז אדם ספ' בזרועו ויכנס בו לבית המרחץ או לבית הכסא או לבית הקברות אע"פ שהוא כרוך במטפחות ונתון בתוך התיק שלו ולא יקרא בו עד שירחיק

שירחיק ארבע אמות *nemo qui legis librum in brachiis tenet, cum eo vadat in lavacrum, cloacam, vel cœmiterium sepultorum, quamvis involutus sit linteaminibus suis & thecæ inclusus: nec legat illum, prius quàm inde (quin etiam à mortuo) minimum quatuor ulnas absit.* Recordor hîc quòd sanctulus quidam Judæus, de talibus libris à me rogatus, cum ante quadriennium in pago Hæmedorf unâ iremus, juxta fimetum de illis nè respondere quidem noluerit, veniam & dilationis licentiam hypocriticè precatus. credi vix potest quantum huic libro legitimè scripto tribuant, quàm superstitiosè honorent. juvat afferre paucula. Soph. c. 2 §. 11. 12. 13. לא ישמט אדם סת״ מחיקו שנוהג בו דרך בזיון ולא יתננו על גבי ארכובותיו ויתן אצילו עליו ויהא קורא כדברי ר׳ נחמיה : לא יתננו על גבי הכסא ויהא תלוי אלא אוחז בידו באימה וקורא בו . אין זורקין ספרים ממקום למקום : לא יתננו על גבי מטה לא במרגלות המטה ולא תחת המטה ולא ישב אדם על גבי המיטה והספרים עליו : *nemo projiciat librum è sinu suo, quod vergeret ad contumeliam ejus. non ponat super genua, & innitatur cubitis ut sic legat, secundum R. Nehemiam, non sit in pulpito suspensus, sed teneatur manu cum timore, atque sic legatur. nemo dispergat de loco in locum, non reponat in lecto, nec ad pedes, nec infra lectum. nemo insideat lecto, super quo jacent libri.* §. præc. 10. לא יהדיקנו מתוכו אבל מהדקו מבחוץ הנותן סת״ לחברו לא יתננו אלא בימין והמקבלו לא יקבלנו אלא בימין *non apprehendat eum in medio vel intrinsecus, sed circa oras exteriores. porrigens proximo, exhibeat dextrâ, & ille accipiat eâdem manu.* Tphil. 10. 8. ירחצו ידיהם ואחר כך יגעו בו *lavent manus, postea demum attingant.* quod & Turcæ, ante contactum Alkurani requirunt. observavi enim in exemplari, quod mihi videndum præbuit Nobiliss. & Stren. V. Dn. Wolfg. ab Vhrmül, Consil. Würtemb & Super. Præf. Urbb. Cantst. ac Waibling. &c. corio id extrinsecus à bibliopegâ impressum fuisse arte sculptoriâ, & prohibitum nè quis impurus attrectaret; tali formulâ literarum *Schulschi* deauratâ, qualem appinxi, quæ ad verbum sonat: NON ATTINGAT NISI MUNDUS. nam gloriantur, hunc librum esse DEO proximum,



præstare creaturis omnibus, ipsis quoque angelis: vitâ igitur indignum, qui eum quacunque ratione dehonestet. proinde osculantur crebrò, non passi ut eum Christianus attingat. quo in Zelo ipsis etiam Judæis fervidiores sunt qui haud gravatim indulgent ut suum nos attrectemus, modò non manibus illotis Maym. H. Tphill. c. 10.

c.10 §. 8. כל הטמאין אפילו נדות אפילו גוים מותר לאחוז סת״ ולקרות בו שאין דברי תורה מקבלין טומאה והוא שלא יהו ידיו מטונפות או מלוכלכות בטיט. *pollutis omnibus, etiam menstruatis, etiam Gentilibus concessum est apprehendere volumen legis, & in eo legere: quoniam divina lex non recipit ullas sordes, tantùm caveant, nè manus sint uspiam conspurcatæ vel luto commaculatæ.* totum hoc æstimant ex intentione, nempè si quis cognoscendi animo faciat non irridendi. aliàs reverenter eum habent, assurgunt ipsi, supra cæteros collocant, nunquam aliis supponunt, Ibid. §. 5. אין מניחין נביאים וכתובים על גבי חומשים ולא חומשים ע״ג סת״. *non relinquunt prophetas & hagiographa super pentateuchum, neq; hunc supra volumen legis.* §. 9. כל הרואה סת״ כשהוא מהלך חייב לעמוד מפניו עד שיתכסה מעיניו ואח״כ מותר לישב *quicunq; viderit librum legis quando circumambulat, tenetur ipsi assurgere, & in illius conspectu stare, donec eripiatur oculis; tunc demum assidere licet.* §. 10. ולא ירוק אדם כנגד סת״ ולא יגלה ערותו ולא יפשוט רגליו כנגדו ולא יניחהו על ראשו כמשאוי ולא יחזיר אחריו, *nemo expuat coram libro, nec revelet turpitudinem suam nec expandat pedes adversus illum, nec gestet supra caput instar oneris nec obvertat ipsi dorsum.* §. 1. היה מהלך ממקום למקום לא יניח סת״ בתוך השק ע״ג החמור וירכב עליו ואם מתפחד מן הגנבים מותר ואם אין שם פחד מניחו בחיקו כנגד לבו והוא רוכב *si quis peregrè proficiscitur, non relinquat librum in sacco super asinum cui inequitat, nisi fortè sit metus à furibus; sed gestat in sinu è regione cordis sui, & sic equitet.* Ibid. כל מי שישב לפני סת״ ישב בכובד ראש באימה ופחד שהוא העד הנאמן לכל באי עולם שנ׳ והיה שם בך לעד ויכבדו כפי כחו *qui coram ipso sedet, assideat inclinato capite cum reverentiâ & timore: quia testis est fidelis contra omnes venientes in hunc mundum, sicut dicitur (Deut. 31.26.) esto ibi contra te in testem. honora igitur pro posse tuo.* Ibid. אמרו חכמים הראשונים כל המחלל את התורה גופו מחולל והמכבד גופו מכובד *dicere solebant prisci sapientes: qui librum legis dehonestat, ejus quoq; corpus dehonestabitur: & qui honorat, vicißim honorabitur.* Honoris hujus particeps est etiam omnis ornatus. §. 4. התיק והמטפחות והארון והמגדל והכסא שהוכן להניח עליו סת״ וכן דמוני כסף וזהב שעושין לנוי הכל תשמישי קדושה הן ואסור לזרקן אלא כשיבלו או ישברו נגנזין: *Theca, involucra, capsula, suggestus, pulpitum in quo recumbit; item apparatus argenti & auri, quem addunt pulchritudinis causâ: cuncta sunt supellex sacrosancta, quam abjicere nefas est, sed decenter abscondere oportet, cum senescunt aut franguntur.* Ad honorem quoque pertinet, cavere, nè quis vendat, nè fame quidem urgente: ubi tamen bini casus excipiuntur. §. 2. אסור למכור סת״ אפילו אין לו מה יאכל ואפילו היו לו ספרים רבים ואפי׳ ישן ליקח בו חדש לעולם אין מוכרים אלא לשני דברים שילמוד תורה או שישא אשה בדמיו *probibitum est vendere*

librum:

librum legis, etiamsi quis non habeat quod edat, vel poßideat plures libros tales, vel iste sit inveteratus, ut pro eo novum emat; in perpetuum nunquam vendat: nisi duobus hisce casibus, ut ejus pretio aut discat legem, aut uxorem ducat. In marg. אר ביתו אינו רואה סימן ברכה לעולם *secus nullum domi suæ benedictionis signum unquam visurum.* addit tamen commentator, si esurientis vita periclitetur forsitan conniveri posse. At emere licet, ab iis qui pro mercede scribunt, modò jurent debitam se devotionem adhibuisse Sed à Christianis non facilè nec carè redimunt, ob causam quam fures illi in ignominiam nostram confinxerunt. Tph. 1. §. 13. אין לוקחין ספרים מן הגוים ביותר על דמיהן שלא להרגיל אותן לגנבן ולגזלן : *non recipiunt libros à Gentilibus magno pretio, nè assuescant eos nobis furari & per vim eripere.* quo strategemate olim Judæus Apostata Pfefferkornius, magnam vim auri pop laribus suis sub specie religionis extorqueri posse speravit, etiam Divo Imp. Maximiliano id persuadere ausus; quæ Capnioni prima contentionis occasio fuit cum Coloniensibus. *Sleid. l. 2.*

Revertor ad Regem. Is ut studio legis cum fructu vacare posset, jussus est cæteras curas minuere, ac sobriam temperantemque vitam traducere nemo enim simul cauponariam, & literas exercere potest Bechai Parf. Schoph. שאר מלכי האומות משתדלים ברבוי סוסים ועושין מאלו עקר ומלך ישראל יחסרבהן ויעשה מן התורה עקר ויקרא בה כל ימי חייו למען ילמד יראה *cætori reges populorum occupantur multitudine Equorum, & illam habent principalem curam: at Rex Israël minuat ista, habeatq; præcipuam curam suam in lege, quam legere oportet cunctis diebus vitæ suæ, ut inde timorem DEI discat.* Maym. Hal. Melachim cap. 3. v. 7. המלך אסור לשתות דרך שכרות שנ׳ אל למלכים שתו יין אלא יהיה עוסק בתורה ובצרכי ישראל ביום ובלילה שנ׳ וקרא בו כל ימי חייו *Regi prohibitum est bibere tantum ut inebrietur inde, sicut dicitur (Prov. 31. 4.) noli reges potare vino: quin potius occupetur in lege & neceßitatibus Reip. Israëliticæ interdiu noctuq;, secundum illud (Deut. 17. 19.) meditetur in eo per omnem vitam suam.* Agnovit hoc ipse Muhammedes, voluptatibus alioquin deditissimus, vix posse strenuum Imperatorem esse, qui simul sit strenuus potator: ideò suis militibus vinum dissuasit. *Suretâ Baccara* h. e. carmine Vaccæ v. 220

يَسْئَلُونَكَ عَنِ الْخَمْرِ وَالْمَيْسِرِ قُلْ فِيهِمَا إِثْمٌ كَبِيرٌ وَمَنَافِعُ لِلنَّاسِ وَإِثْمُهُمَا أَكْبَرُ مِنْ نَفْعِهِمَا

rogabunt te (prophetam, cæteri homines) de Vino & Lusu (aleæ vel latrunculorum) responde (ipsis meo, id est. DEI nomine) in ambobus esse peccatum grande: recreatio (quidem sunt) hominibus, sed reatus illorum major quàm utilitas. Apud Indos ebrietas etiam in rege punitur, & si qua fœmina turpitudinem hanc vindicet, cooptatur à successore in thalamum. vigilet ergò cum Epaminondâ dum ebrii cives crapulam edormiant, & animam sibi servet siccam, quam Socrates sapientiorem arbitratus est.

Theor. VII.

Neque enim legibus omninò solutus erat.

PLerique qui de potestate Principum aliquid commentantur, solent præter alias rationes etiam ad Jus Hebræum provocare, & illorum Regum exemplar, velut ab ipso DEO comprobatum, proponere: rectè quidem. nonnulli tamen Aulæ propiores, ut pro suis offis blandiantur vicissim, ea sic allegare ut magnatum conscientiæ laxentur, & asperiora quædam quasi divinâ lege concessa, securè usurpent scilicet ut peritus coquus, qui ad cujusvis Apitii palatum edulia parare novit, sic illi scripturis ad quidvis excusandum vel stabilendum abuti. Ego qui has artes (scholasticis alioquin utiliores) non didici nec in eo cuiquam obnoxius sum, referam simpliciter & bonâ fide, quid de hoc in Hebræorum libris invenero, & Placentiam prætervectus iter Veronam rectâ dirigam; in neminis præjudicium capiat inde quilibet quod volet. Præmonere autem vix opus est, non hîc agi de Statutis humanis, qualia omninò quilibet legislator pro circumstantiis emendare, mutare vel prorsus abrogare potest, si Reip. usus ita postulet: modò ad supremam legem, quæ POPULI SALUS est, cuncta referantur. Ubi utique locum habet illud Ulpiani: *quodcunque Imperator per epistolam & subscriptionem statuit vel cognoscens decrevit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit; legem esse.* l. 1 ff de Const. Princip. quis enim legibus subiicerei, qui eas condendi potestatem habent? si olim Dictatores in bellum missi à Romano Senatu ad tempus legum vinculis solvebantur, ut omnia pro renatâ commodius administrarent, eccur eum ligaremus ad temporaria & minutula, penes quem Summa rei erat in populo

pulo sacro? potuit igitur de plano procedere, pœnas civiles mitigare vel exasperare, ut infra Theor. XIV. plenius dicetur: nisi seipsum ultrò & boni exempli causâ lubens submittere voluerit; quod sanè in probâ gubernatione plurimùm momenti habet, quoniam *componitur orbis Regis ad exemplum; nec sic inflectere sensus humanos edicta valent, quàm vita regentum.* Quemadmodum Plutarchus *in Apopht.* Antiochum commendat, ad Asiæ præfectos scripsisse: *si quid contrarium legibus per epistolam jussero, nolite parere; sed me ignoratione lapsum putetis!* & Saulus ipse, quando adhuc novus atque probus erat, spontè se filiumque sorti submisit, 1. Sam. 14. 40. in re leviusculâ, ob pusillum mellis, non dignum quod Principi juventutis Jonathæ, periculum vitæ crearet. Quemadmodum frugi paterfamiliâs, licet ministris œconomiæ rationem reddere non teneatur, studet tamen illis parsimoniâ præire: sic bonus Rex ipsemet honestatis non necessitatis ductu observare leges quas sanxit in alios.

Sed quæritur hîc de Divinis sive Mosaicis legibus, an illis exemtus fuerit, quem Deus supra populi sortem evexit? Respondeo, æquè ipsum obligasse ac quemvis vilissimum de promiscuâ plebè. imò arctiùs, quia non tantùm per seipsum obedire jussus est, sed & alios ad obedientiam cogere, contumaces verò dignis modis punire. Hæc adeò causa est. cur non modo geminum exemplar suâ manu describere, sed & continuè illud legere debuerit, domi forisque. Aut putabimus né cum Rubenus incestum committit, Gen. 35. 22. Cainus fratricidium, Gen. 4. 8. Achan furatur, Jos. 7. 21. Laban idola colit, Gen. 31. 30. hæc sola esse peccata? quando autem David adulteratur & homicidium procurat, 2. Sam. 11. v. 4. & 15. Salomo alienos Deos amplectitur, 1 Reg. 11. 4. Achabus vineam eripit Nabotho per vim & dolos occiso, 1. Reg. 21. 10 heroicas esse virtutes? Inter Ethnicos quidem erant, quibus acclamabatur illa Tyrannis amica vox: *si libet licet: an nescis te Imperatorem esse; leges dare solitum non accipere.* unde non mirum est, unum incendisse Romam suavis spectaculi gratiâ, alteri cives occisos oluisse optimè, tertium universo populo cervicem unam optasse, ut eodem ictu amputari posset: verùm in populo Dei, ubi omnes à minimo ad maximum censebantur fratres, Rex idem jugum legis subibat, quod cæteri ejusdem ortus, cum quibus omnia humana dicitur habere communia. Sap. 7. v. 5. proinde cum Usias leprâ percuteretur, non toleratus est in regiâ, sed habitavit seorsim, 2. Reg. 26. 21. ore recto, capite autem nudo, vestibusque laceris, sicut Moses præceperat lev. 12. 46. Præsertim verò tria Regi specialiter injuncta, nè scilicet Uxores, Equos vel Opes

multiplicaret, Deut. 17. 16. de quibus infr. Th. IX. X. & XI. dicetur amplius. Hæc tamen & talia Majestatem ejus nihilo minuebant. quid enim gloriosius quàm inculpatum esse ac DEO conformem? quæ major laus quàm ultrò nolle quod propitio DEO non possis? Ut tamen ejus honori lex quoque parceret, immunis erat à ritu fratriandi. numerant Judæi sexcentas & tredecim leges inter quas ista, Deut. 25. 5. *ut quis defuncti fratris superstitem viduam aut ducat: aut si nolit, in publico consessu calceum sibi extrahi. & cum infami exprobatione in os expui patiatur*: à quo solo Rex honoris ergò liber erat. Hal. Melach. c. 2. v. 2. המלך אינו חולץ שנ׳ וירקה בפניו וזה בזיון ואפילו רצא אין שומעין לו שהמלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול והואיל ואינו חולץ אינו מיבם *Rex non discalceatur, quia dicitur (Deut. 25. 9.) spuat in faciem ejus, quod esset contemptus. Ac quamvis vellet, tamen non obedirent ipsi. licet enim Rex honori suo renunciaret, honor tamen ejus non renunciaretur. Sicut autem non discalceatur, ita consequenter nec fratriat.*

Jam in eo sumus, ut inquiratur porrò, an verò in jus vocari potuerit Rex à quoquam, aut affici pœnâ, si legem fortè transgressus fuerit? Rabini affirmativè respondent; nec intelligunt extraordinariam reprehensionem, quam jussu DEI à singularibus viris spiritu cœlesti repletis experti sunt. constat enim multoties à sanctis DEI Prophetis increpitos, ut Achabum ab Elia 1. Reg. 21. 19. Assam ab Hanani, 2. Par. 16. 7. Amaziam ab alio. 2 Par. 25. 16. Herodem à Johanne baptista Marc. 6. 18 sed ajunt ordinario judicio Reges ob transgressionem legis potuisse conveniri, & ad verbera damnari: quod mihi primùm legenti valdè paradoxum videbatur, quia ex nostratium libellis præjudicio longè alio fascinatus eram; sed ulterius inquirenti, consensu totius antiquitatis Ebrææ confirmatum fuit. Vt verò benevole Lector! probè rem intelligas, observa id accipiendum 1. non da quovis Delicto, sed tribus tantum illis specialiter prohibitis. 2. nec de quovis Actore, ne promiscuæ multitudini ad res novas & seditiones jam ante satis pronæ, fenestra rebellionis aperiretur, vel iniqui adversus magistratum odii sui virulenter evomendi occasio præberetur: sed à Synedrio magno, regiæ potestatis compari. 3. neque quavis pœnâ, nedum capitali supplicio, sed Vapulatione; Deut. 25. 2. turpi quidem nobis creditâ sed Judæis ob frequentem & universalem usum minimè infami: quam Divus quoque Paulus quinquies sustinuit. 2. Cor. 11. 24. Non exauctorarunt eos (ut barbari quidam suos) multò minus ad furcas damnarunt, ut Senatus Romanus Neronem. *Sueton. l. 6. c.* 49. minimè per insidias necarunt, quia Diabolus tunc Clementinas, Castellanas, Ravaillacinas artes simpli-

ſimpliciori ſeculo nondum calluerat, quando etiã ſimulatus tantùm Regicida, vanam gloriationem capite luebat 2. Sam. 1. 16. Cæterum vapulatio legalis taliter comparata erat. Si quis deliquerat mediocriter, quod nec mortem mereretur, nec etiam prorſus impune ferendum, adjudicabant ipſum Synedriales verberibus, & decernebant quot ictus ferre vel deberet vel poſſet. Ob ſimplex delictum nemo plures quàm Quadraginta plagas accipiebat: corpore debilis etiam pauciores. Nam hoc totum juxta vires æſtimabatur, quoniam infirmiori ſola ſemiſſis ad mortem ſufficere potuiſſet. Oportet ergo Paulum corpore robuſtum fuiſſe; qui toties tot ſuſtinuerit: quamvis vocem haberet gracilem. 2. Cor. 10. 10. vires autem conſiderabantur in præſenti, non futuro. At ſi quis dupliciter peccaſſet, accumulabantur ipſi plagæ, ut etiam quadragenas excederent. In quo ſane errant, qui Judæos ex miſericordia ictus XXXIX. ordinaſſe credunt, ne ſcilicet ipſa lege crudeliores haberentur, & tamen non multùm ab eâ recederent; ſed factum eſt hoc ob triplicitatem numeri, ut in tergo binos acciperet dum in pectore ſingulos. video ſententiam hanc mihi contra diffidentes, authoritate veterum eſſe muniendam. Sic igitur Maymonides Hal. Sanhedr. cap. 17. initio. כמה
מלקין את המחוייב מלקות כפי כחו שנ׳ כדי רשעתו אין מוסיפין על הארבעים
אפילו היה חזק ובריא כשמשון אבל פוחתין לחלש שאם יכה לחלש מכה רבה
בודאי הוא מת : *quoties feriunt reum? tot plagis quot ferre poteſt. ſicut dicitur (Deut. 25. 2.) juxta impietatem ſuam &c. non addunt (in ſimplici delicto) ſupra quadragenas, quamvis robuſtus ſit ut Samſon: minuunt verò debili. quia ſi eum crebrius ferirent, manifeſtè moreretur.* Et mox:
כשאומדין את החוטא כמה הוא יכול לקבל אין אומדין אלא במכות הראויות
להשתלש אמדוהו שיכול לקבל עשרים אין אומדין ילקה אחד ועשרים כדי
שיהיו יכולין להשתלש אלא ילקה יח׳ *quando peccatorem æſtimant, quot ferre poßit, attendunt ſimul ad numerum tripartitum, (& ſumunt meritis proximè minorem) v. g. qui vicenos ictus ſuſtinere valet, ei non decernuntur XXI. quamvis trifariam diviſibiles, ſed XVIII. tantùm.* אמדוהו
לקבל ארבעים ומשהתחיל ללקות ראוהו חלש ואמרו אינו יכול לקבל יתר על
אלו התשעה או השנים עשר שלקה הרי זה פטור : אמדוהו לקבל י״ב ואחר
שלקה ראוהו חזק ויכול לקבל יותר הרי זה פטור ואינו לוקה יותר על האומד
æſtimarunt ipſi XXXX. ictus, at inter vapulandũ animadvertũt eſſe debilẽ, nec poſſe ultra 9. vel 12. acceptos ſuſtinere, dimittunt. contra cui XII. tantùm ictus adjudicati, quamvis in executione deprehendatur eſſe fortior & plures valere, abſolvitur tamen nec ipſi multiplicantur. circ. med. capitis. מי שנתחייב מלקיות הרבה אם לא אמדוהו אומד אחד לוקה ומתרפא
וחוזר ולוקה : כיצד נתחייב שתי מלקיות אמדו יכול הוא לקבל מ״ה הכוהו

שלשים ומתרפא וחוזרין למלקות שנייה עד שילקה לכל *qui verberationes multas promeritus eſt (ſive uno grandi peccato, ſeu pluribus coacervatis) ſi non ad unam continuam executionem damnarunt, vapulat aliquantum, deinde ſanatur & poſtea vapulat reliquum: verb. gr. ſi XLV. plagarum reus eſt, accipit nunc XXX. & poſtquam curatus fuerit à vulneribus, cæteras XV.* Reus alligabatur columnæ ſic ut nec ſtaret prorſus nec ſederet, ſed incurvus penderet quaſi. tum lictor à tergo poſitus, ipſum umbilicotenus nudatum percutiebat alternis antè & retrò, proportione ſeſquialtera (ut vietores vel fabri nobiſcum dolia & incudem) ſcuticâ ſingulariter ad id paratâ. Judicum verò unus ferire jubebat, alter ictus numerabat, tertius pœnæ juſtitiam accinebat. Juvat hoc iterum ex Hebræis comprobare. Maym. cap. præced 16. §. 8.
כיצד מלקין אותו כופת שתי ידיו על העמוד אילך ואילך וחזן הכנסת אוחז
בבגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו עד שהוא מגלה את לבו שאינו
מכהו על כסותו והאבן נתונה מאחוריו שהחזן עומד עליה *quomodo verberant ipſum? vinciuntur ambæ manus rei ad columnam hinc & illinc, mox Inſpector (ſeu apparitor) Synagogæ arripit eum veſtimentis, ſive rumpantur ſive diſſuantur parùm refert; modò pectus ipſi aperiat; quia non feriunt ſuper tegmentum. lapis autem jacet retrò columnam, cui apparitor inſiſtit.* ſequitur:
ורצועה של עגל בידו כפולה לשנים ושנים לארבעה גשתי רצועות של
חמור עולות ויורדות בו ורוחב הרצועות טפח וארכה כדי שתהא מגעת עד פי
כריסו והיד של רצועות שאוחז בה ארכה טפח *lorum vitulinum in manu ſuâ bis duplicatum erat, hoc eſt in quatuor fiſſum, in quo bini nodi truſatiles ſurſum & deorſum agitabantur, ex aſinino corio (ſcilicet ut eum timere diſceret, quem bos & aſinus cognoſcunt, Eſai. 1. 3.) lori latitudo palmaris, longitudo autem quæ ad Rei ventrem pertingeret. Manubrium quo tenebatur, etiam palmi quantitate.*
האיש המכה צריך להיות יתר בדיעה וחסר בכח
ומגביה את הרצועות בשתי ידיו ומכה בידו אחד בכל כחו ומלקהו שליש מלפניו
על חזיהו בין דדיו ושני שלישית מאחריו שליש על כתף זה ושליש על כתף זה
Percuſſorem oportet plus valere ſcientiâ quàm viribus. nam attollit quidem flagrum utraq; manu, ſed ferit tantùm alterâ, pro poſſe. infligit tres ictus ab anteriori parte, ſuper pectus, inter mammas; & bis ternos à tergo, tres ſcilicet in una ſcapula, totidem in alterâ. המוכה אינו עומד ולא יושב אלא
מוטה שנ׳ והפילו השופט *percuſſus interim nec ſtat neq; ſedet, ſed inclinatus propendet; ſicut dicitur (Deut. 25. 2.) proſternat eum Iudex.* שופט לא
יהיה מביט בדבר אחר לפיכך אין מכים שנים כאחד. הגדול שבדיינים קורא
כל זמן שזה לוקה אם לא תשמור לעשות והפלה ה׳ מכותיך. וגו׳ ומתכוין שיגמור
הפסוקים עם המלקיות ואם לא גמר חוזר לתחלת המקרא והשני שבדיינים
מונה והשלישי אומר לחון הכה כל זמן שמכה על פיו הוא מכה *Iudex non reſpiciat ad ullam rem alienam; ideò nunquam ſimul duos verberant. Primarius inter*

rius inter

rius inter judices legit toto tempore, quo ille vapulat, hæc verba (ex Deut. 28. v. 58.) si non obediveris omnibus &c. mirificabit Dominus percussiones tuas. &c. studiosè attendens, ut hunc textum unà cum plagis finiat; sin minus, repetat: Alter judicum dinumerat ictus; Tertius semper percutere jubet. Observemus etiam casus aliquot qui contingere solebant: quid factum si quis reus vel effugerit, vel in eodem delicto pluries recurrerit. item si sub pœnâ corpore debilitatus, aut omninò mortuus fuerit. cap. 17. § 10. נפסקה הרצועה פוטרין אותו: כפתוהו על העמוד ללקות וכרת את המיתרים וברח פטור ואין מחזירין אותו *si defecit lorum, dimittunt eum. (perinde ut ICti statuunt furem rupto laqueo decidentem, sustinuisse pœnam suam, per rationes quas affert D. Mart. Schickhardus Prof. Herborn. agnatus meus, disp. XVII. ad Ius Iustin. Thes. IV. num. 6.) Si ad columnam ligatus ut vapularet, dirupit nervos & fugit, etiam absolutus habetur, nec reducunt eum.* cap. seq. 18. §. 9. מי שלקה בבית דין על איסור כרת ולקה פעם שנייה על אותו כרת עצמו כגון שאכל חלב אם אכל שלישית אין מלקין אותו אלא מכניסין לכיפה והוא מקום צר כפי קומתו ואינו יכל לשכוב בו ונותנין לו לחם צר ומים לחץ עד שיצרו מעיו ויחלה ואח״כ מאכילין אותו שעורים עד שכריסו נבקעת: *qui vapulavit in Synedrio propter peccatum sub Excisione vetitum, & vapulavit alterâ vice ob idem, v. g. quòd ederit adipem (prohibitum Levit. 3. 17. & 7. 23.) si comederit tertiâ vice, non amplius verberatur, sed includitur caveæ ad id factæ (quales etiam apud Monachos quondam in usu fuisse, ostendit locus quidam vicini cœnobii Bebenhusani) quæ humilior est humanâ staturâ, nec tamen sedendi facultatem præbet, ibi sustentatur pane afflictionis & aquâ pressuræ (quod præter meritum expertus est verax propheta Micheas 1. Reg. 22. 27.) usq; dum affligantur intestina ejus & ægrescat. deinceps cibant illum hordeis, donec venter ejus dirumpatur.* iterum cap. 17. §. 9. מי שנתקלקל מכח ההכאה בין בריעי בין במימי רגלים אין מכים אותו יותר שנ׳ ונקלה אחיך לעיניך אבל אם נתקלקל מן הפחד מקודם ההכאה הרי זה לוקה *qui turpis fit ob vim percussionis, sive in fimo seu aquis pedum (h. e. urinâ; alterutro indecorè & præ debilitate reddito) is non amplius cæditur, quia scriptum est (Deut. 25. 3.) ne vilescat frater tuus in oculis tuis. at si tale quid committat præ timore ante percussionem, nihilominus vapulat.* cap. 16. §. 13. מת תחת ידו פטור ואם הוסיף רצועה אחת על האומר ומת הרי החזן גולה *si reus moritur sub manu lictoris, est is excusatus. at si addidisset unicum lorum ultra decretum, cogeretur exulare (ad urbem refugii: quas ut involuntarii Homicidæ, improviso casu consternati facilius reperirent, in omni bivio statuas Mercuriales erexerant prisci, cum exertâ manu & inscriptione* מקלט *Talm. Makkos. cap. 2. p. 10 b. Item Medrash Tillim super vers. 8. Psal. 25.)* Ista prolixius recensui, non quòd omnia directè huc pertinerent, sed quia

H 2 ritus

situs illi Christianis ignotiores sunt, scitu tamen dignissimi, imò ad explicationem Veteris T. omninò necessarii Attigit ea quoque pridem diligentissimus *P. Fagius in notis ad Deut. 25.* & copiosius postea tractavit *Cl. Buxtorfius in praef. Abbrev. Hebr. ad illustr. Mornaum*: quos etiam confer si plura cupis.

Jam verò videsis Mosaicæ legis rigorem! quæ nè regio quidem sceptro se submisit: Hal. Melach. c. 3. §. 4. לא ירבה לו נשים מפי השמועה למדו שהוא לוקח עד יח׳ ואם הוסיף אחת ובעלה לוקה : ולא ירבה לו סוסים אלא כדי מרכבתו אפילו סוס אחד פנוי להיות רץ לפניו כדרך שאר המלכים לוקה : ולא ירבה לו כסף וזהב להניח בגנזיו אלא כדי שיתן לשמשיו ואם הרבה לוקה : *non multiplicet sibi Mulieres: ex orali traditione hauserunt, licere usq; ad XVIII. ducere (de quo infra Th. IX.) at si superadderet vel unicam, vapularet. Non multiplicet sibi Equos, nisi quantum ad currus sufficit: si verò duceret vel unicum ante se ad pompam, ut cæteri Reges solent, vapularet. Non multiplicet sibi Opes, argentum & aurum, ut relinquat in privatis thesauris, ultra id quod erogandum est ministris: si excedit, vapulat.* Halachà Sanhedrin. cap. 19. in prolixo catalogo ducentarum atque septẽ culparum quæ flagra merentur, sub finẽ ultimæ classis, ter nomen Regis occurrit. קסו מלך שהרבה נשים : קסז מלך שהרבה סוסים : קסח מלך שהרבה כסף וזהב: 166. *Rex qui multiplicat Mulieres.* 167. *Rex qui multiplicat Equos.* 168. *Rex qui multiplicat argentum & aurum. subaudi ex præcedentibus; ille vapulat.* Estq; ista constãs veterũ traditio, & posset etiã è Talm. cap. Kohen-gadol; item è Siphri pars. schoph. & aliunde stabiliri, si unã rẽ toties cum nauseâ repetere deceret. Nihilo fuit in hoc melior conditio Summi Sacerdotis, quãvis sanctissimi & ab ipso Rege reverenter habendi; quin potius aliquantum deterior in eo, quòd non tantùm ob varias pollutiones de facili cõtingẽtes dicto ritu cædi, sed & prorsus occidi potuit, si mortẽ ex lege mereretur. Hal. Kelèhammikd. circ. med. c. 5. כהן גדול דן ודנין אותו ומעידין עליו ואין דנין אותו דיני נפשות אלא בבית דין הגדול בלבד *Pontifex judicat & vicißim judicatur, atq; testantur contra eum (liberè, modò verè; h. e. officii reverentiâ non obstante) sed capitaliter eum nemo judicat, nisi Synedrium majus solum.* Quod multùm abest à noto Canone Pseudapostolico Distinct. 40. *Si Papa suæ & fraternæ salutis negligens, deprehenditur inutilis, & innumerabiles populos catervatim secum ducit primo mancipio gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus; hujus culpas istic redarguere præsumit mortaliũ nullus: quia cunctos ipse judicaturus, à nemine est judicãdus.* & ab hoc responso Pauli. II Pontificis: *Ita nos ad Iudices revocas, ac si nescires omnia jura in scrinio pectoris nostri reposita esse?* Postquam verò res Judæorum labascere cœperunt, & ipsi Romanos Dominos timere,

nondum

nondum se tamen prorsus cohibere poterant Synedriales, qu in à suis Regulis insolentiorum factorum rationes deposceret Ideò Herodem Galilææ præsidem in jus vocabant, ob factum minimè violentum, scilicet ut causam diceret, cur Ezechiam latronem cum sociis, inconsulto Hyrcano ad supplicium rapuerit? quibus se stitit quidem Herodes, at cum damnatum iri præsentisceret, clam elapsus, postea totos evertit. de quo sic breviter Josippus. ויבקשו ממנו שיבא הורודוס מן
גליל להשפט עם דורשי דם חוקיהו ויבא הנער הורודוס ירושלימה ויעמוד
לפני השופטים והוא לובש לבוש מלכות וחגור חרב מזהב ויגער בו שמאי הזקן
על גבה לבו ולא האזין אליו ולא אל הסנהדרין וכאשר ראה המלך הורקנוס כי
הסנהדרין כמעט היו גומרין את הדין להמית חמל עליו ואמר לא נגמור הדין
היום עד למחר למען הציל אותו מדם ויברח הורודוס לילה וילך אל מלך
ארם: *postularunt ab ipso, ut veniret Herodes de Galilæâ quò judicaretur ob sanguinem latronis Ezechiæ. comparuit ergò juvenis Herodes, & Ierosolymis constitit ante judices, Indutus veste regiâ, & gladio deaurato cinctus. Ea propter exarsit in eum R. Schammai senior, commotus hoc fastu: sed non auscultavit eos nec curavit Synedrium. Cum verò R. Hyrcanus animadverteret, quod Synedriales ipsum damnaturi forent & parùm à sententiâ finali abesset, misertus illius suasit ut judicium differrent ad crastinum; quò sic eriperet eum. Itaq; clam elapsus est, & fugit noctu ad Regem Syriæ. &c.* Josephus l. 14. Antiq. c. 17. fusius ista describens, recitat orationem, quâ eum cordatus ille senior Schammai exceperit, quando reliqui collegæ qui absentem accusaverant, præsenti & tot militibus stipato non contrahiscere audebant. digna est quæ hîc repetatur. *Equidem Iudices tuq; Rex, nec ipse unquam vidi quenquam, qui ad causam apud nos dicendam vocatus, ad hunc modum comparuerit; nec vos puto posse proferre hujusmodi quempiam: sed quisquis hactenus apud hunc consessum judicandum se præbuit, humilis venit & habitu timentis periculum, ac captantis misericordiam, atratus & promisso capillitio: At bonus iste Herodes cædis reus & tàm gravi obnoxius crimini, adstat hîc purpuratus & crine bellè composito, cum armatis stipatoribus, ut si capitalem juxta leges sententiam in eum tulerimus, nobis mactatis ipse evadat illatâ vi legibus. Verùm isti non succenseo, quod majorem incolumitatis suæ quàm legum rationem habeat: sed vobis magis & regi, qui hanc ei concessistis licentiam. Scitote tamen potentem esse DEVM, quod iste quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquandò & regē ipsum puniet. &c;* nec fefellit augurium. Herodes enim regno potitus, totum Synedrium, unico Schammai excepto sustulit; quem solum ob parrhesiam hanc honoravit.

Objiciat aliquis: valdè infamem videri hanc pœnam, & Regiæ Majeſtati diametraliter oppoſitam, quâ illa ſi non pereat funditus, enervetur tamen notabiliter. Reſpondeo non habitam olim in hoc populo, ut hodie Fuſtigationem nobiſcum: ſed inſtar mulctarum, quæ à nobiliſſimis quoque citra infamiam exiguntur. Aſſerunt enim Rabbini, omnes poſt exantlatam ejuſmodi caſtigationem, reſtitutos fuiſſe in integrum, præter ſolum Naſi h. e. ipſius Synedrii præſidem, tanquam qui experimentis quotidianis cautior factus eſſe debuerit. H. Sanhedr. ſub fin cap 17. כל מי שחטא ולקה חוזר לכשרותו שנ׳ ונקלה אחיך לעיניך כיון שלקה הרי הוא אחיך : כהן גדול שחטא לוקה בשלשה כשאר כל העם וחוזר לגדולתו : אבל ראש הישיבה שחטא מלקין אותו ואינו הוזר לשררתו וגם אינו חוזר להיות כאחד משאר הסנהדרין שמעלין בקודש ולא מורידין : *quicunq; ob peccatum vapulat, revertitur ad rectitudinem ſuam, quia dicitur (Deut. 25. 3.) nè vileſcat frater tuus in oculis tuis: ſicq; poſt caſtigationem frater appellatur. Ipſe Pontifex vapulat coram tribus, ſicut reliqua plebs univerſa & redit ad dignitatem priſtinam. At ſolus Director conſeſſus, ſi ſemel cæſus eſt, nunquam reſtituitur poteſtati ſuæ, imò nè cæteris quidem inferioribus collegis poſtea æquiparatur; quoniam promotiones ſanctæ aſcendunt, non deſcēdunt.* Præterea viros honoratiores non cum inſultatione ſarcaſticâ vel exprobratione cædebant, ſed vultu ſubmiſſo; ut appareret non explere ſuam libidinem, ſed legis juſſum invitos exequi. quemadmodum ille qui Catonem, ni fallor, Uticenſem offendit ebrium, reverentiâ tàm gravis alioquin viri oculos avertit & vidiſſe prudenter diſſimulavit. H. Talm. Thor. init. cap. 7. חכם זקן מופלג בחכמה וכן נשיא או אב בית דין שסרח אין מנדין אותו בפרהסיא לעולם : אבל כשחטא שאר חטאות מלקין אותו בצנעא שנ׳ וכשלת היום וכשל גם נביא עמך לילה אעפ שכשל כסהו כלילה ואומר לו הכבד ושב בביתך : *ſapientem, excellenter eruditum, vel ſeniorem, item Principem aut patrem ſenatus, qui ſe quodam exceſſu fœtidum fecit, non excommunicant palàm & publicè. At ſi quid aliud deliquerint, percutiunt eos quidem ſed cum modeſtiâ. quia dicitur (Hoſ. 4. 5.) tu corrues interdiu & corruet etiam Propheta tecum noctu. Quamvis ergò talis corruit, tamen operiat eum nox, & dicatur illi: recipe honorem tuum atq; abi domum.* Jam prævideo alios, qui Exempla deſideraturi ſunt. Hiſce fateor me idonea nondum reperiſſe, & nolle illud Uſiæ nunc afferre, cui Sacerdotes in faciem exprobrârunt: *non competit tibi ut adoleas ſed nobis; diſcede ocyus ex hoc loco ſacro, contra quem prævaricatus es,* 2. Paral. 26. 18. ſed illud tantùm reſpondere loqui me de JURE, non de FACTO. perinde eſt ac ſi quis argueret ita: non audivi quenquam, qui Sacr. Cæſ. Majeſtatem coram Electore conveniſſet; ergò falſum eſt

quòd

quòd Imperator aliquis coram Palatino de Justitiâ respondere teneatur. at hoc docet Aurea Bulla, Carolum IV. se & successores spontaneâ libertate huic cognitioni subjecisse, *licet non facilè cõtingat ut quis Imperatorem vel publicè vel privatim in jus vocet*: ut Cl. V. D. Rummelinus Amicus & Collega meus, in suis ad A. B. dissertationibus scitè notavit, Part. 1. Diss. 5. Thes. 7 Etiam Atthalia fœmina regnum occupavit de facto, 2. Reg. 11. 3. & tamen verum manet, illud solis viris deberi de jure. Quid severius prohibitum est Idololatriâ, sub ipsâ internecionis pœna? & tamen aliqui vitulos impunè conflarunt! Molocho liberos immolarunt! nonne filii Sacerdotis Eli erant pessimi? 1. Sam. 2. 12. flagris multiplicibus digni? & tamen parens, qui sciebat atq; ex officio duplici cohercere debebat, connixit? 1. Sam. 3. 13 quis propterea sanus negabit heroũ filios punire fas fuisse? quid ergò mirum in corrupto populi statu Regibus indultum fuisse, quod etiam privati tulerunt impunè? & non convulsum, quod sine convellentium exitio vix potuit. Obstat denique Casauboni authoritas, qui *ad Annal. Eccles. Exerc. 13. num. 5.* contrarium magno molimine urget, & adversus Baronium ex ipso Talmud evicisse videtur! equidem invitus dico, & mollissimè dico, quod veritas celare vetat, Hallucinatur ille bonus vir sive ad gratiã hoc scripserit, quod non credo; seu Adversarii odio studioq; contradicendi humanitus evenerit, ut accicidit quibusdam magnis viris, cum semel aliquẽ oppugnandũ sibi proposuerunt, quod probabilius; seu tandem ex superficiariâ lectione, id perperam arripuerit, quod verisimillimum. Nam ut est infinite lectionis homo, cujus judicium & dexteritatem in allegationibus Græcis atque Latinis veneror, ita deprehendo hunc Homerum, quando ad Hebræa ventum est, sæpenumerò dormitare. quod ipsi reliquarum virtutum intuitu meritissimè condonandum. Quantum ad locum Talmudi quo solo nititur; sciendum ibi omninò contrarium tradi. nec tamen falsi crimen commisit; nam tale quid extat, ut solent problemata in utramq; partem disputari: sed non accuratè perlustravit locum, quem legisse profitetur, alias non mutilum arripuisset. mox enim paginâ sequente (quæ est 19. a. capitis 2. Sanh.) hoc in Gemarâ expressè declaratur. אמר רב יוסף לא שנו אלא מלכי ישראל אבל מלכי בית דוד דן ודנין אותן דכתיב בית דוד כה אמר יי׳ דינו לבקר משפט: *ait Raf Ioseph, non intellexerunt nisi de regibus Israël: at Reges familiæ David utiq; judicant & judicantur, sicut scriptum est (Ierem. 21. 12.) ô domus David, judicate manè judicium. (addit Resch-Lakisch juxta proverbium* קשט עצמך ואחר כך קשט אחרים *ornandos seu judicandos fuisse primùm ipsosmet Reges, antequam judicarint alios*) Multò clarius autem hoc

ipſum explicatur in ſubjecto Peruſch hammiſchnajoth pag. 115. b. זה במלכי ישראל בלבד לפי שהיו עברניין במלכותם לא היו משבחין השפלות ולא היו נכנעין לדברי תורה אבל מלכי בית דוד דנין ודנין אותם לפי שהם יודעים התורה ולא היה רע בעיניהם השפלות וההכנע לדברי תורה : וכו׳ *hoc accipiendum de regibus Iſraël duntaxat, qui tranſgreſſores erant in regno ſuo, nec laudabant humilitatem aut ſe legi ſubjiciebant : at Reges domus David omnino judicant & judicantur, quia noverunt legem, nec turpis eſt in oculis ipſorum hæc humiliatio atq; ſubmiſſio legalis. &c.* Item Hal. Melach. c. 3. §. 10. כבר בארנו שמלכי בית דוד דנין ודנין אותן ומעידים עליהם אבל מלכי ישראל גזרו חכמים שלא ידון ולא דנין אותו ולא מעיד ולא מעידין עליו מפני שלבן גס בהן ויבא מן הדבר תקלה והפסד על הדת : *pridem expoſuimus, quod reges lineæ Davidicæ tàm judicent quàm judicentur, & teſtimonium liceat contra ipſos dicere, At de regibus Samaritanis decreverũt ſapientes, nè quis eos judicare vel contrà teſtari præſumat; quoniam corda eorum ſuperba ſunt, unde proveniret (nulla emendatio ſalutaris, ſed tantùm) contemptus & abolitio legis.* Necnon Hal. Edos cap 11. § penult. מלכי ישראל אין מעידין עליהם מפני שהם אלמים בעלי זרוע ואינן נכנעין תחת עול הדיינים אבל כהן גדול מעידין עליו ומעיד הוא למלך בבית דין הגדול כמו שבארנו *contra reges Iſraël non teſtantur, quia contumaces ſunt & magnâ potentiâ præditi, nec ſubmittunt ſe jugo Synedrialium (quippe in totum ſeparati à commercio religionis & politiæ Iudaicæ) At de Pontifice teſtantur, & ipſe teſtatur de rege coram ſenatu magno; ſicut explicavimus.* Poſſem hujus generis plura proferre, ſed nil opus eſt. ex allatis patet, quid Cauſabonum deceperit; & quòd Baronium hîc præter meritum exagitarit: cui tamen in aliis patrocinari non cupio.

Supereſt ut paucis attingam loca, quæ Tyrannis favere putantur, & impunitatem delictorum ſtabilire. Palmarius extat 1 Sam. 8. & à politicis variè diſputatur. Scinduntur etiam Judæi in ſententias contrarias: ſic tamen ut nemo talia Regi ſimpliciter conceſſa eſſe dicat. Quidam prorſus negant licita eſſe, ſed omnia pro argumentis tantùm diſſuaſoriis adducta, ut exemplo talium regum populus deterreretur. R. Dav. Kimch. ſ. h. l. נחלקו רבותינו ז״ל במשפט המלוכה. ר׳ יהודה אומר לא נאמרה פרשה זו אלא ליראם ולביהלם : *diſſentiunt noſtri doctores p. m. de jure regni. Rabi Iehuda inquit, non dictum eſſe hunc textum niſi ad terrendum eos.* cui ſententiæ aſtipulatur R. Levi ben-Gerſom ibid אחשוב שאין המלך מותר באותם הענינים אבל רצה שמואל ליראם ולבהלם. והודיעם מה שיעשה המלך כשיתחזק על ממלכתו כשיקשה להם *exiſtimo quòd non conceſſa ſint regi talia, ſed voluerit Samuel ipſis terrorem incutere, monſtrando quid auſurus ſit Rex poſtquam corroboratus fuerit in regno ſuo, & illos coacturus*, qui ſic ſentiunt, voculam משפט

[verſ-

(*verſ.* 11.) non judicium ſed *conſuetudinem* interpretantur, quo ſanè ſignificatu ſæpius etiam reperiri conſtat, ut 1. Sam. 2. 13. *pravus mos erat ſacerdotũ (filiorũ Eli) fuſcinis tridẽtibus ex aheno attrahere carnes ſacrificantium.* Item urgent quòd Rex ab irato DEO datus, non propitio: ad quod tamen ſupr. Th 1 reſponſum. Alii & numero plures & authoritate potiores fatentur quidem eſſe licita, ſed limitant: ſi moderatè exigant; quantum Reipubl. uſus poſtulet: nec ad faſtum aut tyrannidem abutantur: Kimchius ibid. ר׳ יוסי אומר כל האמור בפרשה המלך מלך מותר *R. Ioſe ait, quicquid in hoc textu dicitur, licet Regi.* Sic ipſe Kimchius pro ſe vocem משפט per חוק ſive *ſtatutum* exponit: & Jonathan ben-Uziel paraphraſtes Chaldæus in ſuo Targum per נימוסא *legem.* omnium verò diligentiſſimè Maymonides Hal. Melach. toto cap quarto, unde pauca tantùm hic delibabo, reliqua in ſuum locum ſervaturus. כל האמור בפרשת מלך מלך זוכה בו ושולח בכל גבול ישראל ולוקח מן העם הגבורים אנשי חיל ועושה מהן חיל למרכבתו ובפרשיו ומעמיד מהם עומדין לפניו ואנשים לרוץ לפניו ונותן שכרן ; ולוקח כל הבהמות ונותן דמיהן ולוקח השדות והזתים והכרמים לעבדיו כשילכו למלחמה ויפשטו על מקומות אלו אם אין להם מה שיאכלו: *quæcunq; hoc textu dicta ſunt, competunt regi. Is emittit in omnes terminos & aſſumit fortes viroſq; ſtrenuos pro comitatu ſuo & equitibus. conſtituit etiam qui ante ſe ſtent vel currant, numeratâ mercede. Tollit quoq; jumenta pro precio eorum. item agros, oliveta & vineas pro ſervis ſuis ut eas depaſcantur, quando in militiam profecti non aliud habent quod edant. &c.* Quam limitationem David exemplo ſuo comprobat, 2. Sam. ult. v. 21. quando Aravnæ aream non gratis petit, nedum invito extorquet, ut Achabus Nabotho vineam. 1. Reg 21. 16. ſed emere cupit. Alter textus extat Pſalmo 17. v. 2. *A facie tuâ judicium meum egrediatur:* inde vult Bar-Nachmoni probare, in Defar. Rabb. Parſ. Schoph. אין בריאה דן את המלך אלא הבה׳ *quòd nulla creatura judicet Regem, niſi DEVS Opt. Max.* ſolus id verum eſt de interiori judicio DEI, quando corda probat, ut mox verſ. 3. ſequitur: vel etiam de externo capitali. quod non negamus. Is enim corporali quoque vitâ privavit Saulem Achabum & alios: quod nemini ſubditorum exequi licuiſſet. Tertius itidem è Pſalterio, notiſſimus ille *Tibi ſoli peccavi!* Pſal. 51. 6. Ergò nemini mortalium rationem reddere debeo, nec contra ſubditos peccare potero! non hoc ſequitur, ſed aliæ ſunt hujus excluſivæ voculæ rationes, quas Kimchi ſenior ediſſerit אדני אבי ז״ל פירש כי אילו היה אוריה חי היה חוטא לך ולו אבל עתה שהוא מת לך לבד לבדך חטאתי אני מודה לך כי כל חטאתי נשאר לך ואין לי לבקש מחילה אלא ממך לבדך: *Dominus parens meus p. m. (R. Ioſephus K) explicat: ſi Vrias ſupervixiſſet*

vixisset, utiq; peccassem tibi & illi. At nunc quando ille mortuus est, tibi soli ego confiteor, quod omne meum peccatum tibi soli relinquatur; nec quæro ab alio remissionem quàm à te solo. Ultimus textus est ex Eccl. 8. 4. depromptus: *Quis dicet Regi quid facis?* quis nempè Aulicorum, de quibus ibi loquitur, & privatorum, quos non decet majoribus obloqui, sed eorum legitima jussa reverenter capessere. Cætera minoris sunt momenti. Si Prophetæ Samuelis tractatus, quem 1. lib. c. 10. v. 25. de Jure Regio scripsit, adhucdum superesset, facilè omnis hæc liticula dirimeretur. At putant combustum esse; Sufficiant igitur quæ habemus ex residuis.

CAPUT III.

DE AULA.

Theor. VIII.

Ministros assumebat sibi quos volebat.

Multis utique hominibus indiget Rex, qui alienis oculis videt, alienis manibus laborat, alienis pedibus currit: eorumque officia sunt varia, & describuntur 1. Sam 8. possunt autem meâ opinione ad sex præcipuè classes referri. I. eget Satellitibus sive corporis sui custodibus, qui domi ad præsidium præstò sint, & foris in publico eum splendidè comitentur. qualis inter alios erat Davides in comitatu Saulis, נשא כלים *ferens ipsius arma* 1. Sam. 16. 21. Nec enim ubique gentium ita tutum est, ut cuncti magnates cum Heroë quondam Wurtembergico gloriari queant, *securos se in cujusvis subditorum sinu pernoctare posse.* Ideò Rex Hebræus etiam fortissimum quemque seligebat, ad tutelam corporis, à cujus incolumitate totius regni salus pendebat. Maym. Hal. Melach. 4. §. 2. שולח בכל גבול ישראל ולוקח מן העם הגבורים אנשי חיל ועושה מהן חיל למרכבתו ובפרשיו ומעמיד מהם עומדין לפניו ומעמיד מהן אנשים לרוץ לפניו שנ׳ ושם לו בפרשיו ורצו לפני מרכבתו *emittit in omnes provincias Israël, & conquirit è populo fortiores viros atq; militares, & adjungit curribus atq; equitatui suo, constituit aliquos qui coram se stent, alios ordinat qui ante se currant. sicut dicitur* (1. *Sam.* 8. 11.) *ponet sibi viros equestres & præcursores quadrigarum &c.* Quot talibus opus sit, scriptura numero non definivit. videtur tamen & hîc, ut in omnibus aliis, mediocritas optima; quæ nec paucitate regem nudet, nec pluralitate fastum indicet. neuter enim horum

horum laudatur, qui vel deficit vel abundat: non Cæsar, qui sui fidentissimus omne præsidium neglexit: nec Darius Persa, quem semper hastata myrias insecuta II. Indiget Ministris aulicis, qui partim in cubiculo, partim ad mensam serviant: quos omninò probos esse multùm refert, quia Domino immediatè conversantur, & si maligni sint, contagione ipsum inficere possent, imò totum populum corrumpere, ad quem aulici mores emanant plerunque. unde aliqui non sine judicio Reipubl. periculosius fore metuunt, si ministri sint pravi quàm ipsemet Herus. nec desunt exempla, ubi bonus, cautus, optimus Rex à cubiculariis perfidè fuit venditus: Esth. 2. 21. aut tota gens ab inflato quodā Hamano in pernitiē & vitæ discrimē adducta. *Ibid c.3.v.10.* Multâ igitur cautione in delectu opus est, qualē adhibuit prudentissimus David. Psal. 101.4. *Obtrectatorē, qui socio suo clam detrahit, & elatū vultu atq; corde turgidū ferre non possum: oculi mei fidelissimos in terrâ quærunt, ut sedeāt mecū, & perspectæ probitatis, ut serviant mihi, non habitabit domi meæ, quicūq; fraudulētus est aut mēdax. &c.* Itaq; non sola corporis pulchritudo spectanda est, de quâ Maym. Ibid. לוקח מן היפים שבהם להיות שמשים ועומדים לפניו שנ׳ את בחורכם הטובים יקח ועשה למלאכתו *sumit formosiores illorum, ut sint ministri stantes coram se: sicut dicitur (1. Sam. 8.16) juvenes vestros optimos accipiet, ut faciat opus suum.* Sed mentis præcipuè decus attendendum. Quamvis rari sint Danieles, quorum animæ pulchræ hospitentur simul in corporibus decoris, Dan. 1. v. 15. tamen hæc formæ gratia minimè negligenda est, si haberi possit, quia vel maximè regios decet elegantia, non abnuente Christo, qui *molliter vestitos* esse ait Matth. 11. 8. Putantquè Judæi, de honore Regum esse, ut tales ministri, qui Aulæ semel initiati sunt, aliis vilioribus officiis extraneis postea nunquam contaminentur. H. Melach. c. 2 mox ab init. לא ישתמש בעבדיו ושפחותיו ושמשיו אלא מלך אחר לפיכך אבישג היתה מותרת לשלמה ואסורה לאדניה; *nemo utitur servis, ancillis aut ministris ejus nisi alius Rex (successor) proinde Abisag (1. Reg. 1. v. 3.) licita quidem erat Salomoni, sed non Adoniæ.* (1. Reg. 2 v. 21) De Morionibus aulicis, qui regum graviores curas aut etiam convivia, salibus & facetiis temperare soliti fuerint, nihil apud antiquos reperio; & mera est fabula de Marcolpho Salomonis fatuo: videtur esse recentior mos, nec omni periculo carere, quoniam naturalibus stultis plerunq; malignitas quædam agnata, quam tunc edunt sæpè, cum minimè timetur: imò & aliquid impietatis habere, si quis ad severiora natus, ineptiis gaudeat & stultitiam provocando foveat multiplicetque, aut ex alienâ miseria voluptatem quærat, quam utique honestiorem habere posset. Qui sapit ille procul ab aulico splendore ma-

mavult facessere, quàm aureis hisce compedibus alligari. Prov. 23. 1. *quando comederis cum Dominatore, considera quid coram te sit: & pone cultum ad fauces tuas, si tui compos es, nè concupiscas pulmenta ejus cibosvè delicatos.* III. Eget Rex panisicis & coquis; quæ officia olim erant curæ masculinæ, quando Pharaonis pistor suspensus esse legitur. Gen. 40. 22. postea cum viri virilius agere, h. e. studiis militaribus se dedere cœpissent, ad fœminas devoluta sunt: inter quas & in aulâ hæ operæ dividebantur. Ead. Hal. c. 4. §. 5. ויש לו רשות לעשות הפלגשים שלוקח לארמונו טבחות ואופות ורקחות שנ' ואת בנותיכם יקח לרקחות ולטבחות ולאופות: *potestatem habet constituere pellices suas, quas in palatium recepit, mactatrices, pistrices & aromatarias; sicut dicitur (1. Sam. 8. 13.) filias vestras accipiet in unguentarias & coquas & panificas.* de Gynæceo dicetur amplius Theor. IX. seq. IV. Indiget etiam Fabris & Artificibus, si quid ædificare cupit; quod non postremum est pacis opus. Ibid. §. 3. וכן לוקח מן בעלי האומניות כל מי שהוא צריך ועושין לו מלאכתו ולוקח כל הבהמות שנ' לחרוש חרישו ולעשות כלי מלחמתו: *sumit etiam de opificibus quibuscunq; indiget, ut efficiant operas suas; tollit quoq; jumenta (quæ onera portent) sicut dicitur (1. Sam. 8. 12.) ad fabricandũ fabricas suas, & conficiendũ arma bellica.* videntur autem Judæi pastoritiæ rei plus dediti, mechanicas artes parùm exercuisse: cujus negligentiæ damnum belli tempore senserunt. 1. Sam. 13. 19. *faber nullus reperiebatur in universo Israël; itaq; ad Philistæos ire cogebatur, si quis vomerem, securim vel ligonem acuere vellet. erant verò omnia hæc obtusa, nec ullus gladius vel hasta, nisi apud Regem inventa.* factum hoc putat R. Salom. Jarchi, in com. s. h. l. inopiâ fodinarum אחשוב כי למיעוט המצא הברזל *quòd ibi parùm ferri inveniretur:* Rectius verò Kimchi; procuratum id esse dolo Palæstinorum tunc illius terræ Dominorum, nè Judæi rebellarent. לפי שפלשתים משלו בישראל שנים רבות כי אף בימי שמשון מושיע ישראל אמרו הלא ידעת כי מושלים בנו פלשתים ואעפ״י שבימי שמואל נכנעו ושבו הערים מעט אשר זקן שמואל תחת ממשלתם היו ונציבים בארץ והיתה ידם תקיפה עליהם והורידו כל חרשי ברזל לארצם ולא השאירו אף לתקן כלי אומניות פן יעשו חרב וימרדו: *quia Philistæi dominabantur Israëlitis annos multos. nam diebus Simsonis Salvatoris Israël dixerunt (Iud. 15. 11.) an nescis quòd nobis dominentur? quamvis autem tempore Samuelis humiliati fuerint & reddiderint urbes quasdam (1. Sam. 7. 14.) tamen postquam ille senuit, habebant præfectos seu præsidiarios in terrâ (1. Sam. 10. 5. & 13. 3.) eratq; manus eorum valida; proinde abduxerunt omnes fabros in terram suam, nec reliquerunt qui vel instrumenta tantùm fabrilia reficeret: nè fortè fabricarentur sibi gladios & rebellarent (quod textui conforme*

est,

est, 1. *Sam.* 13. 19.) Simul verò ut providentia & auxilium DEI mirabile pateret evidentius. Ibid. להודיע כי לא בחרב ובחנית יושיע יהוה כי היו מעטים והפלשתים כחול הים *ad indicandum, quod non gladio & hastâ salvet Dominus. ipsi enim pauci erant* 1600. *inermesq;, Palæstini verò instar arenæ maris; habentes* 30000. *currus &* 6000 *equites, & tamen fugati atq; cæsi.* (1. *Sam.* 14. 23.) Ita nec Architectonicæ artis studiosi fuerunt, 1. Reg. 5. 6. adeò ut Salomo templum extructurus, artifices ex alieno regno & ab ethnicis petere coactus fuerit. V. Requirit etiã Agricolas, Vinitores, Pastores: Homines *qui arent agros regios, & metant segetes ejus.* 1. *Sam.* 8. 12.) & consequẽter annonæ præfectos, qualis erat Josephus in Ægypto. VI. tandem Capitaneos & Centuriones qui exercitui præsint tempore belli, & pro patriâ vitam profundere parati sint. Maym. ibid. § 6. כופה את ראויין להיות שרים וממנה אותם שרי אלפים וחמשים שנ׳ ולשם : וכו׳ *cogit idoneos ut sint Principes militiæ, & constituit quosdã super millenos, alios super quinquagenos. sicut legitur.* 1. *Sam.* 8. 12. quod Saul fecit studiosè. 1 Sam. 14. 52. His omnibus verò ut & præcedẽtibus Rex debebat salaria sua nec quoquã subditorũ abuti ad gratuita servitia decebat. ideò Maymonides in alleg. locis plerũq; addit ונותן שכרן או דמיהן *dat eis mercedem suam & precia debita.* Hoc autem è Fisco decimarum quæ ipsi eapropter cedebant. Ibid, § 8. יש לו מעשר מן הורעים ומן האילנות ומן הבהמות שנ׳ וכרמכם ואת צאנכם יעשר: *debetur ei decima de semente, arboribus & jumentis, sicut dicitur* (1. *Sam.* 8. 15. & 17.) *vineas & pecudes vestras addecimabit.* Si quid prædæ partum esset extra ordinem, ab hoste, dividebat id cum Ducibus suis, de quo infra Th. XVIII.

Theor. IX.

Sed non tot uxores quot placebant.

IN fundamentalibus regni legibus, quæ extant Deut 17. v. 17. expressè hoc prohibitum est, additâ ratione: *non multiplicet sibi uxores, nè declinet cor ejus.* quod R. Bechai Pars. Schoph. sic explicat: לפי שהאשה תפתה את האיש לסור מיראת הש״י כי כן עשתה אם כל חי אף כי אם היו הנשים רבות: *quia fœmina facilè seducit marem, ut recedat à timore DEI Opt. Max. sic enim fecit mater omnium viventium (Eva, Gen.* 3. 12. *quam Adamus unã habuit) quid non possent si plures essent?* & contigit hoc sapientissimo mortalium Salomoni, ut in gratiam exoticarum quas deperibat mulierum, 1. Reg. 11. 1. Idolis Astaroth, Camos & Milcom columnas & altaria ædificaret, quæ Josias destruxit. 2. Reg. 23. 13.

Qualis verò Rex, talis etiam Grex, ut est in veteri Rhythmo. H. Melach. 3. § 9. על הסרת לבו הקפידה תורה שלבו הוא לב כל קהל ישראל לפיכך דבקו הכתוב בתורה יתר משאר העם. *de abscessu cordis ejus valdè sollicita fuit lex, quia illud est cor totius populi. proinde arctius illud alligavit legi, quàm reliquæ plebis.* Nè tamen vagas libidines sectaretur, aut subditorum filias pollueret, indulsit ipsi scriptura mediocre Gynæceum. Numerus quidem in libris canonicis nuspiam expresè determinatus est, sed tamen deducunt inde Rabini per consequentias sive ratiocinationes, licuisse Regi octodecim assumere conjuges, & astipulatur ipsis antiquissima trãslatio legis Chaldaica. R. Salom. Jarch. ad text. Deut. 17. לא ירבה לו נשים אלא שמנה עשרה שמצינו שהיו לו לדוד שש נשים ונאמר לו ואם מעט ואוסיפה לך כהנה כהנה: *non multiplicet sibi uxores ultra Octodecim. invenimus enim quòd David habuerit sex (aut plures. 2. Sam. 5. 13.) & tamen illi dicitur (2. Sam. 12. 8.) si parùm est, addam tibi sicut illa sicut illa (h. e: bis totidem alias)* R. Mosche Mikkozi, in libr. præceptorum magno. Part. 1 num 222. רבותינו אמרו על פי הקבלה בפ׳ כהן גדול שמותר לישא עד שמנה עשר נשים בין נשים בין פלגשים *Magistri nostri habent id ex orali Cabalâ in capite Pontifex (quod est secund. Mass. Sanh) licere regi usq; ad XVIII. ducere sive conjuges sive concubinas.* R. Bech. P. Schoph. יח׳ כמספר הנשים שהיו לו לדוד יש כהן ששה מפורשות בכתוב וכתיב כהנה כהנה פי׳ גם ששה וששה הרי יח׳ *Octodecim pro numero mulierum Davidis, quarum sex expressæ sunt, duodecim verò sub repetitâ voce: quot illa: quot illa: concessæ intelliguntur; ecce XVIII!* Maymonides H. Melach. c. 3. §. 4. מפי השמועה למדו שהוא לוקח יח׳ נשים ואם הוסיף אחת ובעלה לוקה *ex orali auditione didicerunt, accipere XVIII uxores: at si vel unicam superadderet atq; maritaret, vapulare.* Targum Jonathan Ben-Uziel לָא יַסְגֵּין לֵיהּ נְשִׁין עַל תַּמְנַסְרֵי דְלָא יִטְעַיִן לִבֵּיהּ *non multiplicet sibi uxores ultra octodecim, nè depravent cor ejus.* quos testes lubens majori numero produxi, ut in re paradoxâ consensus antiquitatis appareret. Connumerantur autem hîc uxoribus concubinæ; inter quas hoc discrimen fuit, quod illæ superiori gradu habitæ sunt, hæ inferiori: illorum filii hæredes, & multis prærogativis aucti, harum legatarii tantùm, & aliquando à vivo parente muneribus, pro toto patrimonio donati. Genes. 25. 6. Statuuntque Theologi etiam cum pellicibus vera fuisse conjugia. Dicunt tamen Judæi solas uxores solenniter, concubinas autem absque ceremoniis fuisse ductas. R. Mos. Mikoz. loc. citat. אמר רבה שם נשים בכתובה וקידושין פלגשין בלא כתובה וקדושין: גרסינן בירוש׳ דפ׳ אעפ׳ ר׳ מאיר א׳ פלגש אין לה כתובה ר׳ יהודה א׳ יש לה כתובה אבל לא תנאי *ait Raba; duxisse conjuges per literas dotales & sponsalia,*

salia, pellices verò absq; illis. (sed est ipsis de hoc posteriori controversia:) legimus in Talm. Ierosolymitano capite Aph-al-pi: R. Meir dixisse, duci absq; literis illas; R. Iehudam verò, literas scribi quidem sed non tradi. (nec dote numerari) Addit alter Moses Ægyptius H. Mel. 4. §. 4. ביהוד בלבד קונה אותה ומותרת לו אבל ההדיוט אסור בפילגש אלא באמה העבריה בלבד אחר ייעוד *per solam adunationem illas acquiri, sicq; sibi permissas esse: at privato prohibitas pellices, præter unam ancillam Hebræam post desponsationem.* Concubinas illas potuit Rex in aulâ, ministeriis muliebribus adhibere, Apothecæ, Culinævé præficere. Ibid §. 5. ויש לו רשות לעשות הפילגשים שלוקח לארמונו טבחות ואופות ורקחות *potestatem habet ex pellicibus in palatium receptis facere coquas, pistrices, aromatarias.* Et debuit utriusque generis conjuges, è populo Dei non verò extraneis gentilibus eligere, Deut 7. 3. *nolite affinitate illis jungere, nec filias eorum capere, nè seducant à me.* Exod. 34. 16. *nè fornicentur post Deos alienos,* quod utrumque à Salomone neglectum culpatur 1. Reg. 11. 2. & Nehem. ult. v. 26. Polygamiam primus introduxit Lamechus è posteris Caini, Gen. 4. 19. imitati sunt deinde Patres, ut Abraham, consensu Saræ suæ, Genes. 16. 3. Jacobus jussu Rahelis. Ibid 30. 3. & Reges, ut David, 1. Sam. 25. 43. Rechabeam 2. Par. 11. 18. Abia quatuordecim simul ducens, Ibid. 13. 21. Joas. Ib. 24. 3. Toleravit autem Deus hunc excessum, in illis quidem ut prolem multiplicarent; in hisce verò, nè scortationibus & adulteriis occasionem quærerent. Cl. Hafenrefferus p. m. in Comp. Theol. loc. de Conj. ait, *tales nævos in publicum morē abiisse, scādaloq; caruisse, crimine igitur vacasse, quod jā consuetudine receptū fuerit.* Hodie durat etiamnū apud Oriētales populos, quotquot Evangelii loco Alkuranū receperūt, in quo id expressè concessum est. Suretâ Nisai, h. e. Carmine mulierum. vers. 4.

فَانْكِحُوا مَا طَابَ لَكُمْ مِنَ ٱلنِّسَاءِ مَثْنَى وَثُلَاثَ وَرُبَاعَ
فَإِنْ خِفْتُمْ أَلَّا تَعْدِلُوا فَوَاحِدَةً أَوْ مَا مَلَكَتْ أَيْمَانُكُمْ

& ducatis quod lubet vobis de Mulieribus; binas vel ternas vel quaternas: nisi metuitis ut satisfaciatis singulis. aut quotcunq; dominatur dextera vestra. Miror, si divinā prohibitionem ignorant, cur non lumine naturali absurditatem rei agnoscant, nec tot incommodis inde sequentibus absterreantur. Quàm enim difficile putabimus marito præsertim fortunæ tenuioris, tàm sumptuosum alere gregem mulierum, ancillarum, liberorum! quânam arte vel prudentiâ tot Imperatrices

gubernabit, si non facilè vel callidissimus, regit unum tale animal, varium & mutabile semper? an litibus & querelis immunem fore credamus ipsum Socratem patientissimum? quid aliud hinc lucrentur nisi perpetuam inquietudinem & repudia quotidiana. pœnæ non beneficii loco haberem; si quem nostrum ulla lex ad Polygamiam cogeret. Et testantur, qui regiones illas peragrarunt, Postellus atque Clenardus, omne tribunal divortiis tantùm & restitutione dotis fatigari; proinde nil discere Jureconsultos ipsorum nisi matrimoniales causas. contingere autem non rarò ut orphani fame pereant miserabiliter, quorum patrimonium in tot frustilla dissectum fuit: aut fratrum fortior sepeliat minores, ut solus hæreditate saturetur. Gratias ergò Salvatori nostro, qui ad primævam institutionem revocavit, & uni viro uxorem unam agglutinari jussit, Matth. 19. 6. Vetant ipsi Rabini, nè Rex sit mulierosus aut cum Sardanapalo semper in Gynæceo tantùm delitescat, quamvis aliquo conjugii privilegio donatus sit. Hal. Melach. c. 3. §. 8. לא יהיה שטוף בנשים אפילו לא היתה לו אלא אחת לא יהיה מצוי אצלה תמיד כשאר הטפשים שנ׳ אל תתן לנשים חילך; *non sit immersus uxoriæ rei, aut quamvis habeat unicam tantùm, non tamen indesinenter cum eâ rese iatur, velut cæteri quidam stulti; sicut dicitur (Prov. 31. 3.) nè dederis mulieribus robur tuum (h. e. vires corporis & animi, laudabilius in Reipubl. usu consumendas)* Tum verò id caveat studiosissimè, nè regni consilia cum ipsis communicet, quibus natura & civilem prudentiam & taciturnitatem negavit: vehementius etiam, nè ipsarum imperiis obnoxius sit, quod de Themistocle referũt, voluisse quicquid uxor, & Athenas quicquid ille, consequẽter quicquid illa. Potuit verò Rex Hebræus, si qua minus placeret, eam repudiare, & ducere aliam; sic tamen nè numerum antè definitum excederet, Ibid. § 4. יש לו לגרש ולישא אחרת תחת זו שנירש *licet ipsi repudiare & aliam ducere pro repudiatâ.* Ipsa verò potestatem non habebat post regium maritum, alteri cuiquam nubere. c. 2. §. 1. אשתו של מלך אינה נבעלת לאחר לעולם אפילו המלך אינו נושא אלמנתו או גרושתו של מלך אחר *conjux regis alteri non nubit in æternum: etiam Rex non ducit viduam vel repudiatam alterius regis.* Formula literarum Repudii est antiquissima, & ante Christum (dubito tamen an etiam ante captivitatem Babel) iisdem verbis semichaldaicis quibus hodie concepta. eam habet Maymonides Hal. Geruschin. cap. 4. pag. mihi 273. b. & Alphesius l. Gittin. cap. 9. Hammegaresch p. 190. b. punctatam verò & versione illustratam Dn. Buxtorfius Gram. Chald. p. 399. sed quia generales sunt & circumstantiarum mentione carent, placet etiam meum Exemplar plenius, quod à Judæis aliquando

nactus

nactus ſum huc referre. Illud ita ſonat. בשלישי בשבת בארבע ועשרים
יום לירח אלול שנת חמשת אלפים ושלש מאות ועשרים ושתים לבריאת
עולם למנין שאנו מנין כאן בעיר לייפציק מתא דיתבא על נהר עלסטר ועל נהר
פלייס ועל נהר ברדע ועל מי מעינות אנא אבינדר בן יהודה הכהן העומד היום
בעיר לייפציק מתא דיתבא על נהר עלסטר ועל נהר פלייס ועל נהר ברדע ועל
מי מעינות צביתי ברעות נפשי בדלא אניסנא ושבקית ופטרית ותרוכית יתיכי
ליכי אנת אנתתי מערלן בת יוסף דהוית אנתתי מן קדמת דנא וכדו פטרית
ושבקית ותרוכית יתיכי ליכי די תיהויין רשאה ושלטאה בנפשיכי למהך
להתנסבא לכל גבר די תיצביין ואנש לא ימחא בידיכי מן יומא דנן ולעולם
והרי את מותרת לכל אדם ודן די יהוי ליכי מנאי ספר תרוכין ואגרת שבוקין
וגט פטורין כדת משה וישראל: *tertio die hebdomadis (quem nos Martis vocamus) die vigeſimo quarto menſis Elul (reſpondentis noſtro ferè Auguſto) Anno quinquies milleſimo trecenteſimo viceſimo ſecundo à creatione mundi, ut nos computare ſolemus (h. e. Anno Chriſtiano 1562.) hîc in urbe Leipzik, loco collocato juxta flumen Elſter & flumen Pleis & flumen Barde, & apud aquas ſcaturientes (ſive fontanas) ego Afigeder (quos vulgò Fridericos appellant, ut Mardochæos notiori nomine Marcos &c.) filius Iehudæ, Sacerdos, ſtans (ſeu degens) hodie in urbe Leipzik loco collocato juxta flumen Elſter, & flumen Pleis, & flumen Barde, & apud aquas fontanas (quod ſic repetunt ut eſſentiale requiſitum: nefas enim eſt alibi quàm ad confluentem hoſce libellos ſcribere). volui voluntate animi mei abſq; coactione, & dimiſi & diſſolvi & repuli te tibi, ô tu mulier mea Marlan filia Ioſephi! quæ fueras uxor mea pridem. Nunc autem & deinceps libero, repudio & expello te tibi, ut ſias tuæ poteſtatis, facultatem habens ipſamet abeundi & nubendi cuicunq; viro libuerit. mortalium nemo prohibeat manus tuas, ab hoc die in æternum. Ecce tu conceſſa es omni homini! & hic ipſe ſit tibi à me libellus divortii, & epiſtola deſertionis & ſcheda repudii: de Iure Moſis & Iſraël* Apud veteres Romanos formula brevior erat, referente Gaio l. 2 ff. d. divort. in hæc verba ſolenniter concepta: Tuas Res Tibi Habeto: aut Tuas Res Tibi Agito. Quod à fratriandi lege ob ſputi turpitudinem immunis fuerit, dictum eſt ſupra Th. VII. unum adhuc moneo, non exemptum fuiſſe ſexto præcepto, *Non Mœchaberis*: nec potuiſſe Regũ adulteria corã Deo excuſari tàm frivolè. ut quondam Cæſaris Auguſti apud Sueton. c. 69. *quaſi ratione commiſſa nec libidine: quo facilius adverſariorum conſilia per cujusq; mulieres exquireret.* euge feſtivum ſceleris patrocinium!

Theor. X.

Ita nec Equos superfluos ad pompam.

MAgnatum hæc cura est non postrema, ut equos alant plurimos, quibus arduæ cervices, capita minuscula & in sublimi gesta, cum patulis naribus, auribus verò curtis, ampla pectora, terga obesa, & si quæ alia sunt generosorum Caballorum indicia, Equisonibus meritò rectius quàm nobis nota: docentque illos magno sumptu gressus tolutim carpere ac superbè quadrupedantes passus agglomerare: ut non in hastiludiis tantùm aut publico ingressu sessores suos venustè gerant, sed quod palmarium est, cùm equestri pugnâ decernitur, in hostes intrepidi procurrant & inter medios bombardarum fragores alacritatem suam claro hinnitu testentur. De quo exercitio nuper audivimus *Illustrem Dn. Baronem ab Herberstein &c. in Ducali Collegio nostrati*, generosè simul & peritè differentum. Qui inter plura memoratu dignissima, Romanorum quoque tyronum exercitia recensuit, quomodo in lignea equorum simulachra, hos in usus parata, æstate sub divo, hyeme sub tecto, insilire didicerint primò inermes, mox cum assuetudine proficerent, etiam armati, strictoque tandem ense. Quis amplius mirabitur semper evasisse victores, denique mundi Dominos qui hâc agilitate à teneris edocti reliquos mortales exsuperarunt? Illud potius miror, induisse quosdam hujus artis insano amore tàm equinos animos, ut hæc animalia honore plus quàm humano prosequerentur: quod de podagrico quodam, sibi coætaneo notoque ingentis fortunæ viro refert *Fr. Petrarcha de remed. fort. l. 1. dial 31.* ægrotanti equo aureum pulvinar ac sericum cubile substrasse, cumque per pedes æger ipse non posset, servorum humeris vectum quotidie sæpius hunc quadrupedem amicum in stabulo visitasse, de illius valetudine anxium suspirasse, p. ppysmo blandè consolatum esse, mortuum denique ut filium luxisse. Nescio an magnus Alexander multò plus sapuerit, quando in honorificam Bucephali sui memoriam oppidum ejusdem nominis condidit? annotante *Gellio N. Att. l. 5. c. 2.* Procul ab ineptiis hisce Regem hebræum arcere voluit divinus legislator, quando ipsi severè prohibuit, *nè multiplicaret Equos: Deut. 17. 16.* Cujus inhibitionis sensum ajunt non esse ut prorsus ab Equestri re abstineat, sed ut moderatè usurpet. Qualis enim foret Rex qui pedes incederet? annon pueri accurrerent velut ad dolium Diogenis? vehatur itaque generoso animali

subli-

sublimis, & corpore toto supra circumfusam plebem emineat, ut Majestatem ipsius decet, de sedendi peritiâ non dubitabimus; quoniam Carneadis effato hanc solam artem optimè discunt. nam aulici quidem adulantur eis; hæc verò bestia, Dominum ferat an servum ignara, imperitos sessores absque respectu excutit. Tantùm caveat, nè quid ad inanem pompam vel ostentationem: quia fastum nè in Regibus quidem fert supremus ille moderator rerum humanarum. R. Sal. Jarch. ad tex. Dev. 17. & Maym. H. Mel. 3. §. 5. לא ירבה סוסים אלא כדי מרכבתו *equos non plures alat quàm sufficiunt ad currus.* Bech. Pars. Schoph. addit כלומר מרכבת פרשיו וחייליו *scilicet ad currus equitum suorum & exercituum.* Quicquid hos usus excedit, peccat. Ibid. אבל לא שיהיו לו שנים או שלשה למרכבתו פעמים על זה ופעמים על זה *At non habeat duplices vel triplices, ut aliquando ad hos, aliquando ad alios currus aptare per vices possit (quod esset inanis gloriæ.)* Præsertim qui tantùm ad voluptatem & spectacula ociosi juxta necessarium equitatum deducuntur. Mos. Mikozi l. 1. n. 223. שנינו בפ׳ כהן גדול סוסים בטלין הוא דאינו מרבה לו אבל מרבה לו כדי רכבו ופרשיו ומניין שאפילו סוס אחד והוא בטל שעובר בלא ירבה׃ *discimus ex capite Kohengadol: equos vacuos esse quos multiplicare vetitum; at cæteros licere ut habeat pro numero equitatus sui. verùm si vel unicum adjungit ociosum, transgreditur hoc præceptum.* rursus H. Melach. d. l. אפילו סוס אחד פנוי להיות רץ לפניו כדרך שעושין שאר המלכים אסור ואם הוסיף לוקה׃ *etiam unicus equus phaleratus, qui ad pompam antegreditur ipsum, ut cæteri reges facere solent, prohibitus est: adeò ut si addat, vapulet.* Targum Uzielidis videtur ipsi binos tales concedere, non verò plures; fortè quod duo nondú multi sint, sicut & in hâc linguâ dualis numerus à plurali distinguitur: additâ ratione parum verisimili לחוד לא יסגון ל״ה על תרין סוסון דלמא ירכבון רברבנוי עליהון ויתגאון ויתבטלון מפתגמי אורייתא ויתחייבון חובת גלותא למצרים׃ *tantùm non multiplicet sibi ultra duos equos, nè fortè magnates ejus equitent supra illos, & superbiant, & irritum reddant verbum legis, sicq; rei fiant reatu exilii Aegyptiaci.* veram rationem ipse textus expressit, Deut. 17. 16. *nè reducat populum in Aegyptum, ut multos inde comparet equos, DEUS enim vobis interdixit, ne posthâc unquam illuc redeatis eâdem viâ.* Nam Ægyptus abundabat equis, & inde adducebantur Regibus Hebræis magno sumptu, quod ex historiâ Salomonis apparet. 1. Reg. 10. 27. *egressus equorum Salomonis erat ex Aegypto v. 28. adducebatur equus unus sesquicentenis argenteis (h.e. 75. Imperialibus, & tota quadriga (sive copula quatuor equorum: non verò currus ligneus quantumvis pretiosus, ut plerique*

 inter-

interpretes putant) *sexcentis* (*h. e. quadruplo prioris: unde monitu Rabinorum constat* שהמרכבה ארבעה סוסים *quòd quadrigæ sint ipsi quatuor equi.*) Postquam verò Deus Opt. Max. populum suum stupendis miraculis inde liberavit, non ut unquam posthac in eam servitutem ultrò se dedant, aut illuc remigrent, imò ne quidem multùm commercii cum illis habeant ullâ ratione, quoadusque abstineri possit. Quoties prædicat hanc redemptionem scriptura, ut summum Dei beneficium, sempiternâ memoriâ recolendum! Exod. 20. 2. in frontispicio Decalogi. Levit. 22. 33. in institutione sacrificiorum. Ib. 26. 13. in promissione benedictionis. Deut. 4. 37. in enumeratione magnaliũ. Ibid. 7. 8. in commendatione amoris sui. 8 14. in dehortatione ab ingratitudine. 16. 6. in institutione paschatis, Jud. 2. 1. in sermone angeli populum increpantis Ibid. 6. 9. in spe factâ victoriæ contra Midianitas. 1 Reg. 10. 18 in importunâ petitione regis, & pluries passim. Tamen adeò immemores erant miseræ quondã conditionis suæ, ut subinde illuc relabi cuperent. Exod. 14. 11. *nunquid sepulchra erant ibi, cur hîc moriamur? sine ut redeamus, præstaret servire.* cap. 16. v. 3. *ibi asidebamus ollis & affatim vescebamur pane.* 17. 3. *hic siti enecamur*! Num. 11. 5: *quis nobis carnes suppeditabit: recordamur piscium Aegyptiacorum, porri, ceparum.* 14. 4. *eligamus ducem & revertamur*! 20. 3. *utinam ibi occubuissemus cum fratribus nostris! cui bono eduxistis nos?* Itaque tàm severè jubet Deus omnes reditus illecebras, & occasiones desiderii vitare. Aben-Ezra Deut. 17. בעבור כי הסוסים בימים ההם היו מוציאים ממצרים והעד דברי שלמה והנה יצטרך למען הרבות סוסיו שיחטיא העם לשוב אל מצרים וזה דבר ברור כי השם גאלם משם ובשובם יחללו השם: *propterea quòd equi tunc ex Aegypto afferebantur, ut è Salomonis facto constat, præcipere opus erat, nè studio equorum peccandi occasionem præberet populo, & in Aegyptum redeundi. Notorium est quomodo eos inde DEUS redemerit; hunc omninò afficerent contumeliâ, si reverterentur illuc. Non quidem eos execrari jubet sicut Amalekitas. Deut. 23. 7. non abomineris Aegyptium quia peregrinus fuisti in illius terrâ.* sed tamen eò redire vetat. Bechai. P: Sch. טעם הדבר נכתב בצדו כדי שלא ישיב את העם מצרימה שמשם היו מביאין הסוסים באותו זמן וכן מצינו בעניין שלמה ואמר לא תוספו לשוב בדרך הזה *ratio mandati ascripta est lateri ejus. scilicet ne populum reduceret in Aegyptum, unde tum temporis equos educebãt quod è facto Salomonis agnoscimus. ideò addit: nunquam repetatis viam istam.* R. Mos B. Nachman hoc latius extendit, nè aliunde quidem equos multiplicare licuisse; nè scilicet ipsorum robore confisus Dei unde omnis est victoria oblivisceretur. in suo Perusch. s h. l. יתכן שדרך הכתוב כן הזכיר לא ירבה לו סוסים אפילו מארצנו ומארץ שנער אפילו מדרך הסחורה המותרת.

והמותרת שלא יבטח על רכבו כי רב ועל פרשיו כי עצמו מאד אבל יהיה מבטחו בשם אלהיו ואח״כ הזכיר על המלך שלא ישיב את העם מצרימה שיהיו לו שם מעבדיו ומעמו שרי מקנה יושבים בערי הרכב למען הרבות סוס כענין שלמה שלא היה. אדם רשאי להוציא ממצרים סוסים בלא רשות מלך מצרים והיו נותנים לו מכס מהם: *hæc est congrua textus expositio: vetat equos multiplicare sibi, etiam è terrâ nostrâ, etiam è terrâ Sinear (h. e. Babylonicâ) etiam per modum mercaturæ alioquin licitæ: nè scilicet confidat in equitatu suo si multus est, aut in equitibus si fortes sunt, sed fiduciam suam habeat in solo DEO. Postea demum prohibet, nè populum in Aegyptum reducat, ut sint ibi de servis aut subditis ejus præfecti emptionis, habitantes in urbibus equestribus, quorum operâ sibi equos multiplicet, ut Salomo fecit. Non enim permittunt Reges Aegypti cuiquam homini, ut equos è provinciâ suâ vendant nisi se conscio, cui de illis vectigal debetur.*

Enascitur hinc gravis quæstio Judæis, an igitur in Ægyptum migrare aut ibi habitare prorsus non liceat? amplissimâ regione & Nili exundatione fertilissimâ? quæ Maimonidis æstimatione quaquaversum ultra quadringenas leucas protenditur. H. Mel. 5.5. ארץ מצרים מן הים הגדול ועד המערב ארבע מאות פרסה על ד׳ מאות פרסה כנגד ארץ כוש וכנגד המדבר *terra Aegypti à mari magno (seu mediterraneo) versus occasum lata est* 400. *leucas: & supra* 400. *leucas longa est ab Aethiopiâ usq; ad desertum (Arabiæ, in quo Israëlitæ tàm diu vagati)* hâc tota videtur Judæis interdictum esse. ibid. mox. בג׳ מקומות הזהירה תורה שלא לשוב למצרים שנ׳ לא תוסיפון לשוב בדרך הזה עוד: לא תוסיף עוד לראותה: לא תוסיפו לראותם עוד עד עולם: ואלכסנדריא בכלל האיסור: *tribus locis vetavit lex in Agyptum redire (Deut. 17. 16.) nolite amplius illâ viâ reverti. (Deut. 28. 68.) non pergas iterum eam videre. (Exod. 14. 13.) nunquam cernatis illos in æternum. Et Alexandria comprehenditur sub hoc interdicto. Quæ tamen diutissimè à Iudæis hactenus inhabitata fuit.* Imò ipse Author hujus Halachæ R. Mosche Ben-Maymon, plures annos ibi contrivit, ut ad differentiam Nachmanidis, Ægyptius vulgò cognominetur. quod Commentator ejus in margine innuit: יש תימה על קהילות השוכנים שם וגם רבינו המחבר עצמו הלך לגור שם *mirari subit de totis Ecclesiis ibi commorantibus: item ipso scriptore Rabino nostro, qui diu ibi peregrinatus.* Retulit mihi Arabicus quidam Mercator Alkariensis ante biennium inter alia, etiamnum hodie tot ferè Judæos Alexandriæ, Damiati & Rosettæ reperiri quot Turcas. Et quod majus est, etiam sancti prophetæ olim illuc migrárunt. Ab. Ezra. Deut. 17. ואוריה הנביא בסכנת הנפש ברח לשם גם ירמיהו בעל כרחו הלך שמה *Vrias Propheta (Ierem. 26. 21.) in periculo vitæ illuc fugit. Ipse Ieremias (cap. 43, 8.) invitus illuc abiit.* Quomodo ista conciliabimus?

num perperam fieri dicemus? id nè fateantur Judæi, varias præcepti limitationes quæſiverunt. 1. Bechai diſtinguit ſecula, dicens fuiſſe temporariam prohibitionem, recenter poſt Exodum non licuiſſe olim, deinceps verò indultum. Parſ. Schop. זו מצות שעה כדי שלא ילמדו ישראל ממעשיהם ולפי שהיו המצריים נודעים ומפורסמים בכל תועבה ואינה מצות דורות שיאסור הכתוב הדירה במצרים לעולם והרי אנו רואין כמה קהלות דרות שם מאז ועד היום ואלו היתה אסור לא היו ישראל קדושים מקהילים שם והחכמים בכל דור מוחים בידם *hoc erat præceptum horarium, nè diſcerent opera eorum; erant enim tunc Aegyptii notoria & publicatæ impietatis. Itaq; non prohibet habitationem ibi in æternum. Ecce quot Synagogæ ibi huc uſq; ! ſi nefas eſſet, ſancti Iſraëlitæ neutiquam ibi congregarentur, nec Sapientes omnium ætatum id abſq; ullâ reprehenſione ſic toleraſſent: (quæ probatio nobis quidem eſt admodum infirma)* 2. Idem poſtea textum propius tangens diſtinguit vias; è patriâ terrâ Iſraël non licere illuc deſcendere: at è cæteris exilii locis æquè conceſſum eſſe illuc migrare, ac in reliquum orbem univerſum, in quem vi ſingularis illius maledictionis, Pſal. 59. 12. diſperſi ſunt. לא אסר הכתוב הדירה במצרים אלא לאותן שבאים שם מארץ ישראל וכן יורה לשון בדרך הזה שאתם הולכים שמגמת פניכם לארץ לא תשובון ממנו למצרים *non prohibuit ſcriptura niſi eos qui deſcendunt illuc è terra Iſraël. & hoc docent verba textus (Deut. 17. 16.) EADEM VIA ſcilicet quæ vobis exeuntibus ante faciem erat, non redeatis.* Cui aſtipulatur Com. Mav. R. Urian, ex mente R. Abr. Sab. in marg addens לא אסרה אלא בדרך הזה. מאי אבל משאר ארצות מותר *non vetuiſſe niſi eam ipſam viam è Palæſtina: è cæteris regionibus omninò licere.* 3. Maymonides diſtinguit etiam cauſas, negotiari fas eſſe ibi, non verò fixam ſedem habere. H. Mel. 5. [illegible]:7. מותר לחזור לאמ׳ לסחורה ולפרקמטיא ולכבוש ואסור להשתקע שם : ויראה לי שא״ כבש אמ׳ מלך ישראל על פי ב״ד שהיא מותרת ולא הזהירה אלא לשוב לה יחידים או לשכון בה והיא ביד גוים מפני שמעשיהם מקולקלין יותר מכל הארצות שנ׳ כמעשה אמ׳ : וגו׳ *licet in Aegyptum reverti propter mercimonia vel ut ſubigatur (bello) at immerſum ibi diutius hærere, id nefas eſt. videtur tamen mihi, ſi quis Rex Iſraël eam ſub poteſtatem redigeret, de conſenſu Synedrii magni, fore tunc quoq; permiſſam. Ratio, non prohibentur illuc venire niſi ſingulares, aut qui cupiunt inhabitare; dum adhuc eſt ſub manu Ethnicorum, quorum opera ſunt pejus maledicta, quàm ullius provinciæ. ſicut dicitur (Levit. 18. 3.) juxta opus Aegyptiorum vos non faciatis.* Habet etiam Talmud Ieroſolymitanum ſibi conſentiens, Maſs. Jad. לישיבה אי אתה חוזר אבל אתה חוזר לסחורה ולפרגמטיא ולכבוש הארץ *ad conſidendum nè redeas; redeas autem vel ad negotiandum, vel ad debellandum.* Sub finem hujus materiæ libet illud quoque bre-

viter attingere, quàm patriæ ſuæ amantes fuerint Judæi, ut peregrinationes (cum adhuc rerum potirentur) non facilè conceſſerint cuivis: quod & Politici quidam diſputant, non expedire, ut omnibus promiſcuè indulgeatur quia plerunq; parùm prudentiæ, faſtus verò nimium reportant vagabundi; & ſi frequentes ſunt, Remp. exoticis moribus paulatim replent, ut tandē unà cum diſciplinâ collapsâ ſubvertatur. Maym. Ibid. §. 8. אסור לצאת מארץ ישראל לח״ל לעולם אלא ללמוד תורה או לישא אשה או להציל מן הגוים ויחזור לארץ וכן יוצא הוא לסחורה אבל לשכון בחוצה אסור׃ *probibitum erat exire terram Iſraël, aut foras egredi unquam, niſi ad diſcendum legem, aut ducendum uxorem, aut ſecedendum ab ethnicis; ſed mox revertendum fuit: ſic etiam qui mercium cauſa egreſſus eſſet. At extra eam habitare omninò nefas erat.* Excipiebatur etiam caſus neceſſitatis, in publica calamitate. §. ſeq. אלא אם כן הזק שם הרעב עד שנעשה שוה דינר חיטין בשני דינרין׃ בד״א כשהיו המעות מצויות והפירות ביוקר אבל אם היו הפירות בזול ולא ימצא מעות ולא במה ישתכר ואבדה פרוטה מן הכיס יצא לכל מקום שימצא בו ריות ואע״פ שמותר לצאת אינה מדת חסידות שהרי מחלון וכליון מפני צרה יצאו׃ *quando fames ſic invaleſcit, ut quantum tritici uno denario venibat, vix duobus ematur. Intellige, ſi pecuniæ quidem præſentes ſunt; ſed fruges caræ; at quādo hæ viles (& affatim ſuppetūt) nummi verò deficiūt, aut nō præſto eſt quo inebrietur is qui crumenam exhauſit, licet quidem abire ubi recreetur, ſed tamen non virtutis eſt. Ecce enim optimi duo Viri Mahlon & Kilion (Ruth. 1. 2.) non prius emigrabant quàm anguſtiâ vehementer premente.* Poſtquam verò patriâ ſuâ pulſi & extorres facti ſunt hodie, amant tamen ejus cineres tàm impotenter, ut miræ felicitatis loco habeant, ſi cui contigit vel mortuo ibidem ſepeliri, vel pugillo illius pulveris poſt fata conſpergi. Paragraph. ſeq. גדולי החכמים היו מנשקין על תחומי א״י ומנשקין אבניה ומתגלגלין על עפרה וכן הוא אומר כי רצו עבדיך את אבניה ואת עפרה יחוננו׃ אמרו חכמים כל השוכן בא״י עונותיו מחולין שנ׳ ובל יאמר שכן חליתי העם היושב בה נשוא עון אפילו הלך בה ארבעה אמות זוכה לחיי עולם הבא וכן הקבור בה נתכפר לו כאלו המקום שהוא בו מזבח שנ׳ וכפר אדמתו עמו ובפורענות הוא אומר על אדמה טמאה תמות ואינו דומה קולטתו מחייה לקולטתו אחר מותו ואע״פ כן גדולי חכמים היו מוליכין מתיהם לשם צא ולמוד מיעקב אבינו ויוסף הצדיק׃ לעולם ידור אדם בא״י אפילו בעיר שרובה גוים ואל ידור בח״ל ואפילו בעיר שרובה ישראל שכל היוצא לח״ל כאילו עובר ע״ז שנ׳ כי גרשוני היום מהסתפח בנחלת ה׳ לאמר לך עבוד אלהים אחרים׃ *Magni ſapientes oſculari ſolent limites terræ ſanctæ & baſiare rudera ejus, & in illius pulvere ſe volutare. ſic enim ille dicit (Pſaltes pſ. 102. v. 15.) beneplacitum habuerunt ſervi tui in lapidibus ejus, & pulveris illius miſerti ſunt. Ajunt ſapientes: peccata remitti omni-*

bus qui in terra Iſraël habitent, ſecundum illud (Eſa. 33. 24.) nè dicat inquilinus, ægrotavi; populus habitans in eâ ſublevatus eſt ab iniquitate. Etiam qui quatuor ſaltem ulnas in eâ deambulat, dignus eſt æternâ vitâ. Qui ſepelitur ibi placatur DEO, *ac ſi ſub ipſo altari humatus eſſet, quia ſcribitur (Deut. 32. v. 43.) propitius erit terræ ſuæ populo ſuo. Ad de vindictâ ſcribitur (Amos. 7. 17.) ſuper terram impuram morieris. Quamvis verò non parum interſit, utrum quis vivus an poſt mortem inibi recipiatur, tamen ſapientiſſimi quiq́, etiam mortuos ſuos illuc convexerunt. abi & diſce hoc à Iacobo patre noſtro (Gen. 47 31.) & Ioſepho juſto (ibid. 50 25.) Semper mavelit aliquis in Palæſtinâ etiam inter medios gentiles habitare, quàm extrà eam in urbe ubi plerięq; ſunt Iſraëlitæ. Quisquis enim terram ſanctam egreditur, reputatur ut Idololatra; ſecundum illud (1. Sam. 26. 19.) expulerunt me hodie nè adjungar hæreditati Domini, dicentes; exi, ſervi Diis alienis.* In Talmud. Ieroſolymitano. *cap. Hannoſe* quidã huic ineptiæ contradicens, mox à ſocio repreſſus eſt. ר׳ בר קריא ור׳ אלעזר הוו מטיילין באיסטרין ראו ארונות שהן באין מח״ל א׳ ר״ק לב״א מה הועילו אלו אף אני קורא עליהם ונחלתי שמתם לתעבה בחייכון ותבאו ותטמאו את ארצי במיתתכם א״ל כיון שמגיעין לארץ היו נוטלין ג״ש עפר ומניחין על ארונו דכת׳ וכפר אדמתו *Rabi Bar-Kria cum R. Elazaro deambulabat in ſtratis, viderunt capulos è peregrinis locis advectos. dixit ille huic; quid prodeſt ipſis? quin ego contra eos uſurpo (illud Ieremiæ 2. 7.) hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem; dum vivebatis: nunc venitis & contaminatis terram meam, poſtquam mortui eſtis. Reſpondit ei: quamprimum has terras attingunt, ſumunt glebam friabilem & reponunt in feretro, quia ſcribitur (Deut. 32. 43.) propitius erit terræ ſuæ.* En quàm dulcis patria ſit exulibus! quantò lucule͂tior illius fumus igni alieno! Ite nũc Poëtæ & Ulyſſis veſtri deſiderium narrate, quòd etiam in vili caſulâ ſuavius ſit habitare domi, quàm foris vel in ſplendidiſſimo palatio. ΟΔΥΣΣ. Ιῶτα.

Ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος οὐδὲ τοκήων
Γίνεται, εἴπερ καί τις ἀπόπροθι πίονα οἶκον
Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναίει ἀπάνευθε τοκήων.

Theor. XI.

Imò nè opes quidem privatas augmentare licebat.

UT DEUS ubique mirabilis eſt, ita hîc quoque Regem ſuum voluit eſſe Paradoxum. Cæteri ſtudent opes accumulare maximas,

& eo veluti nervo potentiam ſuam corroborare: iſte verò jubetur auricupio abſtinere ac mediocribus fortunis contentus eſſe. Deut. 17. 17. *Argentum & aurum non multiplicet ſibi valde!* Non probat Legislator ſordes in Rege, multò minùs vult ejus mendicitatem ſed requirit Moderamen, vetatque VALDE ſollicitum eſſe de corradendo præterea non ſimpliciter damnat auri congregationem, ſed prohibet SIBI privatim id multiplicare, ad faſtum, cumque ſubditorum diſpendio. quod Talmudici benè attenderunt. R. M. Mikoz pr. neg. 224. שנינו בפ׳ כ״ג לו הוא דאינו מרבה כלומר להניח בבית נכזיו אבל מרבה הוא כדי ליתן לאכסניו ופרשיו ועבדיו: *diſcimus è cap. Koh. gad. vox Sibi innuit, non colligendum ut relinquat in theſauris ſuis privatis: at colligendum ut expendat pro ſuis hoſpitibus, & equitibus & ſervis.* Quod ſi pecuniæ aucupia in plebeijs hominibus inhoneſta cenſentur, minimè Reges avaritia decebit. Qui nuper in confuſione monetariâ technis ſuis aliquid lucrati ſunt, infames jam incipiunt haberi: & Iudæos ideò averſamur, quia fœnorum artifices audiunt, parùm igitur honorificum eſſet, ſi auri ſacra fame laboraret is, quem Hebræi ab exercenda liberalitate, ſingulari cognomento נדיב *beneficum* appellant. Neque hic excuſat faceta magis quàm Imperatoria vox Veſpaſiani, qui cum ex urinæ vectigali collectam pecuniam, improbantis filij naribus admoviſſet, *ecquid illa puteret?* rogavit. ſic nempe ſordidis, exponente Iuvenali - *lucri bonus eſt odor ex re Qualibet.* Mirum verò hic de ſolo auro & argento, nihil de Gemmis vetitum. fortè iſta inſania, lapillos tanti emendi tunc nondum invaluit, quando rerum pretia non opinione ſed uſu æſtimabantur. Aſtutè riſit hanc fatuitatem in conjuge ſua Galienus, quando eum qui vitreas ipſi pro veris carè vendiderat, quaſi leonibus objecturus in caveam deductum, Gallinaceo tantùm expoſuit, & de vitâ deſperatum non gravius ultus eſt, quàm ut interprete Precone *Impoſturam pateretur qui fecerit.* Invenio autem duas præcipuè rationes, cur pecuniarum ſtudio interdixerit Regi; quarum prior nè inſoleſceret, atque animus cum crumenâ turgeret. ſumus enim naturâ ſic ferè comparati, ut cum vacuo loculo ſpiritum unà evacuemus cum pleno iterum impleamus Bechai. P. Sch. הטעם כדי שלא ירום לבבו כי בעשותו אוצר לכסף ולזהב יבטח באוצרו ויסיר בטחונו מהשם ית׳ וראוי למלך שיהיה ה׳ מבטחו ואוצרו ומבצרו שנ׳ והיה שדי בצריך וכסף תעפות לך: והעושר נמשל לאש כל מה שתרבה עצים תרבא השלהבת: *cauſa eſt nè exaltet cor ſuum. ſi enim colligeret theſaurum auri & argenti, confideret in illo & perderet fiduciam in DEVM O. M. congruit autem ut maximè Rex in DEO quærat fiduciam ſuam, & theſaurum ſuum & propugnaculum ſuum. ſicut dicitur (Iob. 22. 25.) erit Omnipotens mu-*

nitio tua, & argentum fortitudinis tibi. Opes verò rectè aſſimilantur igni. Si quis multiplicat ligna, multiplicat etiam flammas (h. e. ubi reditus ampliores, ibi & grandiores expenſæ, tantum abſumitur, quantum ſubminiſtratur) creſcit amor nummi, quantum ipſa pecunia creſcit. Ideò privatos etiam homines monet ſapiens, nè hanc unam quærant ſemper ut plerique ſolent, ſed mediocri fortunâ ſaturi omnia naturalibus deſideriis metiantur, quibus juxta Senecam, aut gratis ſatisfit aut parvo Hal Deoth. c. 3. circ. medi צריך האדם שיכוין לבו וכל מעשיו כולם כדי לידע את ה׳ ברוך הוא בלבד ויהיה שבתו וקומו ודבורו הכל לעומת זה כיצד כשישא ויתן או יעשה מלאכה ליטול שכר לא יהיה בלבו לקבוץ ממון בלבד אלא יעשה אלו שימצא אשר הגוף צריך להם מאכילה ושתייה וישיבת בית ונשיאת אשה לא כדי ליהנות בלבד: *debet homo cor ſuum & cunctas actiones ſemper tantùm ad DEUM O. M. dirigere, ſive ſedeat, ſeu ſtet, ſeu loquatur. v. gr. in accipiendo & erogando, aut cum operam ſuam aliis locat pro mercede non habeat diteſcendi tantummodò intentionem, ſed faciat iſta ut honeſtè acquirat quæ corpori ſunt neceſſaria, veluti cibus, potus, habitatio, uxor: non ut ſolùm inde voluptatem percipiat.* Nunquid hoc à Judæo ſatis Ethicè imò Chriſtianè ſcriptum? Altera cauſa quæ Regem ſpecialiùs attinet, eſt commodum & ſalus ſubditorum, nè ipſos exactionibus mulctet. Cui enim paſtori detonſa lana non ſufficit, is contra Tiberii monitum, pecudes geglubere quærit: Abrah. A. Ezr. D. 17, שלא יעניש את ישראל: והנה שלמה שנתן הכסף כאבנים בירושלם מרוב אהבתו לממון התרעמו עליו ישראל ואמרו אביך הכביד את עולינו ויש אומרים בעבור הבניינים התרעמו ואין זה אמת כי הגרים בנו הבית כי כן כתוב והנה אדונירם שהיה על המס רגמוהו במותו: *ne mulctet Iſraël; ſicut Salomo fecit, qui argentum collegit inſtar lapidum in Ieruſalem, (1. Reg. 10. 27.) ut populus præ inſatiabili eius amore opum murmuraret; (tacitè dum viveret; ſed apertè poſt obitum) diceretq; (filio ſucceſſori: 1. Reg. 12. 4.) pater tuus aggravavit jugum noſtrum. Sunt quidem qui putant propter ædificia murmuraſſe, at non eſt verum, quia proſelyti laborârunt in ſtructura domus. (& quod ob nimias exactiones rebellarint; conſtat etiam inde, quia 1. Reg. 12. 18.) Adoniram præfectum tributi lapidarunt, poſt mortem regis.* Tantâ fame convehendi auri laboravit Salomon, ut ipſi vicinus orbis non amplius ſufficeret, ſed hoc fine navigia in tranſmarinas regiones Ophir mitteret 2. Par. 8. 18. adeò remotas, ut nunquam ante triennium redirent c. 9. v. 21. unde etiam hebenum, ebur, ſimias & pavones afferebant, nè quid avaræ magnificentiæ deeſſet præcipuè autem obrizi totas moles; quod ideò pallere, Diogenes per jocum dixit, quoniam tot paſſim habet inſidiatores. Deliquit verò Rex Salomo non in hoc ſolo, ſed in omnibus tribus quæ regibus ſpecialiter prohibita

erant. Bechai. l. d. מצינו שלמה שהיה גדול העולם שנכשל בשלשה אלו הרבה סוסים שנ׳ ויהי לו ארבעים אלף ארוות סוסים : הרבה נשים שנ׳ ויהי לו שבע מאות שרות ושלש מאות פלגשים : וכן הכסף שנ׳ אין כסף נחשב בימיו וסמך על חכמתו לבו כנגד התורה ונכשל בהם : *invenimus de Salomone primate totius mundi, quod lapsus fuerit in cūctis tribus. multiplicavit enim Equos* (1. Reg. 4. 26.) *habens quadraginta millia præsepiorum. multiplicavit etiam Mulieres* (1. Reg. 11. 3.) *habens septingentas uxores & trecentas pellices. sic quoq; argentum, quod ita multiplicavit* (1. Reg. 10. 21.) *ut in diebus suis pro nihilo reputaretur. Nempe fretus sapientiâ sua, cor obfirmavit contra legem, & impegit in hisce.* Non autem Exemplis sed Legibus judicandum est; ideò loquimur hîc de jure Regum, non de Factis, quæ sæpenumero prorsus contraria erant. Videtur etiam ipse pius Davides in hoc aliquid humani passus fuisse, dum prætextu collectarum pro futuro Templo, tantam vim opū congessit, ut pręter ea, quæ palam ad hæredē trāsmisit, etiam ingentes Gazæ in privato ejus sepulcho repertæ fuerint; nisi fortè hoc ipsum quoque Salomoni tribuendum qui eum injussu morientis adeò magnificè sepeliverit. Fl. Iosephus sub fin. l. 8. antiq. c. ult. *post annos MCCC. Hyrcanus pontifex oppugnatus ab Antiocho, apertâ cella monumenti Davidis, & prolatis inde tribus talentorum millibus, eorumq; parte Antiocho numeratâ, oppugnationis periculo se exemit. Ac rursum post multos annos elapsos, Herodes rex alia cella aperta, magnam pecuniam sustulit: ad loculos tamen, qui regum cineres continent, neuter eorum pervenit. singulari enim arte ita erant sub terram conditi, ut ab ingredientibus monumentum, inveniri nequirent.*

Objiciat hîc aliquis; num igitur Regem Utopicum sibi finxit Moses? pecunia est nervus regni & omnium rerum gerendarum, eâ qui regem spoliant, animâ quasi spoliant. Unde salaria solvet aulicis, qui eget ipse? quomodo liberalis erit qui simul pauper? quadrabit in eum illud Arabum: *naturâ non tenax sum, sed fortunâ prohibeor.* Unde monetam cudet? an ex ære cyprio, ut in nuperâ confusione nostri seculi vel è corio, ut temporibus Frid. II. Imp. Si bello lacessitur, incisis nervis quomodo resistet? R. Abr. Seb. in fascic. myr. איך ילחם עם אויביו בלא סוסים וכסף וזהב *quibus adminiculis pugnabit cum hostibus absq; auro, argento, equitatu?* Respond. quicquid hactenus prohibitum, id privatas tantùm opes attinet: publicas verò non modò locupletare licet, sed imò Rex omni honestâ ratione debet; ut seu quid ædificandū sit in pace, seu quid expugnandū bello, Respubl. suis instrumentis nunquā destituatur. Maym. H. Mel. 3. 6. לא ירבה כסף וזהב להניח בגנזיו ולהתגאות בו או להתנאות בו אלא כדי שיתן לחיילותיו ולעבדיו

ולעבדיו ולשמשיו וכל כסף וזהב שירבה לאוצר בית ה׳ ולהיות שם מוכן לצרכי הציבור ולמלחמותם הרי זה מצוה להרבותו ואין אסור אלא להרבות לעצמו בבית גנזיו שנ׳ לא ירבה לו ואם הרבה לוקה: *non coacervet aurum & argentum, ut asservet in thesauris suis, quibus superbiat aut delectetur. Sed colligat quantum debet exercitui suo, servis & ministris. Totumq; illud reponat in Gazophylacio domus DEI, ut ibi prestò sit ad necessitates Reipub. atq; bellorum. Ecce hoc omninò praeceptum est! nec prohibitum nisi privatim sibi ipsi congregare pro thesauro, quia dicitur* (*Deut.* 17.) *non multiplicet Sibi. etenim si Sibi multiplicaret, vapularet* (*de Iure.*) Verum quidem est illud Politicorum: opes subditorum esse regis thesaurum; nec pauperem censeri magistratum, qui pecuniosos habeat sub se cives: tutius etiam in illorum loculis quam fisco asservari. Quia tamen experientia docet securius paulatim colligi, invidiaque minori, quàm si extraordinariè ac simul exigatur: prudenter factum existimamus, quòd pecunias annuatim contributas, in Templo sub fideli manu custodierunt, ad futuros usus. Semag. pr. neg 224. יביא את הכסף לאוצר בית השם תחת ידי נאמני ישראל לחיות מוכן לצרכי ישראל *inferat argentum ad thesauros domus Domini, & concredat manibus fidelium Israel, ut sit in promptu pro necessariis sumptibus regni.* Notum est è cap. 30. v. 13. Exodi, fuisse olim ad fabricam Tabernaculi, ab omnibus Ephebis semisiclum sive Didrachma exactum. Id postea in Ius versum est, & quotannis mense Februario repetitum, etiam in ipso exilio Babel, usque ad urbis & templi excidium, quod insuper ex Evangelio constat, solvisse Christum pro se & Petro staterem in ore piscis repertum, Matth. 17. 27. Nemo enim exemptus erat, exigebatur viritim à sacerdotibus, levitis peregrinis, etiam mercenariis atque pauperibus & qui de Eleemosyna vivebant, tantundem emendicare cogebantur, aut vestem ab humeris vendere ut solverent. Qui in Babylone post reditum lubentes habitabant, deponebant in urbe Nehardeâ, & inde cum armato comitatu Ierosolymas deferebant. Tandem verò eversâ Republ. census iste à victore Tito in Capitolium Romanum translatus fuit. Quae omnia Maymonides peculiari tractatu שקלים exposuit, & inde pridem Ego, *in Dissert d. Numm. Hebr. Theor.* 14. *&* 27. prolixius narravi. Quantam ergò vim pecuniarum putas inde collectam tot seculis è multis unde hoc aestimari possit, afferam unicum & memorabile, quod recenset Fl. Ioseph. 14. antiq. c. 12. Erat in templo trabs aurea, pendens minas trecentas, h. e. 750. libras auri puri puti; inclusa tamen alteri cavae trabi ligneae: quod mysterium omnibus etiam sacerdotibus occultatum, solus scivit sacri thesauri custos Eleazarus. Cum autem M.

Crassus

Crassus ille auri sitientissimus Dux Romanus, expeditione contra Parthos suscepta, Ierosolymas venisset, abstulit è templo præsentis pecuniæ duo talentorum millia, quæ antea victor Pompeius, religione loci attingere non ausus fuerat; item insuper alia octo talentorum millia, quæ passim in ornatu ædis sacræ visebantur. *Eleazarus igitur vir alioquin bonus & justus, cum concreditam haberet aulæorum templi custodiam, ex hâc trabe pendentium, quorum admiranda pulchritudo erat, & apparatus pretiosissimus; videretq; Crassum totum esse in colligendo auro, timens omnibus templi ornamentis, trabem hanc redemptionem pro omnibus ei dedit: cum prius eum jurejurando obstrinxisset, nihil aliud loco moturum, contentum eo quod ipse traderet, æstimatum pluribus aureorum millibus. Crassus quidem accepit, sed mox violato jurejurando, totum quantum intus erat egessit. Nec est mirandum (addit Iosephus) tantas divitias in nostro templo fuisse, cujus DEVM cum omnes ubique terrarum Iudæi venerentur ac colant, tàm ex Europâ quam ex Asia longo tempore huc eas contulerant. &c.* probat etiam Strabonis testimonio, hanc summam non ad vanam gloriationem esse confictam, nec testibus carere. Sed transeamus ad cætera.

CAPVT IV.

DE SUBDITIS.

Theor. XII.

Subditos humaniter ut Fratres regere iussus.

EST & hoc inter fundamentales regni leges Deut. 17. 20. comprehensum, *ne cor suum elevet supra* FRATRES, sed iis non tàm præesse quàm ipsummet accenseri se cogitet: illud simul considerans, multò sibi apud exteros fore honorificentius, si ut liberos homines liberaliter tractaverit quàm serviliter ut servos vix enim aliud est, quod totam aliquam gentem, apud alias viliorem reddat & ubique contemptam, quàm si Mancipia regum suorum audiant. Itaque vetat scriptura subditis ad Dominatum abuti. Maym. H. Mel c. 2. §. 8.

כדרך שחלק לו הכתוב הכבוד הגדול וחייב הכל בכבודו כך צוהו להיות לבו
בקרבו שפל וחלל שנ' ולבי חלל בקרבי ולא ינהג גסות לב בישראל יתר מדי
שנ' לבלתי רום לבבו מאחיו *quemadmodum scriptura ei gloriam ingentem tribuit.*

tribuit, dum universos obligat ut illum honorent; ita vicissim ipsi præcipit ut corde suo intra se humilis sit atq; quasi saucius, sicut dicitur (à Davide, Psal. 109. 22.) cor meum intra me dolet, neq; insolentius se efferat quàm par est, quia vetatur elevare cor supra fratres. Talis fastus in Alexandro M. fuit, qui se Iovis filium appellare jussit; & in Sapore Persarum rege, qui titulos suos in literis ad Constantinum sic exorsus esse fertur: *Rex regum SAPOR, ô princeps siderum, frater solis & lunæ, Constantino salutem.* Obliti sunt isti humanæ sortis; & quàm facilè frangatur vitrea fortuna, etiam cum maximè splendet. Nonne altissimæ quercus postquam diu creverunt, interdum unâ horâ eradicantur, si ventus irruat? credo Bajazetem, si quis vates caveæ inclusum iri prædixisset, velut impossibili fidem non habiturum fuisse. fortè nec Ioachin aut Sedekias unquam capi se posse metuerunt! & tamen ille in carcerem compactus. 2. Reg. 24. 15. & 25. 27. iste verò etiam exoculatus fuit, atque catenis ligatus. Ibid. v. 7. Itaque Diadema situlis comparo quibus ancillæ aquas in capite gestant; ut enim sub illis subsilire non licet, nisi ab aquarum mole opprimi velint & totæ conspergi: sic regis coronam censeo tale onus esse, quod nisi moderatè feratur, ipsum gestantem & quotquot in propinquo sunt, minâ suâ graviter ferire queat. Discamus verò simul nos humilioris fortunæ homunciones, si Deus fastum in magnatibus oderit, quantò indignius ferat cæteris? R. M. B. Nachm. Pars. Schoph. כי הכתוב ימנע המלך כן הגאות ורממות הלב וכל שכן האחרים שאין ראוין לכך כי בראוי להתרומם ולהתגדל יזהירנו להיות לבבו שפל ככל אחיו הקטנים ממנו כי הגאות מדה מגונה ונמאסת אצל האלהים אפילו במלך כי לה׳ הגדולה לבדו וכתיב בגאות יתהלל: וגו׳ *si scriptura Regem arcet à superbia & elatione cordis, quantò longius cæteros, qui eo inferiores? Ille videbatur dignior (vel justiores causas habere) ut se efferat atq; magnificet, tamen monetur esse humili corde, instar fratrum minimorum. Fastus enim vitium est exosum & abominabile coram Domino, etiam in rege: quia ipsi DEO soli debetur magnificentia. Sic dicit ille (Ierem. 9. 23.) non glorietur potens in potentiâ sua sed quod sapiat & me cognoscat.* Veteres Hebræi tradiderunt, humilitatem esse signum genuini Judæi, fastum verò nothi notam certissimam. Pirk. Afot. sub fin. cap. 5. כל מי שיש בו שלשה דברים הללו עין טובה ורוח נמוכה ונפש שפלה מתלמידיו של אברהם אבינו: ושלשה דברים אחרים עין רעה ורוח גבוהה ונפש קצרה מתלמידיו של בלעם הרשע: *In quocunq; tres hæ proprietates inveniuntur, oculus bonus (h. e. αὐτάρκεια quavis sorte contenta) spiritus mansuetus (quidvis pati paratus) & anima humilis (cuivis cedere gnara) is est è Discipulis Abrahami patris nostri: contrà, in quo tria opposita, malus oculus (h. e. invidia) spiritus sublimis & anima*

curta

curva (impatiensq;) ille est è discipulis Bileam maligni. Celebratur ibid.
cap. 4. Chria Ribbi Meir prisci, monentis חוי שפל רוח בפני כל אדם
studendum humilitati spiritus erga quosvis homines. & paulò anterius al-
tera coævi Ben-Azai, dicentis אל תהי בו לכל אדם שאין לך אדם שאין
לו שעה *Noli quenquam contemnere: nemo enim est cui non sit sua quoque
hora.* præsertim quia ut mox R. levitas Jabnæus addit תקות אנוש
רמה *vermes nostra sunt expectatio.* Revertor ad Regem, cui hæc vir-
tus præ cæteris necessaria; ut à subditis Ametur: quod ipsi propugna-
culum est quavis arce fortius. *Non sit excubiæ, nec circumstantia tela,
Quam tutatur AMOR*: ut Poeta canit in hoc minimè poëtans. Bene-
volentia populi est illa Turris in qua securissimè residet; illa Mœnia
quibus optimè munitur: illi Satellites qui fidelissimè custodiunt.
Quid enim interest an quis non habeat præsidium, vel eo non indi-
geat? Maym. loc. cit. יהיה חונן ומרחם לקטנים וגדולים ויצא ויבא
בחפציהם ובטיבתם ויחוס על כבוד קטן שבקטניהם וכשמדבר אל כל הקהל
בלשון רבים ידבר רכות שנ׳ שמעוני אחי ועמי *sit gratiosus & clemens mini-
mis ut maximis: sic exibit & redibit cum benevolentiâ ipsorum & desiderio.
non negligat honorem parvorum; & quando alloquitur totam multitudi-
nem, utatur verbis blandioribus; sicut legitur (à Davide factum, 1. Par. 28.
2.) audite me ô fratres mei & popule mi!* Præsertim verò mirè demul-
cet eos Audientiæ facilitas si miserorum querimonias patienti aure
dignantur. Quod de Rudolfo Habspurgio refert Cl. Berneg. *ad 43.
cap. Cæs. Suet.* cum submoveri à satellitio suo tenuiores quosdam vi-
deret, ad se viam affectantes, non sine stomacho edixisse: *per DEVM,
sinite homines ad me venire; non enim ideò ad imperium vocatus sum, ut in
arculâ includar.* sed fruendæ justitiæ causa, ut olim Δικαιοπόλοι. Ob
hanc clementiam & alias virtutes regias adeò amabatur David à po-
pulo, ut de officiositate certaret tribus Juda cum reliquis, & quælibet
potiores apud ipsum partes obtinere vellet. 2. Sam. 19. 43. sic etiam
favorabilis Romano populo fuit Germanicus, *ut quoties aliquò adve-
niret, vel sicunde discederet, præ turba occurrentium prosequentiumvè non-
nunquam vitæ discrimen adierit.* Suet. in Calig. c. 4. Tantum potest
humanitas & moderatio. R. Lev B. Gers. ad 20. cap. Misl. בחסד אשר
יעשה המלך לעמו ימשך לבבם אליו והוא כמו מסעד לכסאו כי בזה ירוממוהו
עליהם וינשאוהו ויכנעו לעבודתו ובאמת יהיה נשלם חקון המלכות: אין מכוון
למי שיבקש השלימות להשחית נפשו ולעכוא שארו כמו שיחשבו הכסילים
אבל צריך שיעשה חסד לחשניה בוריאות נופו ואיבריו ובזה יהיה נשמר ויבא
לו מהם העזר הראוי כי בחלותם יחלה הוא גכ׳ בזה דאופן יהיה מתחזק כסאו
ורוממותו עליהם כי יעבדוהו מאהבה ואם יעמיס עליהם עולו ולא יוכלו שאתו
יהיה זה סבלה אל הבעיטה לו: *Gratiâ quam impertit Rex populo suo, trah-*

illorum animos ad se, quod est quasi fulcrum throno suo. propter illud exaltabunt eum, & submittent se ad servitia eius. Fidelitas autem perficit stabilitatem regni. Qui sanitatem quærit, ei non convenit ut destruat ipse corpus suum & sæviat in propriam carnem, ut solent mente capti; sed opus est ut faciat sibi misericordiam & prospiciat valetudini membrorum, per hoc custoditur, & inde venit ipsi reciprocum auxilium; sicut è contrario illis ægrotantibus ægrotat ipse. Consimilibus mediis firmatur thronus & maiestas regis, ut serviant ipsi ex amore: at qui eos onerat intolerabili iugo, quod ferre nequeunt, is causatur ut recalcitrent sibi. Amorem igitur apud subditos, Metum verò apud hostes quærat bonus Rex: & domi Pater, foris autem Dominus audiat. Nam qui Rex authoritatem suam sola severitate tueri studet, is facilè omnium animos à se alienat, ut levi occasione rebellent. Mitto exotica exempla plurima, sufficiat pro comprobatione dicti unum illud Rechabeami, qui iugum alleviare rogatus, de consilio iuniorum duriter nimis respondit 1. Reg. 12. 14. *non tantùm nil se remissurum, sed etiam gravaturum amplius:* quo effecit ut unâ die decem tribus à se deficerent, solæ duæ fideles permanerent. Facessat igitur improba vox: *Oderint dum metuant,* quam Caligula toties jactabat. Suet c. 30. audiantur verò salutaria illa, quæ ad Neronem Seneca præclarè scripsit, totis libris de Clementiâ, utinam hodieque totis! unde pauca delibabimus. lib 1, cap. 1. *Summa parsimonia sit etiam vilissimi sanguinis, Quilibet solo hominis nomine gratiosus sit. Alius dignitati donetur, alius humilitati: & quoties nulla invenitur misericordiæ causa, sibi ipsi parcatur. cap. 2. Adhibenda tamen est moderatio, quæ sanabilia ingenia distinguere à deploratis sciat: quia tàm omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Sed quia difficile temperamentum, quicquid æquo plus futurum est, in partem humaniorem præponderet.* cap. 3. *Pestifera vis est, valere ad nocendum. Illius demum magnitudo stabilis est, quem omnes non tàm supra se esse, quàm pro se sciunt: quo procedente, non tanquam noxium animal è cubiculo prosiliret, diffugiunt, sed quasi ad beneficum sidus certatim advolant; obiicere se pro illo mucronibus insidiantium paratissimi, & substernere corpora sua si per stragem illi humanam, iter ad salutem struendum sit.* cap. 5. *Animus Reip. tu es, illa corpus tuum: tibi ergò parcis, cum videris alteri parcere. occidere contra legem quivis potest; servare nemo præter te. magnam igitur fortunam magnus quoq; animus decet, cujus proprium est offensiones despicere: muliebre verò in irâ furere ac ferarum etiam mordere. non multum supra eum quis eminet cui se irascendo exæquat. &c.* sequuntur ibi plura hujus argumenti prorsus aurea & memoriter edisci omninò digna. sed quæ huc referre prolixitas vetat, ipsiusque lector si vult inveniet.

Redeo

Redeo ad Hebræos, qui etiam multa dissimulari, nec omnia tàm minutim vindicari volunt. amittit enim severitas aculeum & vim suam assiduitate. atque ut cibi ob usum quotidianum medicamenta esse nequeunt, ita continuus rigor desinit illos emendare, qui jam assueverunt. Transeat igitur interdum aliquod minutulum, ut majora deinde fructuosius puniantur. Hal. Melach. 2. 9. לעולם יתנהג בענוה יתירה אין לנו גדול ממשה רבינו והוא אומר ונחנו מה לא עלינו תלונותיכם ויסבול טרחם ומשאם ותלונתם וקצפם כאשר ישא האומן את היונק׃ *semper lenitas præponderet. Non habemus majorem Mose nostro ductore, is tamen ait: (Exod. 16. 8.) quantilli nos sumus! non contra nos murmurastis. Et tulit onus, iram atq; ingratitudinem eorum, sicut gestat nutrix sugentem,* (*Num. 11. 12.*) Ut multa funera medicum, sic regem crebra supplicia non commendant. Illustre specimen hujus clementiæ (post Mosen) edidit Rex David, ab impurissimo cane Simei contumeliosè lacessitus. 2. Sam. 16. 7. cum enim Abisæus quidam aulicus indignitatem rei vindicaturus caput maledico jamjam avellere pararet, increpuit eum fortiter & sic meritam ultionem inhibuit. Ipse quoque Saulus noviter electus, cum à quibusdam è fece plebis, ut regno ineptus contemneretur, audisse contumeliam dissimulavit, 1. Sam. 10. 27. & mox insigni victoriâ virtutem populo sufficienter comprobans, cavillantes tamen punire noluit, c. seq. 11. v. 13. scilicet fortior est qui seipsum quàm qui hostes vincit: juxta scitum illud R. Simeonis ben-Zomæ (qui coætaneus & collega fuit Akibæ) in Pirk. Afot. init c. 4. איזהו גבור הכובש את יצרו שנ׳ טוב ארך אפים מגבור ומושל ברוחו מלוכד עיר *Quisnam est fortis? qui subigit affectus. sicut dicitur (in fonte omnis sapientiæ, Prov. Sal. c. 16. v. 32.) longanimis præstat robusto, & dominator spiritus victori urbium.* Ideò vocantur CLEMENTES & ab ipsomet Christo Benefici εὐεργέται Luc. 22. 25. (quo simul non obscurè ad Ptolemæum hujus cognomenti alludere videtur) Estque semper apud posteritatem major hujus virtutis quàm potentiæ fama. ut alter R. Simeon eod. c. ait שלשה כתרים הם כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות וכתר שם טוב עולה על גביהן׃ *tres quidem coronæ sunt, legis scilicet, sacerdotii & regni: sed corona bonæ famæ transcendit omnes.* Summa, ut optimus pastor censetur is, qui gregem absque jactu pedi, solo fistulæ accentu aut oris blando murmure ducit quà vult: ita gubernator optimus, qui uno clementi verbulo id efficit, quod eculeis vix assequeretur tyrannus. Maym. H. Mel. 2. ult. רועה קראו הכתוב שנ׳ לרעות ביעקב עבדו ודרכו של רועה מפורש בקבלה כרועה עדרו ירעה בזרועו יקבץ טלאים ובחיקו ישא וגו׳ *pastorem vocat scriptura, sicut dicitur (Psal. 78. 71.) elegit servum David, ut pascat populum*

M Iacob.

Iacob. officium verò pastoris expressè traditum est (Esa. 40. 11.) pascere gregem, agnellos brachio collectos in sinu portare, fœtas deducere. &c. Conferamus jam cũ dictis & scripturæ sacræ conformibus regnandi regulis, aliquot Emblemata Politica, & si Dîs placet, egregia tuendæ potestatis arcana, quæ bipedum vafeirimus ille Machiavellus, capp. 17. & 18. d. p. inc. docet: *Parvi ducat Princeps sævitiæ nomen, quo concordes suos in fide retineat; paucissimis enim exemplis clementior erit. Tutius est, si alterutro carendum, metui quàm diligi. Homines minori respectu offendunt, qui student ut diligantur, quàm qui metuantur. Pulchrè satis cohærere possunt timeri & in odio non esse. citius parentum cædem oblivioni dant homines, quàm fortunarum suarum direptionem. eripiendi tamen aliena nunquam non adsunt causæ: perpetuò causas exquiret, quibus alienas opes occupet. contra sanguinis effundendi rariores sunt causæ, citiusq; prætereunt atq; deficiunt. At Principi jam in exercitu versanti atq; multitudinis procurationem habenti, statuendum omninò est, ut inhumanitatis nomen pro nihilo ducat. Cum homines ad arbitrium suum ament, metuant autem ad Principis voluntatem. Princeps qui sapientiâ valet, eo quod sua est non alienæ facultatis niti studeat: Duo sunt genera decertandi, unum jure legum, alterum per vim; cumq; illud proprium sit hominis, hoc belluarum, confugiendum ad posterius, si non satis est uti superiore. Ideo Achilles Chironi centauro educandus & in disciplinam fuit concreditus. Cum itaq; Principem magni referat belluinum ingenium scire inducere ei tum vulpis, tum leonis mores assumendi erunt. Nunquam defuturæ sunt causæ, quibus inviolatam fidem colorem inducat: plurimum refert ut quis rectè nôrit colore vestire, cùm simulando tùm dissimulando: homines enim adeò simplices sunt, ut qui fallax & simulationis artificio eruditus est, statim sit habiturus qui se illi decipiendum tradat. Nolim Alexandri VI. Pontif. Max. recens exemplum silentio præteritum; Is nihil quàm mortalium impostorem egit. qui speciosius juraverit jusjurandum, vicissimq; qui minus præstiterit, nemo unquam fuit. Quocirca ad omnem ventorum & fortunæ conversionem versatile ingenium Princeps habeat necesse est. Curam adhibeat nè quid ex ejus ore excidat, quod quinq; illis jam enumeratis partibus non sit refertum, ut pietatem, fidem, integritatem, humanitatem, religionem sanctè colere videatur. Nemo non videt quid præ te feras, at pauci sunt qui quod sis sensu percipiant; qui pauci non audent multorum opinioni adversari. Quibus aliquid fiat rationibus nil interest, modò honesti speciem præ se ferat. &c.* ô scelus! non simplici suspendio digne! Itané majestatem conservari putas? feriam te unico velut ictu, illius etiam à Rege & quidem sapientissimo mortalium prolati, qui rationem status intellexit maximè si quis alius; imò ab ipsomet sacro spiritu di-

ctatis:

ctati: MISERICORDIA ET VERITAS CUSTODIUNT REGEM, PIETAS FULCIT SOLIUM. Prov. Sal. c. 20. v. 28. ad quod Kab-venaki sic notat: החסד שיעשה המלך הוא הפלגת הטובה אפילו למי שאינו ראוי בה וכן האמת שיהיה אמתי בדבריו ויאהב האמת וידבק בו שני אלה הדברים ישמרו המלך מכל היזק ובחסד לבדו שיעשה המלך יסמך ויתמוך כסא מלכותו: *per Misericordiam, quam regi commendat, intelligis hyperbolen vel excessum bonitatis, etiam erga eos qui non digni sunt. per Veritatem, ut sit fidelis in sermonibus suis, & hanc virtutem amet colatq́: hæc enim ambo custodient eum ab omni nocumento. Sola verò pietas stabilit & suffulcit thronum regni sui.*

Superest ut & hoc breviter attingam, sapientes in specie, humanius & honorificentius à rege tractari debuisse: Sic enim Rambamus circ. med. cap. citati מצוה על המלך לכבד לומדי התורה וכשיכנסו לפניו סנהדרין והכמי ישראל יעמוד לפניהם ויושיבם בצדו וכן היה אסא מלך יהודה עושה אפילו לתלמיד חכם היה עומד מכסאו ומנשקו וקורא לו רבי ומרי *præceptum erat regi, honorare doctores legis. cum igitur intrabant coram ipso Synedriales aut sapientes Israël, assurgebat ipsis, collocans eos juxta latus suum. Sic fecit Asa Rex Iudæ, etiam discipulis adhuc, assurgendo de throno suo & illos osculando, appellandoq́, Mi Magister! Mi Domine!* De Synedrialibus quidem minus mirum est, quia in statu regni non merè Monarchico, magnam ipsi quoque potestatem exercebant, civilium quippe causarum cognitionem penè soli possidentes: quod verò cæteris quoque privatis hic honor fuit habitus imputandum est eruditionis merito & dignitati literarum, quæ sui cultores sic remunerantur, ut *quamvis obscuro sint loco nati, sedeant tamen juxta principes, juxta principes inquam populi sui*: quod Psaltes inter mira providentiæ DEI specimina recenset Psal. 113. v. 8. Literati sanè omnium ferè seculorum à regibus hanc reportarunt gratiam, ut cæteris non tantùm haberentur honestius, sed & ab oneribus publicis essent immunes. De quo studiorum privilegio testatur priscus ille R. Nechonias ben Hakkana, qui Uzielidis tempore paulò ante Christum vixit in Pirk. af. c. 3. כל המקבל עליו עול תורה מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ: *qui recipit in se jugum doctrinæ, ab illo aufertur jugum regni, quo gravari solent plebeii.* Quisquis es ergò adolescens, qui è tenebris ad lucem emergere cupis, post DEUM ama literas, & ipsæ te redamabunt, nutrient, honorabuntque. Penè oblitus essem Davidis, qui hoc solo nomine Achitophelem (cæteroq; in improbum) amicitiâ suâ dignatus esse fertur. ibid. c. 6. דוד המלך ישראל שלא למד מאחיתופל אלא שני דברים בלבד קראו רבו שנ' ואתה אנוש כערכי אלופי ומיודעי קל וחומר הלומד מחברו פרק אחד או הלכה אחת או פסוק אחד או דבור אחד או אפילו אות

אות אחת על אחת כמה וכמה שצריך לנהוג בו כבוד ואין כבוד אלא מתורה: שנ׳ כבוד חכמים ינחלו: *David Rex Israelis quamvis ab Achitophele non nisi duas res didicerit (unam scilicet, nè privatim & solitariè disceret; alteram nè auditorium superbo incessu adiret: ut quidem Iudæi narrant) vocavit tamen illum Rabbi sive Magistrum suum. sicut legitur (Psal. 55. 14.) Tu collega, doctorq; mi notissime! A minori ad majus: quisquis à socio discit integrum caput vel tractatum, imò versum unicum aut literulam, tenetur ipsi honorem deferre; qui præcipuus est è doctrinâ: sicut dicitur (Prov. 3. 35.) gloriam sapientes hæreditabunt. &c.* Intellige tamen hoc totum de congressu privato: nam in publico actu Reges omninò majestatem suam, severitate gestuum & convenientibus pompis tueri decet, ut mox seq. Theoremate dicetur.

Theor. XIII.

Sic tamen nè quid Honoris deperdat.

Honorandos esse magistratus omnes, præcipuè verò Reges, unanimi populorum consensu notum est, nec eget probatione. Illud verò præceptum æqualiter universos obligat nullâ ætatis, status, dignitatis vel sexus exceptione. Ideò dicunt Hebræi, etiam Pontificem & Prophetas hoc cultus debito teneri. quamvis enim ipse Rex oraculum consulturus stare debeat corã Pontifice, ob reverentiam divini pectoralis Urim & Tymmim: & futurorum interpreti honorem deferre; tamen extra hunc casum Pontifex vice versâ Regem venerari, pronusque salutare jubetur æquè ut alii. Imò quos DEus extra ordinem miserit Prophetas, personarum aliàs non respectores, id minimè neglexisse ajunt. Maym H. Mel init. c. 2: כבוד גדול נוהגין במלך ומשימין לו אימה ויראה בלב כל אדם שנ׳ שום תשים עליך מלך שתהא אימתו עליך; *Honorem maximum regi exhibent, tribuentes ipsi venerationem & reverentiam è cordibus cunctorum. sicut dicitur (Deut. 17.) ponendo pones super te regem: scilicet ut ejus terror sit super te (de quo Prov. 20. 2.)* & mox §. ?. כל העם באין אליו בעת שירצה ועומדין לפניו ומשתחוין ארצה אפילו נביא עומד לפני המלך משתחוה ארצה שנ׳ הנה נתן הנביא ויבא לפני המלך וישתחו למלך: אבל כהן גדול אינו בא לפני המלך אלא אם רצה ואינו עומד לפניו אלא המלך עומד לפני כהן גדול שנ׳ ולפני אלעזר הכהן יעמד אע״פ כן מצוה על כהן גדול לכבד את המלך ולהושיבו ולעמד מפניו כשיבא לו ולא יעמד המלך לפניו אלא כשישאל לו במשפט האורים *omnes populi veniunt tempore quo ipsi placuerit, stantes coram*

coram illo & adorantes versus terram. etiam Propheta regem accedens sic incurvatur, prout de Nathano parrhesiaste legimus (1. Reg. 1. 23.) procidisse in faciem suam. At summus sacerdos nunquam accedit regem nisi voluerit, nec stat coram eo: sed potius Rex stat coram pontifice, sicut dicitur (Num. 27. 21.) coram Eleazaro sacerdote stabit: quamvis alias praeceptum sit pontifici honorare regem & assurgere advenienti: non enim stabit rex coram illo, nisi quando consulit judicium Lucis. Secus quàm olim factitavit Alexander tertius, qui Imp. Fr. Barbarossam Venetiis in vestibulo S. Marci pedibus conculcavit, quasi super aspidem & basiliscum ambulaturus; ut illius ætatis historiæ narrant. Est verò cumprimis notabile, quòd regem honori suo renunciare potuisse negant, quamvis ex humilitate voluerit. Talm. M. Sanh. p. 19. a. in marg. sinistr. הרב שמחל על כבודו כבודו מחול מלך שמחל על כבודו אין כבודו מחול: *si magister remittit honorem suum, remittitur ille: at non si Rex remittat suum.* quia nempe publicam sustinet personam, & si quid contumeliæ pateretur, id non modò sibi privatim, sed magis publicè toti regno inhonestum foret. Quemadmodum qui in comœdiâ principis agit partes, non simul morionis vultum induere potest: ita quos Deus in hoc mundi theatro altius posuit, stationem suam attendere decet, & meminisse, quicquid inceptent, omne in propatulo esse, nec à præsentibus tantùm spectari taciteque censer', sed in historias referendum aliquando à posteritate lectum & liberrimè dijudicatum iri. Quamvis Nero facinorum suorum commentarios infamiæ metu cremaverit, tamen omni potentiâ impedire non potuit, quo minus hodie cognoscantur publicè. Itaque omninò Famæ ratio haberi debet & quicquid in multorum oculos incurrit, honorificum esse. Levicula videntur quæ ad corporis cultum pertinent, atque virilibus curis vix digna: & tamen referunt Hebræi, regem suum quotidie prius domi tonsum lotumque fuisse, quàm in publicum prodierit, ut scilicet splendidior appareret Maym. H. Mel. med. cap. 2. המלך מסתפר בכל יום ומתקן עצמו ומתנאה במלבושים נאים ומפוארים שנ׳ מלך ביופיו תחזינה עיניך: *Rex tondetur omni die & ornat seipsum, induiturq; vestibus pulchris & honorabilibus, sicut legimus (Esai. 33 17.) regem in decore suo spectabunt oculi tui.* Forma quidem viros neglecta decet; fuit tamen etiam Cæsar, relatu Suet. c. 45. *circa corporis curam morosior, ut non solùm tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam; ut quidam exprobraverunt: calvitii verò deformitatem (supervacaneo pudore) iniquissimè ferret, sæpè obtrectatorum jocis obnoxiam expertus. ideoq; & deficientem capillum revocare vertice assueverat, & ex omnibus decretis sibi à S. P. Q. honoribus, non aliud aut recepit aut usurpavit libentius, quàm*

tus Laureæ perpetuò gestandæ. Etiam cultu notabilem ferunt; usum late clavo ad manus fimbriato. &c. totum verò id gestum in conclavi privato, & grande nefas habitum, spectare nudum, lavantem, vel tonsori suppositum regem. Ibid paulò anterius. אסור לראותו כשהוא עירום ולא כשהוא מסתפר ולא כשהוא בבית המרחץ ולא כשהוא מסתפג. *piaculum est ipsum cernere nudatum, aut quando tondetur, aut quando versatur in balneo, aut quando abstergitur spongiâ.* Quod minimè curavit amor ille ac delitiæ generis humani Titus, dum teste Suet. c 8. *in thermis suis admissâ plebe lavit, ne quid popularitatis prætermitteret.* Quia verò nimia familiaritas certum parit contemptum, rectius videntur Judaici reges ista, procul à spectatoribus in occulto sustinuisse, ubi & omnis recreatio tutior est, sive quis cum eodem Tito psallere velit, sive cũ Alexandro M. sphærã impellere; sive cum Adriano & M. Antonino pingere. Vestimenta quod attinet atq; reliquũ apparatũ, constat regibus non reputari pro fastu, si splendidè ornentur, sed omninò decere, ut in his quoque supra omnes emineant: esse verò peculiaria quædam ipsorum ornamenta, & majestatis velut symbola ut coronam & sceptrum, quæ in solenni actu ostentent. Maym. ibid. יושב על כסא מלכות בפלטרין שלו ומשים כתר בראשו *residet super thronum regalem in palatio suo, gerens coronam in capite.* Authoritatis etiam esse ut sedeant, ubi cæteri assistunt; imò in ipso quoque sacri cultus loco: quem tamen honorem solis Davidicis attribuit idem Rabinus §. præc. אם נכנס לעזרה והיה מזרע דוד ישב שאין ישיבה בעזרה אלא למלכי בית דוד בלבד שנ׳ ויבא המלך דוד וישב לפני ה׳ *cum intraverit atrium (sanctuarii) si est de semine David, assidet. neq; enim sedendi locus est in atrio, nisi regibus familiæ Davidis tantùm: sicut dicitur (2. Sam. 7. 18.) ingressus est rex David, & sedit coram Domino.* unde obiter illud quoque apparet, olim non sedisse alium quenquam in templo Jerosolymitano, ut nos in nostris solemus, sed aut erectos stetisse, aut procubuisse in genua; secundum illud quod in Pirk. af. c. 5. inter primæ domus mirabilia refertur: עומדים צפופים ומשתחוים רווחים *qui coarctati stabant, adorabant dilatati. h. e. quibus ob multitudinem in festivis conventibus vix standi locus erat. suppetebat tamen sufficiens spacium ingeniculandi.* Porrò si quis sermo ad plebem habendus esset, fieri debebat breviter & graviter, sine titulis, sine ambage. ut enim multiloquium etiam in privato, sapientiæ penuriam & (quæ certus illi comes est,) ingenii ventositatem arguit; ita inanis battologia omnium minimè Reges decet: quorum est jubere, non declamare: coaxare verò ranarum. qui canes multùm latrant, mordent parùm. Augustius ergò habetur plurima exequi pauca locutum: nam Rex &

Lex

Lex veteri proverbio sunt monosyllaba. Maym. loc. sæpè citat. צרא בזמן שיהיה המלך בביתו לבדו הוא ועבדיו יעשה זה בצנעה אבל בפרהסיא בפני העם לא יעשה ולא יעמוד מפני אדם ולא ידבר רכות ולא יקרא לאדם אלא בשמו כדי שתהא יראתו בלב הכל *hæc (quæ de honorandis sapientibus præmiserat) accipienda sunt de tempore, quando rex domi sua unà cum aulicis solus desidet, tunc eruditos comiter affari debet : at quando in publicum prodiit, coram toto populo id minimè decet: tunc igitur nemini assurgat, neminem alloquatur teneriusculè, neminem appellet aliter quàm nomine suo; ut venerationem retineat in cordibus universorum.* Nimia humanitas contemnitur, contemptus autem odio pejor est. qua in re turpiter honorem suum prostituit Imp. Vitellius, *totâ viâ Caligatorum quosq; militum obvios exosculans, perq; stabula & diversoria mulionibus ac viatoribus præter modum comis: ut manè singulos jamne jentassent sciscitaretur, seq. hoc fecisse ructu quoq; ostenderet.* Sueton. c. 7.

Sunt & alia quæ ad regis honorem pertinuisse ajunt; Profectiones illius, & Luctum, & Suppellectilem concernentia. Si quâ proficiscebatur, potuisse viam sibi etiam per invia sternere, ac maceriem quæ fortè obsisteret, nemine prohibente pro commodiori transitu diruere R. Mos. Mikoz. pr. aff. 114. פורץ גדר לעשות לו דרך ואין ממחין בידו דרך המלך אין לו שיעור: *perrumpit sepem ut paret sibi viam, nec quisquam impedit manum ejus: via enim regia non admittit æstimationem.* Si quis ei moriebatur, disputant Rabini an funus comitari egresso licuerit? Ben Maymon negat c. 2. v. 4. מת לו מת אינו יוצא מפתח פלטירין שלו וכשמברין אותו כל העם מסובין על הארץ והוא מיסב על הדרגש *aliquo suorum defuncto: non exit portam palatii. quando illum efferunt, omnis populus recumbit in terram, ipse verò reclinatur ad culcitram.* Mikozi verò arbitrarium esse putat, exemplo rem confirmans d. l. ר׳ יהודה אומר אם רצה לצאת אחר המטה יוצא שכן מצינו בדוד מלך ישראל שיצא אחר מטתו של אבנר שנ׳ והמלך דוד הולך אחר המטה אמרו לו לא היה הדבר אלא לפייס העם ונתפייסו שהרי דוד היה יוצא מבין האנשים לנשים ומבין נשים לאנשים עד שידעו כל העם כי לא היתה מאת המלך להמית את אבנר: *R. Iehuda inquit, si vult exire post feretrum, licet. sic enim invenimus factum à Davide, quod egressus sit post capulum Abneri (2. Sam. 3.31.) sunt tamen qui hoc fecisse dicunt, ut se populo purgaret atq; vehementius persuaderet, Abnero se mortis causam non fuisse: ideò inter viros & mulieres palàm discursitasse. (vers. 37.)* Aliàs de Pontifice constat, eum nè quidē ob consanguinei obitum pollui debuisse. Lev. 21. 2. Ipsa tandem regia suppellex, ob majestatem utentis, privilegio singulari donata & universis interdicta fuit. cujus mentione non tantum generis omnis vasa & inanimata vitæ instrumenta intelligunt, sed & ani-

malia, imò servos ac ancillas aulæ, adeoq; res omnes quarũ usus Augusto serviebat im̃ediatè: ut corona, sceptrũ, thronus, equi, mulæ ministri, &c. hisce nemo privatus utebatur; illa verò partim cremabãtur, nè cujusquã abusui post fata regis cederent. H. Melach. init. c. 2. itẽ R. Bachai parf. schoph. אין רוכבין על סוסו ואין יושבין על כסאו ואין משתמשין בשרביטו ולא בכתרו ולא באחד מכל כלי תשמישו וכשהוא מת כולן נשרפין לפניו וכן ולא ישתמש בעבדיו ושפחותיו ושמשיו אלא מלך אחר *non inequitãt ejus caballo: non insidẽt solio: non utũtur sceptro: non attingunt coronã. summa, nemo usurpat quicquã utensiliũ illius: ideò cum moritur, cõburuntur ista omnia coram ipso.* (ut infra latius dicetur Theor. XIX.) *Abstinẽt servis ejus & ancillis, & ministris, omnes præter aliũ regẽ successorem.* Invenio tamen in Talmud exceptionem necessitatis; quæ ut aliàs, ita hic quoq; lege caret. Per. Chelek. p. 95. a med. Cum Rex David in magno vitæ periculo versaretur, captus ab immani gigante Jischbi Nobensi fratre Goliath, cujus scriptura meminit 2. Sam. 21. 16. & capitaneus Abisai filius Zerujæ hoc ex ostentis quibusdam (ut Rabini quidem narrant) resciscerer, subitam ipsi opem laturus acceleravit cursum suum equo regio; impetratâ tamen antè à sapientibus facti hujus licentiâ תנן אין רוכבין על סוסו בשעת הסכנה מאי אתא שאיל ביה מדרשא אמרו ליה בשעת הסכנה שפיר דמי רכביה לפרדיה וקם ואזל קפצה ליה ארעא. *nefas quidem est vehi equo regio: at quidnam juris in casu necessitatis: abiẽs ille rogavit Doctores, qui respónderunt licere tunc uti. equitavit ergò mulâ ejus, ut terra sibi obviaret, h. e.* opticâ deceptione propter celeritatem occurrere videretur, sicut & Virgilius loquitur: provehimur portu, montes urbesque recedunt. non verò miraculosè aut locali motu obviaret, ut recentiores Judæi mortalium stupidissimi accipipiunt: qui de eodem gigante suo more fabulantur ibidem, projecisse Davidem instar periculi nulloque negotio in altum, & supposuisse hastam, ut in eam recidens configeretur. quid est Hyperbola, si hæc non est?

Theor. XIV.

Habebat enim (certâ moderatione) Ius vitæ & necis illorum.

PRimarium regis officium erga subditos erat administratio Justitiæ, quam omnibus æqualiter & incorruptè debuit impertiri.

Hal.

Hal. Mel. sub fin. c. 4. בכל יהיו מעשיו לשם שמים ותהיה מגמתו ומחשבתו להרים דת האמת ולמלאות העולם צדק ולשבור זרוע הרשעים ולהלחם מלחמות ה׳ שאין ממליכין מלך תחלה אלא לעשות משפט ומלחמות שנ׳ ושפטנו מלכנו ויצא לפנינו ונלחם את מלחמותינו: *in universum dirigantur opera eius ad honorem Dei. & sit omnis intentio, desiderium atque cogitatio eius exaltare legem veram, & replere mundum Iustitiâ, confringere brachium improborum, & praeliari praelia Domini. Neque enim ab initio regem alio fine constituebant, nisi ut administraret Iustitiam & bella, sicut dicitur (1. Sam. 8. 20.) Iudicabit nos Rex noster, & egredietur ante nos geretque nostra bella. Hoc enim ni faciat, non est verè Rex.* Pulchrum & repeti dignum est quod Augustinus l. 4. Civ. D. c 4. de justitia regnorũ disserit; *remotâ eâ nil aliud fore quã magna latrocinia: & cõtra, latrocinia esse quasi parva regna. ubi manipulus hominũ pacto societatis astrictus, certa lege praedã dividat; & si hominũ accessionibus crescat ut civitates occupet, jam regni nomen obtinere.* Adducit etiam illud piratae cujusdam ad Alexandrum: *ego qui exili navigio id facio, latro vocor; tu quia idem classe magnâ facis Rex audis.* Vt verò Iustitiae administratio felicius procederet, constituti sunt olim apud Hebraeos certi quidam Censores vel Visitatores SCHOTERIM dicti, qui cum fustibus & flagris per plateas urbis circumibant, ut mensuras & pondera examinarent, mores publicos observarent, & si quid pravum offendissent, magistratui denunciarent, Hal. Sanhedrin ab init. cap. 1. מצות עשה של תורה למנות שופטים ושוטרים בכל מדינה וכל פלך שנ׳ שופטים ושוטרים תתן לך בכל שעריך: שופטים אלו הדיינים הקבועים בבית דין ובעלי דינין באים לפניהם: שוטרים אלו בעלי מקל ורצועה והם עומדין לפני הדיינים המסבבים בשוקים וברחובות ועל החנויות לתקן השערים והמדות ולהכות כל מעוות וכל מעשיהם על פי הדיינים וכל שיראו בו עוות דבר מביאין אותו לב״ד ודנין אותו כפי רשעו: *Iussum legis est constituere Iudices atq; Censores, in omnibus Provinciis & Regionibus, sicut dicitur (Deut. 16. 18.) Iudices & Schoterim ponas tibi in omnibus portis tuis. Per Iudices intelligit eos magistratus ordinatos in Synedrio, coram quibus litigant partes: per Schoterim verò illos qui cum baculo & loro assistunt Iudicibus, & circumeunt in foro, plateis atq; tabernis ut rectificent portas & mensuras, atque percutiant iniquos ex ore Iudicum. In quocunque autem ipsi cernunt pravitatem, eum adducunt Synedrio, ut judicetur pro merito malitiae suae.* Quemadmodum & in Turcià custodes Vrbium cum fustibus obambulant, ut ijs mulctent, si quos in propatulo rixantes offendunt, aut quovis clamore publicam quietem turbantes. Talis olim Ierosolymis in diebus Vsiae fuit Maasias; simul capitaneus magni exercitus. 2. Par. 26. 11. & commendat scriptura formicam, quod

hoc minimum animal officium spontè faciat, quamvis talem Schoter sive ῥαβδοῦχον vel ἐργοδιώκτην non habeat prov. 6.7. Huc pertinet quod Rabini de Salomonis eburneo & inaurato tribunali referunt. *in Zenorenna P. Schopher.* constitisse sex gradibus (etiam scripturâ testante 1. Reg. 10.19. ad quorum singulos Rex justitiæ admonitus fuerit cum primũ ascenderet, acclamatum fuisse לא תטה משפט *Iudicium non inclinato*: ad secundum לא תכיר פנים *Personam non respicito*: ad tertium לא תקח שוחד *Munus non accipito*: ad quartum לא תטע לך אשרה *noli plantare lucum*: ad quintum לא תקים לך מצבה *noli erigere statuam*: ad supremum לא תזבח שור *ne mactato bovem* Quod non absimile est illi, qui per caduceatorem suum quotidie, hac formulâ, μέμνησο ἄνθρωπος ὤν, Mortalitatis suæ admoneri voluit. ô felicem populum cui sic Lex & Rex simul imperant! feliciorem quoque si quod imperant executioni datur: nec sunt Campana, quod dicitur sine pistillo: felicissimum verò si in hoc statu perennant, nec cum succedit novus rex, nova Lex juxta proverbium introducitur: à qua tantoperè abhorruerunt olim Locrenses, ut novationis authorem fune circa collum aptato, rationem dicere jusserint: ut si mutandi utilitatem non evidenter persuaserit, attracto loqueo statim suffocari possit.

Quamvis igitur Rex hebræus dicto modo, statutis & legibus Mosaicis tenebatur, hoc tamen non impedivit, quo minus pro re natâ potuerit de plano procedere, & si casus ita posceret, pœnas aut mitigare, aut crescentibus delictis exasperare; sicque suum jus vitæ & necis, citra vim justitiæ, circumstantijs attemperare Maym. H. Mel. fine cap. 3. יש למלך רשות לתקן העולם כפי מה שהשעה צריכה: *potestatem habet Rex ordinandi mundum juxta id quod præsens hora postulat.* Deducamus rem verbi gratia per aliquot exempla. Deut. 21.23. prohibitum erat relinquere cadaver suspensi per noctem in patibulo: additis rationibus binis, primò quia suspensus DEO execrabilis sit, secundò nè terra hoc spectaculo contaminetur quorum illud R. Sal. Iarchi post Vzielidem de imagine DEI accipit, ei contumeliosum fore si quis ita pendens relinquatur; perinde ut mundano Domino non sit honorificum, si vel effigies sua, vel alius facie sibi similis suspendatur: hoc verò R. AbEzra in honorem terræ sanctæ sancitum putat איננו לכבוד המת רק הנה גבעון יוכיח כי משפט לא תלין לכבוד הארץ כי משפט הערלים והישראלים איננו שוה: *historia Gibeõ* (*Ios.* 10.26) *arguit quod statutũ de nõ pernoctando neutiquam in honorem strangulati conditum sit, sed in honorem terræ potius, & ut jura præputiatorum ab Israëliticis differrent.* Itaque sepulti fuerunt regulariter eadem die ante solis occubitum, non modo ipsi facinorosi, sed etiam unà cùm illis

omnia supplicij hujus instrumenta. Hal. Sanhedr. cap. 15. med. מצות עשה לתלות את המגדף ועובד ע״ז ואין האשה נתלית: כיצד אחר שסולקין אותן משקעין את הקורה בארץ ועץ יוצא ממנה ומקיפין שתי ידיו זו לזו ותולהו סמוך לשקיעת החמה ומתירין אותו מיד ואם לו עוברין עליו בלא תעשה ומצות לקבור את כל הרוגי בית דין ביום ההריגה ולא הם בלבד אלא כל המלין את מתו עובר עליו הלינו לכבודו להביא לו ארון ותכריכים אינו עובר: אין תולין על אילן המחובר לקרקע אלא על התלוש כדי שלא יהא מחוסר קציצה שהעץ שנתלה עליו נקבר עמו שלא יהא לו זכרון רע ויאמרו זה העץ שנתלה עליו פלוני וכן האבן שנסקל בה והסייף שנהרג בו הנהרג והסודרין שחונקין בהן הכל נקברין בתפישת הנהרג אבל לא בקבר עצמו: *jussi sumus suspendere blasphemos & indololatros; non tamen fœminas. Quomodo? postquam lapidate erant, infigebatur terræ palus, unde transversa trabs exibat. & colligatis manibus attracti suspendebantur prope solis occasum, moxque rursus dimittebantur, quia nefas est relinquere per noctem. Sepeliuntur autem omnes supplicio affecti, ipsa die supplicii sui: nec ipsi solum tam citò; sed & in genere omnis quicunque mortuum suum sepelire procrastinat, peccat, nisi faciat hoc propter apparatum feretri & involucrorum, in honorem defuncti. Nemo suspenditur ad arborem solo innatam, sed ad avulsam, ne forte parcatur amputationi eius: quia lignum una cum suspenso sepeliendum est, nè relinquat turpem in mundo memoriam, aut dicatur, ecce de hoc ligno quondam pendebat iste vel ille! Sic & lapis quo aliquis obrutus, gladius quo decapitatus, mappâ quâ suffocatus: omnia hæc sepeliuntur: in carcere tamen occisi, non in ipso sepulchro.* Nihilominus dicunt licuisse Regi contra expressam hanc legem, aliquando diutius in patibulo relinquere, quorum exemplis terrendus erat populus & ab invalescente scelere arcendus. Maym H.Mel. eod. fin. c 3. ex Talm. Ieruschalmi תולה ומניחן תלויין ימים רבים להטיל אימה ולשבר יד רשעי העולם *suspendit & relinquit suspensos diebus multis, ut incutiat terrorem & frangat malitiam improborum in seculo.* Aliud exemplum. Mos erat nè duo facinorosi simul unà dæ punirentur; nisi forte in communi delicto simile supplicium essent meriti Sanh c. 14. post med. אין דנין לעולם שנים ביום אחד אלא דנין זה היום והשני למחר היו שניהם בעבירה אחת ומיתה אחת כגון נואף עם נואפת דנין שניהם ביום אחד: אבל אם היה הנואף בועל בת כהן הואיל והוא בחנק והיא בשריפה אין הורגין שניהן ביום אחד *nunquam condemnant plures unâ die, sed unum hodie alterũ cras: nisi ambo rei sint eiusdẽ transgressionis, & meruerint unã mortem v.g. adulterum cum adultera judicant simul. At si quis adulter viciârit filiã sacerdotis, quoniã ille suffocationẽ hæc verò cõbustionẽ meretur, sumũt supplicia diebus diversis* quod igitur unà cũ innocẽte Christo salvatore, latrones duos crucifixerunt Mar. 15.27. fecisse putandũ est aut quia ἐν αὐτῷ κρίματι fuerũt habiti Luc 23.40. (quod mihi verisimilius videtur)

quia pridem cùm poteſtate Synedrii hæc quoq; conſuetudo fuit ſublata. eod. cap circ. fin. ארבעים שנה קידם חרבן בית שני בטלו דיני נפשות מישראל אף על פי שהיה המקדש קיים מפני שגלו הסנהדרין ולא היו שם במקומן במקדש ׃ וכשנתקלקלה השורה גלו ממקום למקום ולעשרה מקומות גלו וסופן לטבריא ומשם לא עמד ב״ד גדול עד עתה וקבלה היא שבטבריא עתידין לחזור תהלה ומשם נעתקין למקדש׃ *quadraginta annis ante excidium templi poſterioris ablata ſunt judicia capitalia de Iſraël, quamvis ſanctuarium adhuc duraret, quia Synedriales exulabant, nec amplius in loco ſuo congregabantur. Poſteaquam imminuta fuit poteſtas, vagati ſunt de loco in locum, & decies mutarunt ſedes, quarum ultima fuit Tyberia, ultra quàm hactenus non habuerunt aliam. Sed Vaticinium extat in Kabatâ quod (in diu ſperata recollectione) primùm conventuri ſint Tyberiade, poſtea inde ad ſanctuarium (tunc extruendum) transferendi.* Hîc iterum licuit regi aliquid contra conſuetudinem facere, & in terrorem rebellium plures unâ die ſimul condemnare. clauſ. c. 3. Mel. מלך הורג רבים ביום אחד *rex occidit multos eadem die.* Aliud. Ordinariè nemo judicabat unicus, nec ex ore unius teſtis, ſed audiebat vota plurium collegarum, & damnabat reum binis (ut minimum) atteſtantibus. Maym Hal: Sanhed c. 2. §. 15. מצות חכמים הוא שמושיב עמו אחרים שהרי אמרו אל תהי דן יחידי שאין דן יחיד אלא אחד *præceptio ſapientum eſt ut aſſumat ſibi alios dicunt enim: noli judicare ſolus, quia vnus eſt (nempe DEUS in cœlo) qui judicat ſolus (ſine aſſeſſoribus.)* nec etiam admittebant propriæ turpitudinis allegationem pro teſtimonio, nè quis fortè phreneticus innocenti ſibi noceret. ead. Hal. fin. c. 18. אין מתיתין ולא מלקין המודה בעבירה שמא נפטרה דעתו בדבר זה שמא מן העלמין מרי נפש הוא המתכים למות שתוקעין החרבות בבטנם ומשליכין עצמן מעל הגגות שמא כך זה יבא ויאמר דבר שלא עשה כדי שיהרג *non interficiunt, imò nè verberant quidem eum, qui ultrò confitetur transgreſſionem; nè fortè abrepti ſint ſenſus eius, aut melancholicus quiſpiam calidè occaſiones moriendi excogitet: quemadmodum aliqui gladios ſibi adigunt in ventrem, vel præcipitant ſemetipſos de tectis: ſic iſte talis de ſe mentitus, captet fortè anſam pereundi.* Rex tamen & hîc iterum ſingulari prærogativâ majeſtatis, de plano procedere, ſine collegis judicare, uno teſte, imò propriâ confeſſione reum, damnare potuit. Ibid. §. præced. גזירת וכתהב היא שאין ממיתין בד ולא מלקין את האדם בהוראת פין אלא על פי שנים עדים ׃ וזה שהרג יהושע עכן ודוד לגר עמלקי בהוראת פיהם הוראת שעה היתה או דין מלכות היה׃ *ſcriptura decernit ne judices quempiam damnent ſuâmet & ſignificatione, ſed ex ore duorum teſtium. Achan ergò quem Ioſua (c. 7. v. 21.) & proſelytus Amalekita (2. Sam. c. 1. 10.) quem David ex proprii oris indicatione interfecerunt*

extraordinaria sunt exempla, & processus Regii. Hal. Melachim fin c. 3. כל ההורגין נפשות שלא בראיה ברורה או בלא התראה אפילו בעד אחד או שונא שהרג בשגגה יש למלך רשות להרגו *homicidas etiam sine demonstratione manifestâ, vel desertatione prævlâ, imò teste unico, & quamvis insidiator per errorem interfecerit, vicißim interficiendi Rex potestatem habet.* Aliud Regulariter nemo judicabat in propriâ causa. vel si quis juris sui fiduciâ præsertim quando periculum è morâ metuitur, ipse sibi suũ ab adversario vendicaret. tenebatur tamẽ id postea corã judicio comprobare legitimæ lite cum illo experiri & aliorũ sententias expectare. H. Sanh. c. 2. § 16. יש לאדם לעשות דין לעצמו אם יש בידו כח הואיל וכדת וההלכה הוא עושה אינו חייב לטרוח ולבא לבית דין אף על פי שלא היה שם הפסד בנכסיו אילו נתאחר ובא לבית דין לפיכך אם קבל עליו בעל דינו והביאו לבית דין ודרשו ומצאו שעשה כהלכה ודין אמת דן לעצמו אין סותרין את דינו *potest aliquis sibi ipsi jus administrare, si vires habeat modò juxta æquitatem & constitutiones id faciat, non opus habet fatigari & statim ad judices currere, quamvis nulla sit pecuniæ jactura, differt tamen, & postea demum assumpto secum reo vadit ad Synedrium. ibi judices inquirunt in factum, & si deprehenderint fecisse juste, non rescindunt.* Rex vero etiam in causâ proprium honorem concernente, jus sibi dicere potuit, & contemptores suæ majestatis vel contumaces punire. Hal. Mel. 3. 11. כל המורד במלך ישראל יש למלך רשות להרגו אפילו גזר על אחד משאר העם שילך למקום פלוני ולא הלך או שלא יצא מביתו ויצא חייב מיתה ואם רצה להרגו יהרג שנ׳ כל איש אשר ימרה את פיך וגו׳ וכן כל המבזה את המלך או המחפרו יש למלך רשות להרגו כשמעי בן גרא *quicunq; rebellat contra regem Israël, in eum rex potestatem habet interficiendi, etiamsi (leve præceptum fuerit, v. g.) mandaverit cuidam è plebe ut abiret in locum hunc vel illum, is verò non abiverit; aut prohibuerit nè domo egrederetur, is verò egressus fuerit. Hi mortis rei sunt ut si modo rex velit (nec clementiam juri suo præferre malit.) eos occidere poßit. sicut dicitur (Ios. 1. 18.) quicunque rebellaverit ori tuo, nec obedierit cunctis jußionibus tuis, interficiatur. Sic etiam qui contemnit regem aut pudefecit eum; exemplo Simei filii Gera (2 Sam 16. 6. & 1 Reg. 2. 42.)* Summa, si quis nil aliud deliquisset, poterat eum solâ contumaciæ culpâ punire, atque crescentis inobedientiæ pœnas, in terrorem aliorum exasperare: quod tantum de regis Iure dictum, neutiquam factis Tyrannorum patrocinatur; sed inculcatur simul anxiè nè hac potestate abusi, sanguinem humanum temerè fundant. Quod Maymonides præclarè, ut omnia, complexus est in exam: testium H. Sanh. c. 12. §. 3. hisce verbis: הוו יודעים שלא כדיני ממונות דיני נפשות דיני ממונות אדם נותן ממון ומתכפר לו דיני נפשות דמו ודם זרעו

תלויין בו עד סוף כל העולם שהרי בקין נאמר ק״ל דמי אחיך צועקים דמו ודם זרעו נברא. אדם יחידי בעולם. וכל המאבד נפש אחת מעולם מעלה עלין כאילו אבד עולם מלא הרי כל באי עולם בצורת אדם הראשון הם נבראים ואין פני כל אחד מהם דומין לפני חברו שמא תאמרו מה לנו ולצרה זו לחוב׃ בזמן *scitote quòd mulcta pecuniaria à capitalibus judiciis multum differt. ibi homo expendit tantùm facultates suas ut absolvatur, hîc verò cruorem suum, à quo tota ipsius posteritas dependet, usque ad finem seculi. ea propter dicitur in historiâ Caini (gen 4. 10 plurali numero) Sanguines fratris tui clamant, hoc est cum ipsius sanguine sanguis quoq; filiorum eius (quorum generationes hoc homicidio intercepisti.) Initio creavit* DEUS *(non totos populos simul, sed) unicum hominem in mundo, qui ergo unum vitâ privat, ei reputatur ac si totam gentem interimisset (quippe quæ inde potuisset enasci.) Ecce quotquot in hunc mundū procreamur, habemus cum Adamo primo communem formam omnes, licet vultibus infinitis modis differamus, fit hoc, nè quis fortè dicat: quid mihi cum alio & afflictione illius? quid ad me sanguis eius. (cuius tamen inter omnes homines tanta est communio.)* Itaque non opinor probatum iri factum Principis Synedrij, qui tantùm ut exemplum statueret, plurimas mulieres una die sine legitimo processu damnavit. de quo idem Maym. cap. 24. §. 9. יש לבית דין להלקות מי שאינו מחוייב מלקות ולהרוג מי שאינו מחוייב מיתה ולא לעבור על דברי תורה אלא לעשות סייג לתורה וכיון שרואים בית דין שפרצו העם בדבר יש להם לגדור ולחזק הדבר כפי מה שיראה להם הכל׃ הוראת שעה לא שיקבע הלכה לדורות׃ מעשה והלקו אדם שבעל אשתו תחת אילן ומעשה באחד שרכב על הסוס בשבת בימי יוונים והביאוהו לב״ד וסלקוהו׃ ומעשה ותלה שמעון בן שטח שמנים נשים ביום אחד באשקלון ולא היו שם כל דרכי הדרישות והחקירה וההתראה ולא בעדות ברורה אלא הוראת שעה׃ *licet judicibus verberare qui non meritus est verbera, & occidere qui mortis non reus est. nequaquam ut (pro lubitu) transgrediantur legem sed ut faciant* SEPEM *legis: h. e. crescentibus delictis pœnas exasperent) si vident invalescere plebem in quodam (delicto) possunt sepire & coercere prout videbitur: sed omnia tantùm ad tempus, non ut consuetudo fiat in præjudicium. Exemplum verberarunt virum qui jungebatur uxori sub arbore. Aliud. eum qui Sabbatho equitabat in luto lapidarunt. Aliud. Simeon filius Schetach suspendit octoginta fœminas unâ die in Askalon, quamvis non præcesserat plenaria inquisitio nec omnes solennitates judiciorum. sed id temporarium erat.*

Revertor ad Regem, cuius potestas non absoluta erat, sed variè limitata: unde hoc jus vitæ & necis *certa* tantum *moderatione* habuisse supra in Theoremate diximus Prætérquam enim quòd graviora cum Synedrio cōmunicare debuit (ut infr. Theor. XVI sequetur) etiam hîc non quovis genere mortis punire potuit, sed solo

gladio delinquentes plectere. Maym: H. Melach. cap. 3 §. 12. אין למלך
רשות להרוג אלא בסייף בלבד ויש לו לאסור ולהכות בשוטים לכבודו אבל
לא יפקיר ממון ואם הפקיר הרי זה גזל: *interficiendi potestatem Rex non
habet nisi gladio tantùm: licet tamen ei ligare & percutere scutica, ob
honorem suum: at neminis opes publicare. nam si publicaret, audiret Raptor.* & Hal. Sanh. c. 15. §. penult. nominantur ambo facinora, ob quæ
sola quis capite plectebatur: הנהרגים שנים הרוצח והנדחת *occidendi
(scil. gladio) bini sunt; homicidæ & (urbs) excommunicata.* Aliàs præter hanc decollationem quæ regum propria erat, ibid. §. 6. Synedriũ
habebat tria suppliciorum genera, Strangulationem, Combustioné,
atque Lapidationem; quæ hic obiter recensebo ex eod. cap. quoniã
paradoxa sunt & multò aliter comparata quàm vulgò putatur. Strãgulandi olim non suspendebantur, ut nobiscum fures de patibulo,
(nisi quis simul Blasphemus aut Idololatra extitisset, quo casu post
aliud supplicium modò in sublime attractus fuit) sed fimeto ad genua usq; insistentes, mappâ suffocabantur §. 7. מצות הנחנקין משקעין
את המתחייב בזבל עד ארכובותיו ונותנין סודר קשה לתוך הרך וכורכין על
צוארו ושני עדיו זה מושך אצלו וזה מושך אצלו עד שתצא נפשו: *Ritus strãgulandi. immergebant reum stercori usq; ad poplites suos. & indebant sudarium durius medio tenerioris, atque circumvolvebant collo eius; tunc attrahebant id ambo testes quilibet ad se, donec excluderent animam.* Cõburendi non in succenso rogo cremabantur, ut veneficæ nobiscum,
sed liquefacto metallo in os infuso necabantur, etiam in fœtidâ paludæ §. 5. מצות הנשרפין היו משקעין אותו בזבל עד ארכובותיו ונותנים
סודר קשה לתוך הרך וכורך על צוארו ושני עדיו זה מושך אצלו וזה מושך
אצלו עד שהוא פותח את פיו ומתיכין את הבדיל ואת העופרת וכיוצא בהן
והוא זורק לתוך פיו והיא יורדת ושורפת את בני מעיו: *Ritus comburendi.
fimo immersum ad genua usq;, trahebant hinc inde mappâ circa collum
convoluta, donec os aperiret. mox liquefactum stannum vel plumbum, infundebant hianti, ut descendens intestina concremaret.* Lapidandi non
multis aut minutis ictibus petiti sed de ferali colle præcipitati &
uno grandi saxo fuerunt obruti: nisi fortè hoc ad morté nõ suffecerit
§. 1. כיצד מצות הנסקלין רחוק מבית הסקילה ארבע אמות מפשיטין את המתחייב
סקילה בגדיו ומכסין ערותו מלפניו ואין האשה נסקלת ערומה אלא בחלוק אחד
ובית הסקילה גבוה שתי קומות עולה לשם הוא ועדיו וידיו אסורות ואחד מן
העדים דוחפו על מתניו מאחוריו והוא נהפך ונופל על לבו לארץ אם מת יצא
שהרי נאמר סקול יסקל או ירה יירה הנה השוה הנסקל שנפל את האבן עליו
אם הנדחף שנפל הוא בעצמו על הארץ ואם לא מת מדחופה זו מגביהין העדים
אבן שהיתה מונחת שם משא שני בני אדם והעד השני מכפה את
ידו ומשליך האבן על לבו אם מת בו יצא ואם לאו רגימתו בכל ישראל שנ׳
יד העדים תהיה בו בראשונה להמיתו ויד כל העם באחרונה: *Quomodo lapidabãt:*

quatuor ulnis ante locum supplicii exuebant damnato vestes, tegebantque turp tudinem eius ab anteriori parte, at mulierem lapidandam non denudabant nisi parte modicâ porro supplicii locus altus erat staturas hominũ binas, illuc ascendebat ipse unâ cum suis testibus, habens manus (antrorsum) ligatas. unus testium impellebat ipsum circa lumbos, retro, ut conversus decideret ad terram super cor suum: si inde moreretur, peractum erat, quia dicitur (Exod. 19, v. 13) lapidando lapidabitur, aut proijciendo præcipitabitur. en! æquiparatur lapidatus quem saxum oppressit, præcipitato qui seipsum terræ allisit. Tandem etiam pietatis ratione sic limitata fuit Regum potestas, ut subditi obedire non nisi ad aras usque tenerentur: hoc est, si quid contra legem aut conscientiam jussi essent, ad parendum non obligarentur. quod pulchrè congruit cum illo Petri, Act. 5. 29. DEO magis obtemperandum esse quàm hominibus: & Rabini etiam latius, ad res minoris momenti extendunt. H. Mel. c. 5 §. 13. המבטל נזירת המלך בשביל שנתעסק במצות אפילו במצוה קלה הרי
פטור דברי הרב ודברי העבד דברי הרב קודמין ואין צריך לומר אם גזר המלך
לבטל מצוה שאין שומעין לו וה *Qui negligit decretum regis propterea quod occupatur in lege, quamvis præceptum vile sit; ecce is immunis est! ubi enim jussa Domini & servi concurrunt, oportet illa prius exequi. Dicere nil opus est, si quid contra legem decerneret: tunc enim prorsus non paretur.* Memorabile hujus rei exemplum contigit sub Johanne Hyrkano f. Simeonis, Pontifice simul & Rege, qui odio Pharisæorum factus erat Sadducæus, & Judæos ad eandem sectam cogere nitebatur: sed ipsi mille mortes oppetere malebant quàm à suorũ traditionibus vel hilum discedere. Joseph. l. 13. antiq. c. 18. & inde abbreviator Josippus mihi p. 45. צוה המלך ויעבירו קול בכל מדינות מלכותו לנהוג מנהג
צדוק וביתוס וכל איש אשר ימרה את פיהם יומת בחרב וזהו יוחנן כהן גדול
ששמש בכהונה גדולה מ׳ שנה ולבסוף נעשה צדוקי אבל לא שמעו ישראל מצות
והמלך והיו נוהגים מנהג החכמים בסתר והמלך מבקש עליהם וכל מי
שנגלה הורג אותו והפיל עם רב מישראל: *præceperat rex & promulgaverat publicâ voce per omnes provincias regni sui, ut reciperet dogma Zadok & Baithos (hæresiarcharum, qui ex malè intellecto apophthegmate præceptoris sui Antigoni Sochæi abnegarunt præmia pietatis; & consequenter providentiam DEI animæ immortalitatem, angelos, æternamq; vitam addens comminationem mortis, si quis obsequi recusaret. Hocq; jussit Iohannes ille qui summum sacerdotium per annos 40. obtinens, sub finem ætatis factus erat Sadducæus. At illi non obedientes regi, perseverabant in placitis sapientum, occulte tamen. Rex igitur inquisitione habitâ quoscunque rescivit occidit, & sic stravit grandem populum de Israël* R. David Ganas in suo Zœmach. nominat. imprudentem quendam virũ,

qui totum

Qui totum hoc causatus fuerit, & suis intempestivis exprobrationibus regem, inter convivandum irritârit; dignam suo Zelo mercedẽ consecutus. part. 1. fol. 32. b. המלך החריב את מקדש הצדוקים והכותיים שעשו בהר גריזים ברשיון אלכסנדר' מוקדון ובשובו בשלום עשה משתה לחכמים והיה ביניהם כסיל ושוטה שמו אליעזר בן פיערא הוא אומר למלך די לך כתר מלכות כי כתר כהונה לזרעו של אהרן. והיו לוחשין שהמלך היה חלל שאמו היתה נשבית בהר המודיעית ויקצוף המלך מאוד ויהרוג מהפירושים עם רב ואת הכסיל אליעזר שרף באש *Rex demolitus erat fanum Sadducaeorum & Samaritanorum, quod permissu Alexandri Macedonis extruxerant in monte Govizim. Reversus ergò cum pace fecerat convivium sapientibus; inter quos unus aderat insipiens, cujus nomen Eliezer filius Peora, is dicebat regi: sufficiat tibi corona regni. nam corona Pontificatus debetur semini Aaron. Mußitabant quoq; regem esse illegitimum, quippe cujus mater olim capta fuerit in monte Modiit. Accensus igitur irâ interfecit Pharisaeorum plurimos, & insipientem Eleazarum flammis combußit.*

Theor. XV.

Cui etiam decimas, vectigal & tributa debebant

REGI decimas quoque deberi, Maymonides expresse tradit & scripturis probare videtur, H. Melach. cap. 4 §. 8. יש לו מעשר מן הזרעים ומן האילנות ומן הבהמות שנ' וזרעכם וכרמכם יעשר ואת צאנכם יעשר: *habet ille decimas frugum, arborum & jumentorum, sicut dicitur, (1. Sam. 8. vers. 15.) sementem vestram & vineas vestras addecimabit (item vers. 17.) pecus vestrum addecimabit.* verùm ego non video, an vel quomodo id praestitum fuerit? nam certum est decimas ex instituto divino fuisse personarum sacrarum, nõ verò politicarum, proprias. Num. 18. v. 20. & seqq. *Dixit Dominus ad Aharon: in terrâ eorũ nil haereditabis, nec ullam partẽ poßidebis: ego enim sum portio tua. & ecce dedi filiis Levi universas decimas Israëlis in haereditatem, pro ministerio suo. &c.* quod etiam Deut. 18. 2. & alibi passim repetitur. unde Iosua in distributione terrae Canaan c. 13 v. 14. & ult. nullã eis portionẽ assignavit. Quin & ipse Maymonides, in tribus Halachis תרומות מעשר ומעשר שני quas de negotio Decimarũ prolixè ac diligẽtissimè perscripsit, nil amplius, quod sciam regis meminit: sed ita se res habebat, ut breviter & obiter inde recensebo. Ex omnibus terrae proventibus, qui ad

humanæ vitæ ſuſtentationem pertinebant, juſſi ſunt in ſacros uſu aliquid ſegregare: ſcilicet è frumento, tritico, avenâ, hordeo, leguminibus, oleo, muſto, ficubus, malogranatis: adoque de zizaniis quibusdam H. Trumos. c. 2. poſt init. הכרשינין אף על פי שאינם מאכל
אדם הואיל ואוכלין אותן בשני רעבון חייבין בתרומה ומעשרות דהאזוב
והקרנית שורען מתבלין לאדם חייבין במעשר *vicia* (wicthen *ſemil tinum*) *quamvis non ſint humana nutrimenta, quia tamen famis tempore comeduntur, etiam addecimari debent. ſic & Hyſſopus atq; origanum, quorum ſemina ſunt homini condimenta, decimantur.* quod lucem fœneratur loco Matth. 23. v. 23. ubi etiam hortenſia, ut anethum, mentha & cuminum à Phariſæis addecimata leguntur; quod Chriſtus non ſimpliciter improbavit, ſed præpoſterum ſtudium, in re minuta reprehendit; quomodo judicium, miſericordia & fides multò graviora ſecurè interim negligebantur: quorum hæc facere quidem, illa verò non intermittere debebant. Ex omnibus iſtis, & animalium quoque fœturâ, non tantùm decimas, ſed ſi rectè ſupputemus omninò quintas partes pendebant; ſicut demonſtrabo. Nam primò primitias offerebant ſacerdotibus, quæ pars erant ferè quinquageſima. Ead. Hal. init. c. 3. תרומה גדולה אין לה שיעור מן התורה כמה הוא
שיעורה שנתנו חכמים עין יפה אחד ממ׳ והבינונית אחד מחמשים עין רעה
אחד מששים ולא יפחות מאחד מששים: *oblatio magna (h. e. primitiarū καθ' ἐξοχὴν ſic dicta) non habet præſcriptam quantitatem in lege; ſed menſura eius vel æſtimatio quam ordinarunt ſapientes hæc eſt: oculus bonus (ſive liberalis.) offert unum è 40. mediocris unum è 50. malus autem oculus ſive avarus) unum è 60. nec licet minus offerre ſexageſimâ parte.* Deinde modò Decimas dabant Levitis pro alimoniâ ipſorum Hal. Maaſer. init. c. 1. אחר שמפרישין תרומה גדולה מפריש אחד מעשרה מן הנשאר
וזהוא הנקרא מעשר ראשון והמעשר הזה ללויים זכרים ונקבות ומותר באכילה
לישראל וכטמאה שאין בו קדושה כלל ובכל מקום אינו קדש אלא מעשר שני
אף מעשר ראשון שנטלה תרומתו חולין לכל דבר לפיכך בת לוי שנשבית
או שנבעלה בעילת זנות ניתנין לה המעשר ואוכלת: וכו׳ *poſtquam ſeparaverunt oblationem primitiarum, dant decimam partem de reſiduo, quæ vocatur prima, & cedit Levitis utriusq; ſexus. hanc comedere fas eſt, etiamſi quis impurus ſit; & omni loco, non enim ſanctitas eſt niſi in decimis ſecundis: at primæ ſunt profanæ, adeò ut etiam filia Levitæ ſcortationibus polluta eas comedere poſſit.* Et ex his ipſis decima, hoc eſt, univerſi proventus centeſima pars, debebatur filijs Aaron. num. 18. 26. Poſtea de reſiduo ſegregabant alias decimas, quæ tertio quoque anno à Sabbathico, cedebant peregrinis pauperibus, viduis atque pupillis; Deut. 14. v. 28. cæteris verò intermedijs, ſervabat eas quilibet ſibiipſi

biipſi

ſibi ipſi ad uſus conviviorum ſacrorum in profectionibus Ieroſolymitanis; aut ſi procul inde habitaret, pecuniam è divenditis collectã, & in aliud impendi prohibitam, illuc afferebat. Ibid. vers. 22 & 24. Maym. H. Maaſ. Scheni. cap. 1. אחר שמפרישין מעשר ראשון בכל שנה מפרישין מעשר שני כל תבואות ובשנה שלישית וששית מפרישין מעשר עני חלף מעשר שני: וכו׳ *ſeparatis prioribus decimis, dabant & ſecundas ex omni proventu, quotannis; ſed anno tertio & ſexto (periodi ſeptenariæ) pauperibus. &c.* vides ex allatis, ſi quis verbi gratia 102 Logos olei expreſſiſſet; primò duos, nomine primitiarum pro ſacerdotibus; mox denos, titulo decimarum primarum pro Levitis: tandem novenos de reſiduo, cauſa decimarum ſecundarum pro pupillis abſtraxiſſe, ſicque in univerſum 21. de 102. h. e. totius centuriæ quintam circiter partem alienaſſe. Inter quas tot erogationes nulla regis erat. nec ullius meminit Tobias, debitorum liberaliſſimus ille ſolutor; minimè omiſſurus ſi quicquam debuiſſent. c. 1: v. 6. in hæc verba narrans: ἀπαρχὰς καὶ τὰς δεκάτας τῶν γεννημάτων, καὶ τὰς πρωτοκουρίας ἔχων, καὶ ἐδίδουν Ἀ' αὐτὰς τοῖς ἱερεῦσι τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν πρὸς τὸ θυσιαστήριον πάντων τῶν γεννημάτων. Τὴν πρώτην δεκάτην ἐδίδουν τοῖς υἱοῖς Ἀαρὼν τοῖς θεραπεύουσιν ἐν Ἱερουσαλήμ, την δὲ δευτέραν δεκάτην ἀπεπράτιζόμην, καὶ ἐπορευόμην καὶ ἐδαπάνων αὐτὰ ἐν Ἱερουσαλὴμ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν: τὴν τρίτην ἐδίδουν οἷς καθήκει, καθὼς ἐνετείλατο Δεββώρα ἡ μήτηρ τοῦ πατρός μου. quæ verba quia in latino & germanico aliter leguntur ſic græcè placuit exſcribere: in hebræa verò Schreckenfuchſii editione multò etiam ſignificantiora ſunt. Habebant autem tunc adhuc reges ſuos Judæi: vixit enim Tobias minimum ſes qui ſeculo ante captivitatem Babylonicam. Quod ſi diuturnitate temporis, regiæ decimæ in deſuetudinem abijſſent, non reticuiſſent hoc Rabini talium curioſiſſimi, qui etiam minorem negligentiam Haſmonæorum tempore ſubortam notarunt. Hal. Maaſer initio cap. 9. בימי יוחנן כהן גדול שהיה אחר שמעון הצדיק שלחו בד׳ הגדול ובדקו בכל גבול ישראל ומצאו שהכל זהירים בתרומה גדולה ומפרישין אותה אבל מעשר ראשון ומעשר שני ומעשר עני היו עמי הארץ מקילין על עצמן לפיכך גזרו שלא יהיה נאמן על המעשרות אלא אנשים נאמנים אבל עמי הארץ פירותיהן ספק ואין נאמנין לומר מעושרין הן וזהו הנקרא. דמאי: *in diebus pontificis Iohannis qui ſucceſſit Simeoni, emiſerat ſenatus magnus exploratores in omnes terminos Iſraël & deprehendit quod primitiarum oblationes quidem fideliter redderent, utraſq; verò decimas, primã ſcilicet, ſecundam & eam quæ pauperum eſt imminuerent. Ideò decreverunt, nè quis poſthac (ſolus ſine teſte) ſufficeret ad decimationem, niſi homo notæ probitatis: at plebeiorum fructus ſemper dubij eſſent, nec iiſ-*

met de decimatione testari possent. inde natum est quod vocant Dammai *h. e. suspectum. &c.*

Pergo ad vectigalia. ut enim corpus absque nutrimento tabescit, ita regnum sine reditibus enervaretur, etiam nemine extraneo hoste id infestante. Inter reditus autem acie primâ loco Vectigalia, sive Portoria, quæ mercibus & illarum vectoribus, circumvectionis aut venditionis nomine, proque usu viæ publicæ imponuntur, & juxta frequentiores transitus vel pontes exiguntur. horum jura rex hebræus habuit sine controversiâ M. H. Mel. c. 4. §. 1. קוצב לו מכס ואסור להברית מן המכס שיש לו לגור שכל מי שינוב המכס ילקח ממונו או יהרג שנ׳ יהיו לך למס ועבדוך *ordinat sibi Telonia, quæ vitare vel effugere nefas est. licet enim eum qui vectigali se subducendo illud quasi furatur, privatione bonorum vel vitâ quoq; punire; quia dicitur (Deut. 20. 11) erunt tibi tributarij & servient tibi.* De jure nostro non soluti vectigalis pœna mitior est, ut subductæ merces in Commissum cadant, & fisco acquirantur. *Quod commissum est, statim desinit eius esse qui crimen contraxit; dominiumq; rei vectigali adquiritur.* Ulpian. l. comm. 14. ff. de Publicanis. Monere autem nil opus est, non posse omnium promiscuè rerum vectigalia indici honestè, constat quantùm bonæ existimationis Vespasiano exhalârit cum graveolentis urinæ telonio: quamvis ille lucri odorem quemcunque bonum existimaret. ridiculum verò est Morinos Britanniæ populos olim pro platani umbrâ vectigal solvisse; quoniam arbor illa genialis ex alieno petita orbe, per mare Jonium in Diomedis insulam, ejus tumuli gratiâ primùm invecta, inde Siciliam transgressa, tandem ad has etiã gentes tributarias fuit allata, ut Plinius excusat, not. hist. l. 12. c. 1. Et videtur ipsâ rerum natura, quorundam bonorum vectigal abhorrere; si verum est quod de Salinis in Troade refert Athenæus, exaruisse illas cum à Lysimacho vectigal imponeretur, & cum remitteretur mox affatim rursus affluxisse. Quænam publicanorum in Judæa fuerit conditio tempore Christi, sub Romanis, & quomodo per licitationem telonia conduxerint, partim ex Evangelicâ historiâ, partim è Josepho cognosces. hæc de ordinarijs reditibus.

Porrò si qua necessitas incideret. poterat rex etiam extra ordinem à subditis pecuniæ contributionem exigere. ut enim opes publicæ pacis ornamenta sunt, ita etiam subsidia belli, adeoq; nervus rerum gerendarum. Eod. init. c. 4. Mel è Mass Nedarim רשות יש למלך ליתן מס על העם לצרכיו או לצורך המלחמות: *facultatem habet rex imponendi tributum populo, ad necessitatem vel suam vel militarem.* Nescio an rectè Tributa vocentur, cum non sint anniversaria: dicamus;

tamus potius Collationes vel Collectas, quæ sic exiguntur; & illud vocabulum tribuamus ijs, quæ de victis hostes in recognitionem subjectionis contribuunt quotannis. Erat verò prudentiæ (nè diviti pauper æquaretur) non personis sed rebus hasce collectas indixisse, & secundum proportionem Geometricam, proque modulo possessionum eas exegisse. Nam ut aucto, vel meliorato fundo, collecta jure crescebat; sic rebus incendio, sterilitate agrorum vel alio casu imminutis meritò & ipsa minuebatur. Nec video quàm rationabiliter aliqui olim apud Romanos, in singulas ædium suarum tegulas, certos asses dependere jussi sint; cum pauperculus aliquis vix eam domum, contra ditior alius multa insuper latifundia possidere potuerit. rectius fortè ijdem fecerunt, quando in usus Punici belli posterioris, pecuniam à civibus mutuò accipere, quàm nimiis exactionibus gravare maluerunt. Tondere pecus licet, non deglubere. nec expedit anseres sic deplumare ut pennæ nequeant recrescere. prov. 33. ult. qui nasum nimis emungit elicit. דם *sanguinem*, quo nomine apud Chaldæos etiam *pecunia* notatur (vide Thisb. Eliæ.) quia sanguine ac sudore pauperum paratur. Idem sapiens gnomographus cap. præced. 29. v. 4. *Rex juris sui observans stabilit regnum; at* אִישׁ תְּרוּמוֹת *vir oblationum (h. e. exactionum) destruit illud.* ad quæ verba notat Aben-Ezra ידענו כי תרומות הנשיא שהוא לוקח מעם הארץ היא ששית האיפה כלומר לוקח תרומות רבות יותר מן המדה הידועה יהרוס אותה *constat quòd oblatio principis, (h. e. duodecimviri sive Tribuni) quã accipit à plebeiis (contribulibus) sit sexta pars Ephæ (h. e. semissis Sati.) vult igitur dicere: qui ultra eam mensuram exigit plura quàm sibi debentur, potius destruit regionem.* Et ad eundem locum R. Lev. B. Gers. הנה לא קרא זה האיש מלך כי אין כמוהו ראוי להיות מלך *ecce talem scriptura non dignatur appellare Regem, sed simpliciter vocat Virum, quia indignus est regio titulo!* Itemque Kabvenaki אם יהיה המלך לוקח מתנות מבני אדם או ירים מס על עמו הוא יהרוס העיר במעשהו *si rex munera extorquet ab hominibus, aut exasperat tributum populi sui, hoc ipso facto civitatem evertit*: si non simul & seipsum. neque enim novum est, ut Actæon aliquis venationi nimium intentus, à propriis canibus dilanietur. Facessant igitur illi excoriatores hominũ, qui rem omnem cum pulvisculo, quod dicitur, evertunt; & nè prætextus vel color desit nunc hoc nunc illud causantur; ut lusciniolæ nunquam sua cantio deficit. finxit & Heliogabalus connubia Deorum. ad quæ sibi dote opus esset, ut sic pecunias extorqueret. Contrà, scitum erat illud Andriensium, qui, cum Themistocles pro pecunia legatus dixerat, afferre se comites duos Divos Πειθὼ καὶ Βίαν,

impertetritè responderunt, sibi quoque Numina totidem adesse Α'πορίαν καὶ Πενίαν.

Superest ut de maleficorum & bello subactorum opibus dicatur. nam & inde notabilis portio accedebat fisco regio. Neminis quidem vivi opes publicare nec mulctas exigere poterat, nisi Raptor audire vellet; ut Theor. superiori dictum. At justo judicio damnatorum opes sibi vendicabat. Mos. Mikoz. pr. Aff. 114. הרוגי מלכות נכסיהם למלך *occisorum à rege facultates cedunt regi.* Præsertim verò bona hostium legitimo bello devictorum, inter ipsum & duces dividebantur. prædiorum ipse sumebat non prorsus unciam, spoliorum verò semissem, sed regii thesauri totum assem. Melach. 4. 9. המלך משיח ניטל מכל הארצות שכובשין ישראל חלק אחד מי״ג ודבר זה חק לו ולבניו עד עולם וכל הממלכות שכובש הרי אוצרות המלכים למלך ושאר הבזה שבוזזין בוזזין ונותנין לפניו והוא נוטל מחצה בראש ומחצית הבזה חולקין אותה כל אנשי הצבא ביחד: *rex unctus tollit de omnibus terris quas subigunt Israilitæ, partem unam è tredecim (h. e. tantundem quàntùm una tribus.) hoc est jus eius & filiorum post se in seculum. Si quæ regna vincit, suppellectilem regiam (quippe quæ nulli privato congruit) ipse capit in solidum. cæteras verò prædas (bonorum mobilium) quas prædantur, dividunt: ipse sumit medietatem primò, deinde reliqua medietas distribuitur inter capitaneos.* Sed de his amplius dicetur jam capite sequenti, velut in propriâ sede.

CAPVT V.

DE BELLO.

Theor. XVI.

Bella quædam jussu legis gerere tenebatur.

PALÆSTINAM antiquitus incoluerunt Cananæi, populi è Chamo Noæ filio nati. ut è genes. 9. 18. & 10. 16. apparet. Quamvis verò authores gentis ibi plures enumerentur. scriptura tamen præcipuè septem familias recenset. Deut. 7. 1. scilicet. Hethæos, Gergezæos Amorhæos, Chananæos in specie. Pherezæos, Hevæos & Iebusæos, qui extirpandi fuerint & funditus erudicandi, Eorum sedes ex analogiâ libri Josuæ delineavi, & non tàm



ornatus quàm memoriæ causâ, proque meliori perceptione dicendorū in hanc quam vides Tabellam conclusi. Erant autē superstitionibus mirè dediti, & varijs partim horrẽdis abominationibus infames Deut. 8. 10. liberos è se natos, opinione sacri cultus vel meriti, ustulabant Idolo Moloch: magiam, incantationes ac veneficia exercebant: necromantiam quoque & auguria quod propterea moneo, nè quis putet à Justissimo DEO, sine culpâ suâ, fuisse possessionibus exutos & vitâ privatos. Horum terras opportunitate loci fertilissimas, melle quasi ac lacte fluentes, pridem Abrahæ promiserat DEUS, Genes. 12. 7. & 13. 15. & 15. 18. eiusq; posteris tanquam dignioribus colonis; modò reciprocâ pietate se gratos exhibeant. postquam igitur ex Ægyptiacâ servitute liberati, exactoque quadraginta annorum exilio, Arabiæ desertum emensi, ad has regiones appulerunt, cœperunt jussu DEI, duce verò Josuâ veteres inquilinos ad internecionem usque persequi. Nec tamen prorsus omnes extirparunt, sed remanserunt passim aliqui superstites, qui posterorum virtutem exercerent; nè scilicet tàm fertilis ubere tellus, simul omnibus colonis orbata, in vastas solitudines degeneraret, unde peius à feris bestiis quàm ab hoste humano timerent. Exod. 23. 29. Deut. 7. 22. Relicti sunt ergò habitatores Gaser in tribu Ephraim, facti tamen tributarii. Ios. 16. 10. Jebusitæ Hierosolymis in tribu Benjamin. jud. 1. v. 21. complures Chananæi in tribubus Manasse, Sebulon, Aser & Naphtali, versib. 27. 28 & seqq. adeò ut etiam Salomonis tempore multi Amoræorum, Hethæorum, Pheresæorum, Hevæorum & Jebusæorum inter Israëlitas habitarint. 1. Reg. 9. 21. Imò longè serius

Christi Servatoris ætate, Gergesæi adhuc superfuerint Matth 8.28. Itaque ad Reges ea cura seculorum successione fuit devoluta ut hasce Chananæorum reliquias paulatim conficerent & excinderent è numero populorum. R. Mos. b. M ym. H. Mel init. cap 5. אין המלך נלחם תחלה אלא מלחמת מצוה ואי זו היא מלחמת מצוה: זו מלחמת שבעה עממים ומלחמת עמלק ועזרת ישראל מיד צר שבא עליהם ואחר כך נלחם במלחמת הרשות והיא מלחמה שנלחם אם שאר העם: כדי להרחיב גבול ישראל ולהרבות גדולתו ושמעו: *ante omnia gerit rex bella mandata, nempè septem populorum & Amalek: juvatq; Israël contra hostes ipsi supervenientes. postea demum suscipit prælia majestatis contra gentes alias, ut dilatet terminos regni & augeat magnitudinem eius unâ cum famâ.* E quibus verbis apparet Bella Hebræorum fuisse vel *Defensiva* contra incursus vicinorum, vel *Offensiva*, etiam adversus non lacessentes; hæcque rursus duplicia, vel *Legalia*, quæ Moses præceperat, vel *Vltronea* quæ quisq; pro dilatatione imperij spontè susceperat: de quibus Theor. seq. nunc illud excutiendum est prius, quod de Amalek adjunxerat. jubentur illi omninò deleri, ut nè quidem vestigium sub cælis amplius extet. Deut. 25. ult. victoriæ verò memoria in solis chronicis conservetur Exod. 17 1. R. Mosche de Kozi præc affir. 116 & rursus pr. negat 22, item Maym H. Mel. cap. 5. §. ; מצות עשה לאבד זכר עמלק שנ׳ תמחה את זכר עמלק ומצות עשה לזכור תמיד מעשיו הרעים ואריבתו כדי לעורר איבתו שנ׳ זכור את אשר עשה לך עמלק מפי השמועה למדו זכור בפה לא תשכח בלב שאסור לשכוח איבתו ושנאתו: *legem habemus quæ jubet nos perdere memoriam Amalek. & sonat (Deut. 25. 19.) dele memoriam Amalek. Item aliam, quæ jubet nos contra, meminisse jugiter operum eius malorum & insidiarum, ut excitemus (vel acuamus.) iras nostras adversus eum; quæ sonat (vers. 17.) recordare quid fecerit tibi Amalek. ex orali Kabala didicimus, verbum textus*: Recordare: *referri ad os, (quo jugiter id narrandum sit) sed verba (vers, 19.)* Non obliviscaris: *respicere cor, nè unquam obliviscantur illius odij.* Quid ergo est illud grande nefas, cujus indesinenter meminisse debent: oportet Amalekitas insigne quoddam hostilitatis specimen edidisse, aut facinus patrasse præ aliis notabile, quo tàm irreconciliabile odium & vindictam perpetuam meriti sint erant enim aliàs Judæorum agnati, ex Esau oriundi, Genes. 36. 12. unde & Edomæi descendũt. vers 9. quibus tamẽ parcere jussit DEUS, Deut. 2. 5. cur igitur isti sunt deterioris cõditionis? Id scriptura duobus verbis innuit, Deut. 25. v. 18. ויזנב הנחשלים *decaudicavit debiles.* quod nostri interpretes metaphoricè accipiunt de agminis extremitate trucidatâ, quia Græci sic reddiderunt, ἔκοψε τὴν οὐραγίαν,

ἐκο-

τοὺς κοπιῶντας ὀπίσω σου. Iudæi vero quibus ex lege incubuit istorum particularius meminisse, ad verbum exponunt: amputasse virilia quibusdam lassis de tribu Dan, qui tardius erant secuti, in exprobrationem & contemptum circumcisionis. audiamus ipsosmet narrantes R. Bacchai sub finem Parsæ Ki Teze. חותך מילה וזורק כלפי מעלה ואומר טול מה שבחרת והיה עושה זה מאותן חסרי כח הזנבות זהחלושים שבהן מחמת עונות שהיה הענן פולטן וכתוב למעלה מן העין החזיקה במבושיו בא שמואל עה׳ ופרע להם שנ׳ וישסף את אגג היה מחתך את בשרו כזתים ומאכיל לנעמוניות מהו עמלק עם לק עם שבא ללקק דמן של ישראל ככלב ר׳ לוי בשם ר׳ שמעון בן חלפתא אומר למה היה עמלק דומה לזבוב שהוא להוט אחר המכה כך היה עמלק להוט אחר ישראל: *abscidit membra circumcisionis & proiecit sursum versus cœlum dicens:* TOLLE QVOD ELEGISTI! *(Deum irridens: ut Iulianus Apostata Christum, occlamans: Vicisti Galilae!) hocque fecit languidis illis in extremo agminis, quos (via Comes & monstratrix) nubes eiecerat (nescio quid hoc sit alterius miraculi.) congruit quod eodem capite scribitur. (vers. 11.) in simili negotio, de muliere verenda contrectante. Sed venit Samuel, & vindicavit hoc scelus quando dilaniavit regem eorum Agag. (1. Sam. 15. 33.) hoc est, jure talionis amputavit (præputiatam) carnem illius, olivas solent putare. & in cibum proiecit struthionibus. Quid notat etymon Amalek* עם לק *populum qui lambit, scilicet sanguinem Israelis, veluti canes. R. Levi. nomine R. Simeon f. Chalatiphtæ ait: similes esse muscis, qui ulceribus inhiant avidißimè.* Habent hoc ex antiquissimo Targum Ionathæ ben Vziel, qui vers. 18. capitis 25. Deut. sic reddidit chaldaicè. דארעו יתכון באורחא והוה קטיל בכון כל דהוה מהרהר למסטי בתר מימרי הנון גובריא דמשבטא דבית דן דהוה בידיהון פולחנא נוכראה והוה עננא פליט יתהון ורבית עמלק מקביל יתהון וקטע בית גבריהון ושדי לעילא ואתון בית ישראל הויתון לעין ומשלהין מסוגי שעבודא דמצראי ומן דלוחי גללי ימא דעברתון במציעיהון ולא דחלו בית עמלק מן קדם יי׳: *quæ occurrerunt vobis in via cum occidit è vobis quotquot cogitârunt declinare (*ἀπὸ τοῦ λόγου *à sermone meo scilicet viros tribus Dan, inter quos erat cultus alienus (Idolorum.) hos eiecit nubes (in columnæ formam castra præcedens (*Exod. 13. 21*) sed excepit eos Amalek & amputavit loca virilitatis eorum, proiecitque sursum: tunc vos Israelitæ laßi eratis & fatigati, à recessu servitutis AEgyptiacæ, præq; terrore fluctuum maris, per cuius medium trajeceratis: at Amalekitæ nil reverebantur* DEVM. *R. Salom. Iarchi in com. s. h. l. ait etiam nefandâ sed ipsis consuetâ libidine Israelitas incestasse: quo*

vel ſolo crimine diram internecionem meruiſſent. קרך לשון קרי וטומאה שהיה מטמאן במשכב זכר *vox Accidit ſumitur (eo ſignificatu quo ſupra cap. 23. verſ. 10.) de accidente pollutionis: quoniam abuſi ſunt illis prædicando.* Ut ut ſit, hoc certum eſt, in lege magis exoſos fuiſſe Deo, quàm ullos vicinarum gentium, nec vitâ tantum & fortunis, ſed etiam omni mentione nominis apud poſteritatem, ſpoliari juſſos. Erat hoc primum bellum Iſraelis, & putant etiam fore ultimum. Nam ipſe Moſes id cœperat ſtatim ab egreſſu Exod. 17. 11. vincens quamdiu palmas in ſublime porrigeret: quia verò nondū omnes deleti ſunt, exiſtimat Commentator Maymonidis, ad marg. cap. 5. Melach. reſervari cæteros Victori Meſſiæ, ſemper Auguſto; dicens מצוה זו אינה נוהגת עד ימות המשיח לאחר כיבוש הארץ *præceptū hoc non prorſus impleri ante tempus Meſſiæ, qui ſubacturus ſit terram* (quod fiet intra proximos 39. annos: niſi calculus recentium Rabinorum, & nominatim R. Eſaiæ Anav. in præfatione Calendarij ſui, fallit, quod equidem valdè ſuſpicor).

Quamvis verò ſcriptura vacationem à militiâ quibusdam indulſerit. Deut. 20. v. 5. 6. 7. de quo privilegio infra Theor. ſeq. dicetur amplius; ea tamen immunitas nemini conceſſa fuit in bellis legalibus ſeptem populorum & Amalek, contra quos univerſi, etiam ſponſus è thalamo in aciem prodire debuerunt. סמג pr. aff. 20. & רמבם H. Mel. 7. §. 4. ברא שמחזירים אנשים. אלו מעורכי המלחמה במלחמת הרשות. אבל במלחמת מצוה הכל יוצאין ואפילו חתן מחדרו וכלה מחופתה *quæ dicta ſunt de remiſſione virorum è caſtris, intelligantur de bello majeſtatis: at in præcepta bella omnes exeunt, etiam ſponſus è cubili & ſponſa è velamine ſuo (ſub quo in ſolennitate nuptiali copulantur. Ioel. 2. 16.)* Hinc igitur longè faceſſat omnis metus, aſſumantur verò ſpiritus generoſi & bonæ ſpei de certâ victoriâ pleni. molles enim & degeneres animi, non tantùm per ſe nil efficiunt præclari, ſed etiā contagione ſuâ ſtrenuos quoſq; inficiunt, ut unâ relaxentur & vincendi occaſiones perdant. Itaque lex tàm ſeriò totque verbis inculcat, ut omni pavore abiecto, viriliter agant. Deut. 20. 3. quæ Moſes Kozæus ad ſingulos actus hoſtiles referens, hoc modo explicat. pr. neg. 231. אל ירך לבבכם אל תיראו ואל תחפזו ואל תערצו מפניהם ד׳ לאוין הללו ענין אחד הוא והן כנגד ארבעה דברים שמלכו אומות העולם עושים במלחמה מניפין בתרסיסיהן להקישן זה לזה כדי להשמיע קול שיפחדו כנגדם וינוסו ומצהלין בסוסיהן להשמיע שעטת סוסיהן וצווחין בקולם ותוקעין בשופרות ובמיני משמיעי קול והזהירה תורה לכך אל ירך לבבכם מצהלית סוסים ואל תראו מהנפת תרסיסין ואל תפחדו מקול הקרנות ואל תערצו מקול הצווחה כי ה׳ אלהיכם ההולך עמכם להלחם לכם עם אויביכם להושיע

להושע אתכם *nè mollescat cor vestrum, nè paveatis, nè trepidetis, nè formidetis ipsos. Quatuor prohibitiones istæ sunt unius & eiusdem significationis, sed opponuntur totidem actionibus, quas solent reges gentium edere in prælio. quatiunt scuta sua ut collidantur invicem, & audientes timore percellantur fugiantq́ʒ: provocant equos ad hinniendum, & impellunt ut latè personet strepitus ungularum: conclamant voce arduâ: & clangunt insuper taratantaris. adversus tot formidabilium sonorum species præmunivit eos lex sigillatim, addens, si fiduciam habuerint,* DEUM *fore secum in pugnâ, & contra hostes auxiliaturum.* Insignis est locus Maymonidis, sub finem cap.7. Mel. quo velut classico militum suorum animos incendit, ut in tàm justis bellis vitam pro lege profundere nil dubitent: jubens tunc omnem familiæ & propinquitatis curam, penitus ex animo delere; quæ ipsorum quidem animos enervet, alteris tamen nequicquam prosit: admiscens quoque minas, quàm gravem DEI offensam contrahunt, qui mandata eius militaria tàm segniter exequātur, tùm verò quàm injurij sint in cōmilitones, qui pusillanimitate suâ illorum ardores hebetent, sicque cæsorum sanguinis quodammodo rei fiant: erigens tandem & consolans eos, qui fortiter occumbunt, ituros paradisum, affatim ibi recreandos. מאחר שיכנס בקשרי המלחמה ישען על מקוה ישראל ומושיעו בעת צרה וידע שעל יחוד ה׳ הוא עושה מלחמה וישים נפשו בכפו ולא יירא ולא יפחד ולא יחשוב לא באשתו ולא בבניו אלא ימחה זכרונם מלבו ויפנה מכל דבר למלחמה וכל המתחיל לחשוב ולהרהר במלחמה ומבהיל עצמו עובר בלא תעשה ולא עוד אלא שכל דמי ישראל תלויין בצווארו ואם לא נצח ולא עשה מלחמה בכל לבו ובכל נפשו הרי זה כמי ששפך דמי הכל שנ׳ ולא ימס את לבב אחיו כלבבו והרי מפורש בקבלה ארור עושה מלאכת ה׳ רמיה וארור מונע חרבו מדם: וכל הנלחם בכל לבו בלא פחד ותהיה כוונתו לקדש את השם בלבד מובטח לו שלא ימצא נזק ולא תגיעהו רעה ויבנה לו בית נכון בישראל ויזכה לו ולבניו עד עולם ויזכה לחיי עולם הבא שנ׳ כי עשה יעשה ה׳ לאדני בית נאמן וגו׳ והיתה נפש אדני צרורה בצרור החיים את ה׳ אלהיך: *postquam intravit obligationē militiæ, nitatur super eum qui est expectatio Israel, servator eius in tempore afflictionis (Ierem. 14. 8.) & sciat, quòd pro confeßione unitatis divinæ pugnet, gerat igitur securè animam in manu suâ (h. e. periculum vitæ nil reformidet. phrasis è Iob. c. 13. v. 14.) neqʒ cogitet de uxore suâ vel liberis, sed memoriam illorum procul è corde removeat, in id solum intentus quod belli est. nam si inciperet fluctuare cogitationibus, non tantùm confunderet seipsum, sed etiam peccaret contra vetitum legis. Quin imò totius populi sanguis pendet à collo suo. si enim succumbunt, ipse verò non satis strenuè pro cunctis viribus pugnavit, perinde habetur, ac si cruo-*

rem omnium ipse fudisset, sicut dicitur (Deut. 20. 8. *revertatur, nè liquefaciat cor fratrum ut suum. huc etiam accommodat Kabala illud* (Ierem. 48. 10) *maledictus qui peragit opus Domini negligenter, & execrandus qui prohibet gladium suum à sanguine. Contra, qui prælio instat omni conatu, absq; trepidatione, cum proposito sanctificandi numen, is victoriæ securus confidenter sperare debet. nihil sibi nociturum vel eventurum adversi, sed paratum iri domum in Israel, congruam sibi & filiis post se in perpetuum, & habitum iri dignum æternâ vitâ, sicut dicitur* (1. Sam. 25. vers. 28. 29.) *parabit* DEVS *domino meo domum stabilem, quia prælia Domini præliatus est: eritq; anima eius colligata in fasciculo vitæ cum* DEO *suo.* Quis est tàm imbellis, qui tali classico non animetur? aut in certam ruere mortem formidet? sæpè miratus sum quid sit illud quod Turcas, homines barbaros & si cũ Christianorũ industriâ conferas, multò nobis inferiores tàm pertinaciter in acie retineat, ut aliquando se nostris ultrò quasi sacrificandos exhibuerint; sed nunc mirari desino, postquam in eorum Bibliis, Alkuranum dico, tot cohortationes ad fortitudinem inveni, suffultas paradisi promissionibus plusquam Sybariticæ, quâ vix ipse Sardanapalus optare possit suaviorem, quis non ejus quam citissimè campos fieri festinet, cui summum bonum in hisce delitiis repostum? Suretâ *Imrani* patris Mariæ (quem Epiphanius *Ioakimum*, vulgus *Eli* nonat, Muhammedes verò Mosis parenti cognomine facit) v. 168 & 169

وَلَا تَحْسَبَنَّ ٱلَّذِينَ قُتِلُوا فِي سَبِيلِ ٱللَّهِ أَمْوَاتًا بَلْ أَحْيَاءٌ عِنْدَ
رَبِّهِمْ يُرْزَقُونَ ۝ فَرِحِينَ بِمَا آتَاهُمُ ٱللَّهُ مِنْ فَضْلِهِ وَيَسْتَبْشِرُونَ
بِٱلَّذِينَ لَمْ يَلْحَقُوا بِهِمْ مِنْ خَلْفِهِمْ أَلَّا خَوْفٌ عَلَيْهِمْ وَلَا هُمْ يَحْزَنُونَ ۝

nequaquam existimes eos qui occisi sunt in semitâ DEI *(hoc incompetente titulo semper appellat latrocinia sua) mortuos sed vivos; apud Dominum suum sustentantur: lætantes eo quod suppeditat ipsis* DEVS *de abundantia sua: & delectantur. quos non sollicitat quicquam de superstitibus, an terror (vel periculum) sit super eos. nec ipsi (amplius) contristantur.* Et eadem Suretâ, paulò anterius, versibus 154. 155. exprobrat meticulosis ignaviam, qui se morti obiicere dubitant, sperantque domi fore tutiores, respondens, mortis horam esse fatalem, quàm

nè domi

nè domi quidem evitare liceat, foris autem in militiâ occumbentes, gaudere insuper duplici privilegio, quod & peccati veniam consequâtur, & ab universali judicio sint immunes, si credere fas est!

يا ايها الذين امنوا لا تكونوا كالذين كفروا وقالوا لاخوانهم اذا
ضربوا في الارض او كانوا غزا لو كانوا عندنا ما ماتوا وما قتلوا
ليجعل الله ذلك حسرة في قلوبهم والله يحيي ويميت والله
بما تعملون بصير ولين قتلتم في سبيل الله او متم لمغفرة من
الله ورحمة خير مما يجمعون ولين متم او قتلتم لالي الله تحشرون

ô vos quicunq; creditis: nè sitis sicut illi qui abnegant, & dicunt de fratribus suis cùm pugnant in terrâ, aut gerunt se strenuè si manerent nobiscum, non morerentur, nec occiderentur! si ponit DEUS *tale scandalum in corda eorum. Sed* DEUS *est qui vivificat & mortificat: is omne id quod agitis intuetur. Quod si occidamini in semitâ* DEI *aut moriamini, remißio erit à* DEO *& misericordia, melior eo quod congregatis: & sic occumbatis ac interficiamini, non ad* DEUM *sistemini.* Huc ergò properate, ô bis miseri homines, qui malesuadæ cōscientiæ præsagio judicium metuitis; an id fortè vestro cruore possitis redimere! sicut & morientes Iudæi, veræ salutis ignari dicunt תהי מתתי כפרה על כל עברותי *sit mors mea expiatio cunctarum transgreßionum mearum*, eoque velut epiphonemate ultimo, infelices animas, nescio quorsum! exhalant.

Nunc è diverticulo in viam h. e ad bella Iudæorum: in quibus semper & ante omnia pacem offerre hostibus oportuit, etiam illis septem populis quos DEUS specialiter voluit extirpatos. R. Mos. Mik. pr. aff. 18. מצות עשה לקרא אפילו לשבעה עממים לשלום כל שכן למלחמת הרשות עם שאר האומות *jußio legis est, acclamare prius pacem, etiam septem gentibus; quantò magis in bello potestatis cum cæteris nationibus? & alter Moses AEgyptius, init. cap. 6. Malach.* אין עושין מלחמה עם אדם בעולם עד שקוראין לו שלום. אחד מלחמת

הרשות ואחרמלחמ ת מצוה שנ׳ כי תקרב אל עיר להלחם עליה וקראת אלוה לשלום *non infertur bellum cuiquam homini in mundo, niſi prius oblata pacis conditione; ſive Maieſtatis bellum ſit ſive Legale, quia dicitur* (*Deut.* 20. 10.) *cum approquaveris urbi ut oppugnes eam, acclamato illi pacem.* Continebat autem illa pacis oblatio tria petita, quorum primum religionem & bonos mores, alterum facultates, ultimum corporalia ſervitia concernit prout ea Kozæus ibid. enumerat. מה היא השלום שקוראין סבקשים מהן שלשה דברים שיקבלו שבע מצות שנצטוו בני נת עליהם ושיהו למסעובד ושיהו עבדים כבושים תחת יד ישראל לעשות ככל אשר יצוה המלך: *quænam ſunt illæ conditiones pacis? poſtulant ab eis tria, 1. ut recipiant ſeptem præcepta filiorum Noæ* (*quæ declarabuntur infr. Theor. ſeq.*) *2. ut fiant tributarii. 3. ut ſint ſervi, humiliati ſub manus Iſraelitarum, & omnia facere parati quæ Rex juſſerit.* Reperio tamen exceptionem de Moabitis & Ammonitis, ex inceſtu Lothi natis. gen. 19. v. 37. 38. pacem ipſis ſolis non fuiſſe oblatam; conceſſam verò ſi ultrò eam rogarint Pr. Negat. 228. כתוב בעמון ומואב לא תדרוש שלמם וטובתם כל ימיך לעולם ואעפ שאין שואלין בשלומם השלומו מעצמן תחילה מקבלין אותן שנ׳ בטוב לו לא תוננו יכול אף אילו א׳ ר׳ אליעזר ממיץ ברא׳ בדרישת שלום אבל תשלומי שלום מותר עם עשו עמך חסד כדור עשה חסד עם חנון כאשר עשה אביו עמו וישלח לנחמו: וגו׳ *de Ammon & Moab præcipitur* (*Deut.* 23. 6.) *non quæras pacem vel bonum eorum, ullis diebus tuis in ſeculum.* (*qui textus videtur priori contradicere: ſic autem conciliatur.*) *quamvis non quæratur pax eorum, ſi tamen pacis conditiones ipſi ſponte præſtent, recipiuntur: quia dicitur* (*ibid. verſ.* 17.) *in bono ſuo non populeris eum.* (*licet de ſervo dictum, tamen*) *etiam hos comprehendit. Ait. R. Eliezer Mimmiz. intelligendum eſſe tantum de oblatione pacis, non receptione, quæ permiſſa ſit ſi tibi quoq; fecerint benignè. exemplo Davidis, qui Hanonem, novum regem Ammonitarum per legatos conſolatus eſt* (*quia defunctus Pater eius, pridem ſibi miſericordiam exhibuerat.* 2. *Sam.* 10. 2. *quod tamen conſilium poſtea malè ceſſit.*) Ecce verò Dei mirabile judicium! quamvis belli dux Ioſua pacem omnibus Chananæis obtulerit, ſpreverunt tamen eam plerique: quod ſcriptura factum eſſe dicit à Domino ut induraret corda eorum, & excinderentur univerſi, nec ſupereſſet gratiæ locus, Ioſu. 11. verſ. 20. Aiunt veteres: non tantùm obtuliſſe pacem, ſed etiam fugiendi locum & occaſiones aperuiſſe, miſſis ad eos legatis. Maym. H. Mel cap. 6. §. 5. eiuſq; cõmentator in marg. מפורסם הוא בירושלמי פו״ דמסכ׳ שבועות אמר רבי שמואל בר נחמן שלש פרוסטגמא יות (פי׳ כתבים) שלח יהושע עד שלא נכנס לארץ הראשון מי שרוצה לברוח יברח והור ושלח מי שרוצה להשלים

להשלים ישלים והזור ושלח מי שרוצה לעשות מלחמה ועשה גרגשי האמין להקב״ה והלך לו לאפריקי דכתי עד באי ולקחתי אל ארץ כארצכם זו אפריקי *declaratum est hoc in Talm. Ierosolymitano (quod ad differentiam vulgaris Babylonici sic nominatur) cap. 6. Maß. Iuramentorum; dixisse R. Samuelem f. Nachman: Tria diplomata præmisit Iosua (per feciales vel caduceatores) antequam intraret terram, in primo perscriptum erat,* FVGIAT *qui vult: in secundo,* DEDAT *se qui vult: in tertio* PVGNET *qui vult. Ex solis Gergesæis multi crediderunt* DEO, *& fugerunt in Aphricæ provinciam, quæ (Esa. 36. 7.) terra, terræ Chananæorum simillima dicitur (ideò inter cæteros qui restiterunt, non recensentur Ios. 9. 1. & Deut. 20. vers. 17. etiam omittuntur.)* Ex Hevæis autem soli Gibeonitæ postquam pacis conditiones primùm spreverant astu tandem vitam suam servarunt; lacero habitu iter longinquum simulantes Josu. toto cap. 9. In cæteros omnes absque sexus vel ætatis discrimine, acriter fuit sævitum extat enim severissima lex Deut. 20. 16. non relinquendum esse ullum quod spiret. In bello majestatis, imbellis turba fœminarum & parvulorum, misericordiam inveniunt; at in hoc legali omnes à minimo ad maximum æquali sorte jugulantur, ut nè nuncius quidem stragis supersit qui posteris enarret. Præc. neg. 225. כל מי שבא לידו אחד מן השבעה עממין ולא הרגו עובר בלא תעשה בעוד שישראל שוכנים באי׳ שנ׳ לא תחיה כל נשמה וכבר נמחה זכרם מתחת השמים *quicunq; non interficit eum, qui de septem populis venit in manus suas, peccat contra legem, quæ ullam animam relinquere vetat. sed id obtinuit tantùm in terrâ Israel: & pridem deleta est memoria eorum sub cœlis.* Ideò Saulus hoc nomine non modò graviter reprehenditur, quod regi Amalekitarum Agago pepercerit, sed etiam eâ de causâ reprobatur. 1. Sam. 15. vers. 9, & 23. regno ab hæredibus ablato. Sic & capitaneum Ioab aiunt legi non satisfecisse, quòd Edomæorum mares tantùm sustulerit non fœminas, 1. Reg. 1. 15. ex ambiguitate vocis זכר, quàm præceptor perperam legere docuerit, ea propter à discipulo confossus factum hoc indigitat Elias levita in præf. Mas. ham. mihi p. 71. unde postea Grammatici ad controversiam originis vocalium transumunt; legitur autem plenè in Talm. Basâ postrema, fol. 21. b. ubi de ludimagistris sermo est, qualis nam puerulis sit adhibendus. א׳ רבא הני תדי מקרי דרדקי חד גריס ולא דייק וחד דייק ולא גרס מותבינן ההוא דגריס ולא דייק שבשתא ממילא נפקא רב דימי מנהרדעא אמר מותבינן דדייק ולא גריס שבשתא כיון דעל על דכתיב כי ששת חדשים ישב שם יואב וכל ישראל עד הכרית כל זכר באדום כי אתא לקמיה דדוד א׳ ליה מאי טעמא עבדת הכי אל דכתי׳ תמחה את זכר עמלק א״ל והא אנן זכר קרינן אמר ליה אנא וכר

אקריון אולשייליה לרביה א"ל היאך אקריתן א"ל וכר שקל ספסירא למיקטליה א"ל אמאי דכתי' ארור עושה מלאכת ה' רמיה א"ל שבקיה לההוא גברא דליקים בארור א"ל כתיב וארור מונע חרבו מדם קטליה: *inquit Raba, inter duos pædagogos, quorum unus doctrinam vocum alter minutias grammaticales tradit, uter est præficiendus? an ille qui doctrinam? quia error contingit circa voces! contradicit R. Dimi de Nehardeâ, præferendum potius qui subtilitates etymologiæ doceat, quia non levius erretur. v. g. ob discrimen* עַל *&* עַל *(quorum illud excelsum, hoc supra vel contra, significat.) Scriptum est (1. Reg. 11. 16.) semestri mansisse Ioabum in Edom, usq; dum exciderit omnes masculos illius. occurrens igitur Davidi, rogatus fuit, quare sic fecerit, respondit, quia (Deut. 25. 19.) legatur* זָכָר *regeßit rex suos* זֵכֶר *legere. abiens itaque consuluit Doctorem suum; quomodo tu nos instituisti? & cum* זָכָר *repeteret, libravit ensem ut ipsum interficeret, quia scriptum est (Ierem. 48. 10.) maledictus qui facit opus Domini negligenter, rogante autem Doctore, ut se dimitteret, virum quem jam maledictione percusserint: respondit (legi ulterius ibidem) execrandus qui prohibet gladium à sanguine: sicq; ipsum occidit.*

Sub finem quæritur, annon crudelis sit lex, quæ tot populos absque misericordia extinguere jubet, neque parvulis parcit ab uberibus matrum pendentibus? estque inter Christianos etiam controversia, utrum Barbaros religionis propagandæ prætextu invadere possimus, si non lacessant? nec probant omnes Hispanorum facinora, qui in America (fatente proprio quodam Episcopo) intra semiseculum, ultra viginti hominum milliones plerosque non malè de se meritos, mactarunt. Ita sanè Chananæis etiam hoc dirum fuit visum, ut Iosuam latronem vocitarint, sed in DEI jussa ex arcano justissimoque judicio profecta, nostrum non est curiosius inquirere. Referunt Talmudici Gergesæos (quos in Africâ exulasse dixi) quando Alexandri M. tempore ipsi & Iudæi, sub unum illud & commune caput redacti erant, restitutionem patriæ per vim ablatæ, postulasse; sed è lege convictos iterum acquievisse. Perek Chelek pag. 91. circ. med. תנו רבנן בעשרים וארבעה בניסן איתנטילו דימוסנאי מיהודה ומירושלים כשבאו בני אפריקיא לדון עם ישראל לפני אלכסנדרוס מוקדון אמרו לו ארץ כנען שלני היה ארץ כנען לגבליתוה וכנען אבוהון דהנהו אנשאי הוה א' להו גבוה בן פסיסא לחכמים תנו לי רשות ואלך ואדון עמהן לפני אלכסנדר אם ינצדוני אמרו הדיוט שבנו נצחתם ואם אני אנצח אותם אמרו להם תורת משה נצחתכם נתנו לו רשות הלך ודן עמהם א"ל מחיכן אתם מביאן ראיה אמרו לו מן התורה א"ל אף אני לא אביא לכם ראיה אלא מן התורה שנ' ארור כנען עבד עבדים יהיה לאחיו עבד שקנה נכסים עבד למי ונכסים למי ולא עוד אלא שחרו

שהרי כמה שנים שלא עבדתונו א' להם אלכסנדרוס מלכא החזירו לנ' תשובה א"ל תנה לן זמן שלשה ימים נתן להם זמן בדקו ולא מצאו תשובה מיד ברחו והניחו שדותיהן כשהן זרועות וכרמיהן כשהן נטועות ואותה שנה שביעית היתה *tradunt nostri Doctores, 24. die mensis Nisan, remotos esse Syndicos à Iudâ & Ierusalem (qui nomine expulsorum, de postliminio agebant.) venerant enim Africani, ut litigarent cum Israële coram Alexandro Macedone, asserentes terram Canaan esse suam, quia in legē passim (ut Num. 34 1.) à se denominetur, qui oriundi sint è patre Canaan. Itaq; Gaboah filius Psisæ rogavit à sapientibus veniam, dicens: ego pace vestrâ ibo & cum illis litigabo. quod si me vicerint, superest vobis respondere, vicistis plebeium è nobis (erat enim corpore gibbosus, sed ingenii subtilissimi.) at sin ego vincam, dicite legis virtute factum esse. Impetratâ igitur licentia disceptandi cum illis, primùm quasivit, unde vos deducetis vestras probationes? cum respondissent, è lege: subjecit, nec ego aliunde asseram meas. scribitur inibi (gen. 9. 25.) maledictus esto Canaan, servusq; servorum sit fratribus. si quid servus acquirit, cuinam debetur illud & ipsemet? sed vos insuper tot annis nobis non servijstis! jussit eos Alexander hoc refutare; petierunt dilationem triduanam, quâ concessâ cum nihil responsionis invenirent aufugerunt, relinquentes agros seminatos vineasq; plantatas. & hoc ipsum contigit anno septimo sive Sabbatico.*

Theor. XVII.

Suscipiebat tamen & ultronea, pro dilatatione imperii.

BELLA Iudæorum fuisse duplicia, legis & majestatis, jam supra dictum est; & hactenus quidem de legalibus actum, à quibus nemo immunis erat: nunc sequuntur spontanea, quæ nec omnes obligabant, nec suscipi poterant invito Synedrio. Rex igitur arma finitimis illaturus, necessariò prius deliberabat cum magno senatu; citra cuius consensum miles non exibat. Maijm. H. Melach. 5. 2. מלחמת מצוה אינו צריך ליטול בה רשות בית דין אלא יוצא מעצמו בכל עת וכופה העם לצאת אבל מלחמת הרשות אינו מוציא העם בה אלא על פי בית דין של אחד ושבעים: *in bello quidem legali non opus habebat impetrare licentiam à senatu, sed exibat quovis tempore, cogens populum exire secum: at in bellum Majestatis non educebat exercitum, nisi de sententiâ Synedrii magni unius & septuaginta judicum. Id. H. Sanh. cap.* 5. §. 3. ex 8. c. Mass. Sotah. לא מוציאין למלחמת הרשות אלא על פי בית דין

Q

הגדול שנ׳ כל הדבר הגדול יביאו אליך *non itur in bellum potestatis, absque consensu senatus magni, quia dicitur (Exod. 18. 22.) omnes res magnas ad te referent.* Hoc impetrato proximum erat ut milites lustraret, & eos quibus lex abessendi veniam largitur, domum remitteret. Immunes enim erant ab hâc militia, quatuor hominum species, ædificantes, plantantes, neogami & meticulosi, Deut. 20. versib. 5. 6. 7. 8. quod privilegium Rabini latius extendunt atque in hunc qui sequitur modum, explicant Hal. Mel. cap. 7. §. 4. אחד הבונה בית לישיבתו ואחד הבונה בית הבקר בית העצים בית האוצרות הואיל וראוי לדירה ואחד הבונה ואחד הלוקח ואחד שניתן לו במתנה או היורש הרי זה חוזר *perinde est sive quis ædificet ad inhabitandũ, sive pro pecoribus, sive pro lignis, sive granariũ (pro frugibus reponendis) modò id ædificiũ habitationi cõgruũ sit. æquiparatur etiã ædificanti, qui accipit aliunde, ut dono vel hæreditate: omnes hi revertuntur.* Excipiuntur qui voluptuaria tantùm, ut aulas vel fornices ad ornatum ædificant; aut in exoticis terris quamcunque casam Ibid. & §. 10. אבל הבונה בית שער אכסדרא או מרפסת או בית שאין בו ארבע אמות על ארבע אמות או הגוזל בית הרי זה אינו חוזר וכל הבונה בית או ניטע כרם בחוצה לארץ אינו חוזר עליהן *at qui atrium, exedram, vel porticum ædificat, aut tugurium quod non est quadrangulum, vel injustè rapit domum, ecce is non habet privilegium revertendi: ut nec ille, qui extra terram Israel ædificat vel plantat, propterea immunis est.* De novis ædibus quas dominus, vel aliis locat pro annuâ pensione, vel obseratas nemo incolit, difficilior est quæstio. Eod. §. 10. בנה בית והשכירו לאחרים והקדים לו שכרו הרי זה כמי שחנכו נתן לו שכרו לאחר יב׳ חדש הרי הוא כמי שלא חנכו עד עתה בנה בית ונתן בו חפציו ונעל עליהן אם היה צריך לבטל על שמירתן הרי זה כמי שחנכו והתחיל לישב בו ואם אינו צריך לישב ולשמרן הרי זה כמי שלא חנכו *si quis domum ædificans, locat eam aliis, & primam mercedem accipit, perinde habetur ac si eam initiaret: quod si merces post XII. menses primum datur, est ac si nondum initiasset hactenus. Qui verò noviter extructam occludit, abditis ibi rebus suis desiderabilibus, si opus habet diligenti custodiâ, reputatur pro dedicante & inhabitare primùm occipiente; sin custodis præsentiâ nil opus est, æquiparatur nondum dedicanti.* Quod plantantes attinet, lex tantùm de vineâ loquitur, si quis nondum חללו *profanasset eam*, licuisse domum reverti; alludit eâ phrasi ad priscum morem, ubi nemo vinitorum uvis ante quintum annum fruebatur. tribus enim prioribus vinea noviter plantata credebatur inunda, quarto fructus habebantur sacri & à sacerdotibus comedebantur, quinto demum fiebant profani usus, ut ijs vesci liceret colono. R. Sal. Iarch. ad eam

legem.

legem. לא חללו לא פדאו בשנה הרביעית שהפירות טעונין לאכלן
בירושלם או לחללן בדמים ולאכול הדמים בירושלם: *nondum profanavit*
(in textu Deut. 20. 6.) idem est quod nondum redemit anno quarto. nam
fructus tenebantur edi Ierosolymis, aut ipsi, aut pretium è divenditis illuc
deportatum. tunc tripudiare solebant in vineis easque solennibus
choreis initiare, quo phrasis illa simul allusit. ut Ab. Ezra testatur
ad eund. loc. חללו מגזרת. חלילים כי מנהג היה לחול בכרמים: *radix*
hæc hâbet etiam fistulâ canendi significationem, quia mos erat in vineis
saltandi. unde & Græci reddiderunt: οὐκ ηὐφράνθη ἐξ αὐτοῦ. Sed
Rabini extendunt etiam hoc privilegium latius ad omnem qui
quinq; tantùm arbores, quasvis in quovis horto plantat, modò fru-
ctus afferant esui accõmodatos. H. Mel. c. 7. §. 5. אחד הנוטע כרם ואחד
הנוטע חמשה אילני מאכל ואפילו מחמשה מיני מאכל אחד הנוטע ואחד
המכריך ואחד המרכיב זקנה בחברתה שהיא חייבת בערלה. אחד הלוקח;
ואחד היורש ואחד שניתן לו במתנה *perinde est sive quis vineam plantet,*
seu quinq; arbores frugiferas, etiam diversarum specierum (velut pomos,
pyros, ficus, cerasos, oleas &c.) æquiparatur quoque plantanti fodiens, ri-
gans, inserens veteri; qualis compositio etiam tenetur lege de præputiis ar-
borum (Levit. 19. 23. quæ jubet folliculos florum excutere, nè quis fructus
ante triennium enascatur.) Est quoq; tantundem, sive quis emat, seu ha-
reditario jure, sive dono datum accipiat. Exceptiones aliquot ibid. sub-
sequuntur §. 6. אבל הנוטע ארבעה אילני מאכל או חמשה אילני סרק
או שגזל כרם אינו חוזר עליו וכן כרם של שני שותפים אין חוזרין עליו:
at qui quatuor tantùm arbores frugiferas plantat, vel quinque steriles,
aut rapuit vineam (in bello.) non *revertitur. sic nec duo socii qui vineam*
communem habent. pergo ad Neogamos. ij toto anno primo im-
munes erant ab omni officio militari, ut exhilararent uxores suas
noviter ductas, sicut hæc ratio additur Deut. 24. 5. ad quæ verba
notat R. Mose Mikozi pr neg. 230. שנינו בסוטה בפ' משוח מלחמה שלא
יעבור עליהם שום עול מן הצבא לא לספק מים ומזון ולא לתקן את
הדרכים נקי יהיה לביתו *discimus è Maß. Sota capite (8. quod incipit)*
unctus belli: non gravari eos (ut & præcedentes) onere ullo exercitus. non
cogi ad afferendum aquas & cibaria, nec ad ordinandum vias (ut cæteri
bello exempti.) adeoque domi suæ prorsus immunes esse. competit hoc
privilegium cuivis sponso, sive vetulam duxerit sive juvenculam:
illi etiam qui defuncti fratris viduam s[u]perinduxit. Deut. 25. 5 Maym.
H. Mel. c. 7. §. 6. אחד המארס את הבתולה ואחד המארס את האלמנה
וכן אם נפלה לו יבמה אפילו חמשה אחים ומת אחד מהן
כולן חוזרין קדש אשה מעכשיו ולאחר שנים עשר חדש ושלם הזמן
במלחמה חוזר ובאלו: *idem est, sive desponsarit sibi virginem sive viduam*

Q 2

item si acciderit ipsi fratria. quamvis enim quinq; fratres sint (ut in exemplo quod Sadducæi Christo proposuerunt Matth. 22. 25.) si tantùm unus moriatur, redeunt cæteri omnes. Qui matrimonium jam in præsenti contraxit, sed sub conditione temporis, ille complet suos duodecim menses in militia, deinde reversus cum eâ congreditur. Alia est ratio ejus qui repudiatam suam postliminio recepit, aut incompetentem duxit, ille non gaudet hac immunitate. §. seq. 7. המחזיר את גרושתו והמארס אשה האסירה עליו כגון אלמנה לכהן גדול גרושה וחלוצה לכהן הדיוט ממזרת ונתינה לישראל בת ישראל לממזר ולנתין אינו חוזר: *reassumens expulsam suam, aut desponsatus prohibitæ sibi, verbi gratia Pontifex viduæ (contra legem levit. 21. 14.) aut sacerdos gregarius repudiatæ (ibid. vers. 7.) aut plebeius Israëlita spuriæ, vel contra Israëlitis spurio aut Nathinæo, (id est, è Gibeonitis oriundo, quos Iosua vitâ donatos constituit aquatores & lignatores in populo* DEI. *Ios. 9. ult.) horum nemo vacat à militia.* (quia lex de אִשָּׁה חֲדָשָׁה *uxore novâ* loquitur, non post divortium renovatâ.) Supersunt Meticulosi, quos ideò arcere militiâ consultum erat, nè cæteros effœminarent. Accensentur autem illis quoscunque ob patratum facinus aliquod, malè conscia mens trepidos efficit. quia enim ob unius Achan furis maleficium, totus olim exercitus periclitabatur, Jos. 7. vers. 1. & 5. ideò non facilè solebant hebræi facinorosos in castris tolerare, nec sacri exercitus communione dignari: secus quàm fit hodiè, quando adulteri & homicidæ patriâ extorres, in militiam relegantur; unde & minus mirum est, quod ejusmodi sceleratorum colluvies, parum contra Christiani nominis hostem efficit. quid enim foris prosint, qui domi inutiles sunt: R. Mosch. Mikoz. pr aff. 120. מי האיש הירא ורך הלבב ילך וישוב לביתו ולא ימס לבב אחיו כלבבו ר׳ עקיבא או׳ הירא כמשמעו שאינו יכול לעמוד בקשרי המלחמה לראות חרב שלופה רבי יוסי הגלילי א׳ הירא מעבירות שבידו לפיכך אמרה תורה לחזור בשביל בית וכרם ואשה לכסות על החוזרים בשביל העבירות ור׳ יוסי הגלילי מודה לדברי ר׳ עקיבא רק שמוסיף כדמסקינן שם שאם שמע קול קרנות והרתיע או הנפת תריסין והרתיע שהכל מודים שהוא חוזר: *qui timet aut mollis est corde, revertatur domum nè liquefaciat corda fratrum (Deut. 20. 8..) R. Akiba (celebris ille doctor Talmudicus qui 24000. discipulos informavit, & centenario major, in obsidione Bethorensi ob Bar-Cochabum ab Imp. Adriano miserè fuit excarnificatus.) intelligit hunc textum ad literam de illo qui stare nequit in acie, nec sustinet videre strictum gladium. At R. Iose Galilæus intelligit de illo quem conscientia terret propter iniquitates perpetratas. horum turpitudinem ut lex tegeret (honoriq; parceret) jussit ob domum, vineam vel uxorem redire. Galilæus non contradicit Akibæ, sed fatetur;*

fatetur, saltem hoc superaddens, ut inde colligimus. qui enim audito cornuum sono retrocedit, vel percepto scutorum strepitu retroagitur, omnium confeßione domum redit. Sunt etiam qui hoc ad ætatem referunt & natu grandiores, quibus unâ cum juvenili calore, militaris ardor jam deferbuit, eximunt militiâ; quòd simul cum robore corporis, animi quoque ferocia elangueat plerunq;. Ibid. ובספרי תניא ר׳ יוסי הגלילי או׳ הירא הוא בן ארבעים שנה פירוש תש כח ושני תנאים הם אליבא דר׳ יוסי *in vetusto libro Siphri (quem R. Simeon ben Iochai in tredecennali latibulo suo composuiße fertur) extat alia traditio eiusdem R, Iose Galilai, quòd vocem Timidus explicârit de Quadragenario, qui jam sit defectis viribus. ambæ traditiones congruunt ad mentem illius R. Iose.* Notabile est & hoc, quod steriles in militiam non admiserunt: sive id ex dedignatione factum, velut eviratis & parùm masculis quia orbitas olim probri loco habebatur, Gen. 30. 23. 1. Sam. 1. 6. sive seram spem fœcũditatis, incerto belli eventu præcludere noluerint. Maym. H. Melach. 7. §. 8. אלו שאין יוצאין לערכי המלחמה כל עיקר אין מטריחין אותן לשום דבר בעולם : וכו׳ *hi sunt qui non exeunt in aciem belli; omnis sterilis non fatigatur ullo unquam officio in mundo. &c.* Cæterorũ immunitas duravit toto anno: quo tempore ab alijs quoque civilibus oneribus erant vacui. Ibid. §. 9. מפי הקבלה למדו שיהיה נקי שנה בין לבית שקנה בין לאשה שנשא בין לכרם שהתחיל לאכול פריו כל השנה לא שומר בחומה ולא נותן לפסי העיר ולא יעבור עליו שום דבר בעולם לא לצרכי העיר ולא לצרכי הגדוד *orali explicatione didicerunt; immunes esse integro anno tàm ratione domus acquisitæ, quàm uxoris ductæ, aut vineæ cuius fructu primum vesci cœperint. Interea non custodire mœnia, nil conferre ad valla urbis, summa non teneri ullo servitio, nec ad usus civitatis, nec ad neceßitatem exercitus.* Qui verò semel in castra profecti, justis ex causis inde dimittebantur, illorum munus erat quale nunc ferè calonum, lixarum & impedimentorũ: nè in publico labore ipsi prorsus ociarentur, quæsito prætextu ignaviam celantes. § præced. כל אלו שחוזרין מערכי המלחמה מספקין מים ומזון לאחיהם שבצבא ומתקנין את הדרכים : *qui è castris revertuntur, subministrant aquas & alimenta fratribus suis qui sunt in expeditione, ac emendant vias.*

Porrò si qua urbs vel oblatam pacem acceptavit, vel obsidione tentata se certis conditionibus dedidit, recepta fuit in gratiam & vita incolis donata. H. Mel cap. 6. §. 1. אם השלימו וקבלו שבע מצוות שנצטוו בני עליהן אין הורגין מהם נשמה והרי הם למס *si pacem inierint & susceperint septem præcepta quæ iniuncta sunt filiis Noæ, nõ interficitur ex illis anima ulla, sed fiunt tributarii.* ubi sanctè caven-

dum eſt, nè *fides* ſemel ipſis data, ullo prætextu videtur. Ibid. §. 3. ואסור לשקר בבריתם ולכזב להם אחר שהשלימו *nefas eſt fallere fœdus eorum, aut mentiri, poſtquam de pace tranſactum fuit.* ideò punitus legitur univerſus Iſrael triennali fame, 2. Sam. 21. 1. quòd Saulus ſidem fregiſſet, quam Ioſua Gibeonitis pridem dederat. Ioſ. 9. 15. nec potuit hæc fraus aliter quàm ſuſpendio filiorum regis expiari. Quicunque autem illato bello expug: antur, coguntur ad duo, ſcilicet Proſelytiſmum & Servitutem; quorum illud religionem, hoc politiam attinet. ac proſelyti quidem duplices ſunt גרי צדק *juſti* qui cum circumciſione totam legem recipiunt; & גרי תושב *incolæ* qui præputiati manentes, ſola præcepta Noæ ſervant. in claſſem priorem nemo cogebatur invitus, quia lex Maſaica ſolis Judæis data eſt, fatente ipſomet Maymonide H. Med. cap. 8. §. 11. משה רבינו לא הנחיל התורה והמצות אלא לישראל שנ׳ מורשה קהלת יעקב ולכל הרוצה להתגייר משאר האומות. שנ׳ ככם כגר אבל מי שלא רצה אין כופין אותו לקבל תורה ומצות *Moſes præceptor noſter non ſancivit legem alüs quàm Iſraëli, quia dicitur (Deut. 33. 4.) hæreditas eccleſiæ Iacob; & illis qui ſponte volunt nobis aſſociari de reliquis gentibus, quia dicitur* (Num 15. 15.) *ſicut vos ſic peregrinus eſto, at qui non vult, eum neq; cogunt ſuſcipere legem.* perperam igitur egerunt olim Phariſæi Matth. 23. 15. non Chriſto tantùm culpante, ſed ipſis etiam Rabinis agnoſcentibus, dum mare & aridam circumiverunt, ut facerent unum proſelytum, duplo ſe nequiorem. peius verò, avorum memoriâ R. Salomon Molchu, qui Div. Imp. Carolum V. ſeducere attentavit: audacis huius Zeli dignum præmium conſecutus: quod placet Judæorum verbis deſcribere, ex illorum chronico Zæmach David. pag. 61. fac b. רבי שלמה מולכו גר צדק מאונסי פורטיגאל היה סופר המלך ונתגייר במחבא והתחבר אל דוד ראובני הבא ממדינת עשרת השבטים דרך ארץ טרטריאה הגדולה אשר היא הרבה להלאה מנהר גוזן ור׳ שלמה הנ״ל אף שמנעוריו היה משולל מתורת משה מ״מ נעשה מופלג בתורה והיה דורש ברבים באיטליאה ותורגמה וחבר ספר קבלה הוא וחברו דוד היו מדברים עם מלך צרפת ועם קיסר קראלוס התמשי והיו מבקשים להטות את לבם לאמנת ירשאלים אשר בשביל זה ר״ש נדון לשרפה בעיר מנטובה בשנת רצ״ג ועשו רסן בפיו שלא היה יכול לדבר מאומה ישרפוהו ואת דוד ראובני הוליך הקיסר עמו אסור בזיקים לספרד ושם לפי הנשמע סר לו מר המות: *Rabi Salomon Mulcho proſolytus juſtus de exactoribus Portugalliæ, ſcriba erat regis, circumciſus verò clanculum & aſſociatus Davidi Rubenitæ, qui tunc è regione decem tribuum advenerat (in quam Rex Salmanaſſer eos*

bus

huc frequentibus Iudæis habitatam) per Tartariam maiorem, procul inde olim transtulit 2. Reg. 17. 6. sitam ad mare Caspium, ac ut fama est, ad à flumine Gozan. Prædictus ergò Salomon, quamvis à juventute sua Mosaicæ legis expers erat, nihilominus tamen in eâ sic profecit ad stuporem usq;, ut publicè concionatus fuerit in Italiâ & Togarmâ (h. e. Turciâ, ni fallor.) composueritq; librum cabalisticum. Is igitur cum socio Davide regem Galliæ (Franciscum.) & Cæsarem Carolum quintum adiens, conatus est corda eorum inclinare ad fidem Israeliticam. propterea R. Salomo adjudicatus fuit igni Mantuæ Anno 293. (qui nobis est erat 1533.) aptarunt verò frenum ori eius nè quicquam eloqui posset, & sic combusserunt. Sed Davidem Rubenitam (fuscum homuncionem, qui à transmarinis Iudæis, ad Papam Clementem VII. legatus pro auxilio contra idololatras emissus erat) traduxit Cæsar secum catenis ligatum in Hispaniam: ibi aiunt removisse ipsi amaritudinem mortis (locutio è 1. Sam. 15. 32. hoc est exemplo Agag in frusta dissecuisse.) Lubet & ritus obiter considerare, quos in circumcisione proselytorum adhibuerunt. Qui jam ante circũcisi erant, ut Ismaelitæ olim & nunc Turcæ, illis tantùm in testimonium Iudaismi vetus vulnusculum leviter resauciabant. M. H. Milah c. 1. §. 7. גר שנכנס לקהל ישראל חייב מילה תחלה ואם מל כשהיה גוי צריך להטיף ממנו דם ברית ביום השמיני שנתגייר *proselytus qui cooptatur in ecclesiam Israel, ante omnia opus habet circumcisione; at si fortè circumcisus fuerit adhuc gentilis existens, necesse tamen est ab illo elicere sanguinem fœderis die octavo post adoptationem.* quâ ipsâ de causa veteres Rabini diruptionem pelliculæ פריעה dictam, & legislatori Mosi ignoratam, introduxerunt, ut differrent ab alijs gentibus circumcisis; quod institutum palliare nituntur è Iosu. cap. 5. vers. 2. & ad differentiam Samaritanorum addiderunt Baptismum quendã de quo Raf. Alphes Tom. 2 pag. 26. & ipse Talmud Mass. Iefamos fol. 47. fac. a. circ. fin. ת״ר גר שבא להתגייר בזמן הזה או׳ לו׳ מה ראית שבאת להתגייר איאתה יודע שישראל בזמן הזה דוויים דחופים סחופים ומטורפין ויסורין באין עליהם אם אומר יודע אני ואי כדאי מקבלין אותו מיד ומודיעין אותו מקצת מצות קלות ומקצת מצות חמורות ומודיעין אותו עון לקט שכחה ופאה ומעשר עני ומודיעין אותו עונשן של מצות אל׳ הוי יודע שעד שלא באת למדה זו אכלת חלב אי אתה ענוש כרת חללת שבת אי אתה ענוש סקילה ועכשיו אכלת חלב ענוש כרת חללת שבת ענוש סקילה ובשם שמודיעין אותו עונשין של מצות כך מודיעין אותו מתן שכרו אל׳ הוי יודע שהעולם הבא אינו עשוי אלא לצדיקים וישראל בזמן הזה אינם יכולים לקבל לא רוב טובה ולא רוב פורענות ואין

טרבין עליו ואין מדקדקים עליו קיבל מלין אותו מיד נשתיירו בו ציצין המעכבין את המילה חוזרים ומלין אותו שנייה נתרפא מטבילין אותו מיד וב׳ תה״ עומדים על גביו ומודיעין אותו הרי הוא כישראל לכל דבריו אשה נשים מושיבות אותה במים עד צוארה ושני תה״ עומדים לה מבחוץ ומודיעים אותה: *Tradunt Magistri nostri Tannaim* (*h. e. qui ab excidio urbis ad Iudam sanctum usq; vixerunt.*) *si hoc tempore proselytus accedat, quaerendus est: quid quaeso spectasti cur velis circumcidi? an ignoras Iudaeos nunc angi, expelli, dissipari, discerpi & varias castigationes ipsis supervenire? si se ista nosse respondet, nec quicquam simulare, recipiunt quidem sed proponunt ipsi praecepta quaedam levia & quaedam gravia v. g. de spicilegio, & oblivione neglectis, & angulo agri relinquendo* (*levit.* 19. 9) *& decimis pauperum; erudientes ipsum de poenis transgressionum, dicendo: hactenus antequam ad hanc professionem accesseras, impunè comedisti adipem, aut profanasti Sabbathum; nunc verò deinceps ob illud mereris excisionem, ob hocce lapidationem. Contra tamen etiam obedientiae mercedem doceant: scito venturum seculum pro justis & Israëlitis paratum esse, neq; in hâc vitâ, vel bonum omne remunerari, vel puniri malum! Ista breviter tradant, sine ambagibus, sine subtilitate. si recipit, circumcidant. sin laciniae supersint* (*de pristinâ circumcisione*) *veram impedientes, abscindantur & illae secundò. postquam sanatus fuerit, baptizent eum praesentibus binis sapientibus, & porrò informantibus. Ecce talis fit per omnia instar Israelitae! Quod si mulier sit, deducunt eam foeminae ad aquas, ubi mergitur usq; ad collum, assistuntq; foris iterum duo Rabini, qui eam instruant, &c.* Qui circumcisionem sustinere promisit, sed ultra primum annum differt, reputatur pro apostatâ. Maym. H. Mel. 8. 12. כל המקבל עליו למול ועברו עליו יב״ חדש ולא מל הרי זה כמין מן האומות *quicunq; recepit in se circumcidi, sed antequam XII. menses transeant, non praestat, habetur sicut haereticus gentilium* (*quo convitio nos Christianos denominant.*) haec de proselytis justis, qui totam legem suscipiebant: quod arbitrarium erat. Nunc de *Incolis*, qui praeputio retento sola quaedam generalia honestè vivendi praecepta, sibi à victoribus imposita, necessariò servabant; quae à renovatore generis humani, vulgò *Mandata filiorum Noae* appellantur, & numero septem sunt; magnam partem postea in decalogum nostrum relata; prout ea Kozaeus pr. aff. 122. & Ramb. H. Mel. init. cap. 9. recensent. על ששה דברים נצטוה אדם הראשון על עבודה זרה ועל ברכת השם ועל שפיכות דמים ועל גלוי עריות ועל הגזל ועל הדינים אע״פ שכולן הן קבלה בידינו ממשה רבינו והדעת נוטה להן מכלל דברי תורה יראה שעל אלו נצטוה הוסיף לנח אבר מן החי שנ׳ אך בשר בנפשו דמו לא תאכלו נמצאו ז׳ מצות *sex praecepta sunt Adamo primaevo imposita*

impoſita, de Idololatria (nè DEOS *alienos coleret.) de benedictione Numinis (ut hunc ſolum creatorem veneraretur) de ſanguinis effuſione (nè homicidium patraret,) de revelatione turpitudinum (nè vagis aut inceſtis libidinibus contaminarentur.) de rapinâ (nè quid furarentur) & de judiciis (ut juſtitiam publicè adminiſtrarent.) quamvis hæc ipſa nos acceperimus à Moſe noſtro doctore, & recta ratio illuc inclinet. Additum verò fuit Noacho mandatum de membro vivi, ſicut dicitur (gen. 9. 4.) carnem vivam in ſanguine non comedatis: ita facta ſunt in univerſum ſeptem præcepta.* Quæ in primitivâ etiam ecclesiâ Christianorum, gentibus converſis, loco Moſaicæ legis rigidiſſimæ, ex decreto Apoſtolorum & Synodi Ieroſolymitanæ impoſita fuerunt Act 15. 29. & pleraq; Alkuranus etiam inculcat paſſim. Quomodo patriarcharum ſucceſſionibus paulatim aucta ſint, & tandem in abſolutæ legis complementum excreverint, ſubjungit idem §. 2. וכן היה הדבר בכל העולם עד אברהם בא אברהם נצטוה יתר על אלו במילה והוא התפלל שחרית ויצחק הפריש מעשר והוסיף תפלה אחרת לפנות היום ויעקב הוסיף גיד הנשה והתפלל ערבית ובמצרים נצטוה עמרם במצות יתרות עד שבא משה רבינו ונשלמה תורה על ידו׃ *ſic erat res in univerſo mundo uſq; ad Abrahamum, cui venienti additum fuit præceptum circumciſionis (gen. 17. 10.) & ipſemet introduxit preces matutinas. Iſac verò ſeparavit decimas & preces addit diurnas. Iacob autem cauſatus morem de nervo luxato (nō comedendo. gen. 32. 31.) & precatus eſt veſpere. In Ægypto poſtea verſantibus, plura præcepta ſunt Amramo injuncta; donec tandem ſub Moſe lex tota conſummaretur.* Sed illa ſeptem obligant omnes homines ab Adamo vel Noah natos, ideò victis à victore ſub pœnâ mortis impoſita fuerunt. Ead. Hal. c. 8. §. 12. צוה משה מפי הגבורה לכוף את כל באי העולם לקבל מצות שנצטוו בני נח וכל מי שלא קבל יהרג והמקבל אותם נקרא גר תושב בכל מקום וצריך לקבל עליו בפני שלשה חברים. *Juſsit nos Moſes ex ore omnipotentis, cogere omnes mundanos cives, ut ſuſcipiant præcepta filiorum Noæ, aut ſi nolint, eos occidere. Qui autem ea ſuſcipit Proſelytus, vocatur Inquilinus, & neceſſe eſt ut hoc faciat in præſentiâ trium ſociorum (velut teſtium.)* promittũt etiam illa ſervantibus locum in paradiſo: quo judicio ſuo (nec jam diſputo quàm certo.) benigniores ſunt aliquibus Chriſtianis, qui proximum in dogmate minuto errantem, mox diris omnibus anathemat izant: pietatis rigidi cēſores, ſuæ nimis ſecuri §. ſeq, 13. כל המקבל שבע מצות ונזהר לעשיתן הרי זה מחסידי אומות העולם ויש לו חלק לעולם הבא והוא שיקבל אותן ויעשה אותן מפני שצוה בהן הקב״ה בתורה והודיענו ע״י משה רבינו שבני נח מקודם נצטוו בהן אבל אם עשאן מפני הכרע הדעת אין זה גר תושב ואינו מחסידי אומות ולא מחכמיהם *quicunq; ſuſcepit hæc 7. præcepta*

exequi, ecce is est de fidelibus gentium, habetq; partem in seculo futuro! modò faciat hoc ideò quia D E U S *O. M. praecepit ea Mosi & ante ipsum Noa: non quia naturalis ratio suadet. talis enim pro vero proselyto habendus non foret.* hactenus de proselytismo, quæ primaria conditio erat, devictis gentibus imponenda: proxima deinde cura regis, ut sibi victori servirent. Servitus autem duo complectitur, ministerium corporis, & fortunarum contributionem: quæ ambo Maym. H. Mel c. 6. §. 2. sic exposuit: קבלו עליהם המס ולא קבלו העבדות או שקבלו העבדות ולא המס אין שומעין להם עד שיקבלו שניהם והעבדות היא שיהיו נבזים ושפלים למטה ולא ירימו ראש בישראל אלא יהיו כבושים תחת ידם ולא יתמנו על ישרא׳ לשום דבר בעולם והמס שיהיו מוכנים לעבודת המלך בגופם וממונם כגון בניין החומות וחוזק המצודות ובניין ארמון המלך וכיוצא בו שנ׳ וזה דבר המס אשר העלה שלמה וגו׳ *si tributum recipere volunt, at non servitutem; aut hanc sine illo, non audiuntur, donec utrumq; suscipiant. Servitutis autem est ut sint humiles nec attollant caput, sed submittant se manibus aliorum, neq; praficiantur ulli officio in Israel: Tributi verò, ut parati sint inservire regi tàm corporibus suis quàm facultatibus, verbi gratia in structura maniorum, aut fortalitiorum, vel palatii regalis & talium adificiorum: sicut dicitur (1. Reg. 9. 15.) de Salomone, tributariorum operas exigente. &c.*

Restat ut in specie de fœminis bello captis disquiramus, de quibus propriam legem tulit Moses Deut. 21. 11. quæ ideò rectius ad hoc Theorema refertur quàm ad præcedens; quia in bellis tantùm spontaneis locum habuit; non in legalibus: ubi omnes occidi jubebantur, nemo captivus servari. quamvis Cananæorum specialis fuerit ratio. R. Salom. Iarch. ad marg. במלחמת הרשות הכתוב מדבר שבמלחמת ארץ ישראל אין לומר ושבית שביו שהרי כבר נאמר לא תחיה כל נשמה: ושבית שביו לרבות כנענים שבתוכה אעפ׳ שהן מז׳ אומות *de bello potestatis scriptura loquitur, nam de occupatione terra Israël dici non potuit (vers. 10.) captivaveris captivitatem eius, quoniam pridem jusserat (cap. 20. vers. 16.) non vivam relinquere ullam omnium. comprehendit tamen etiam Cananaos in specie, quamvis essent de septem populis extirpandis.* Ideò dicunt hanc legem diu non fuisse usitatam, R. Mos. præc. affir. 122. גרסינן בירושלמי דשבת בשם שמואל או׳ לא הותרו ביפת תואר כל יד׳ שנה שבע שכבשו ושבע שחלקו *legimus in Talm. Ierosolymitano Maß. Schabbas, dixisse Samuelem (rectorem Academia Pombeditana) pulchras fœminas non fuisse concessas totis quatuordecim annis: scilicet septem quibus subegerunt, & totidem quibus diviserūt (terram Canaan.)* Voluit autem D E U S opt. max. ut alibi semper sic in militiâ quoque populum suum sanctum esse, præcipuè verò va-

gis libidinibus abſtinere, quæ vires animi ſimul & corporis enervant ideò ſcorta in caſtris habere vetuit: ſecus quàm faciunt capitanei gentium, quorum exercitus aliquando majori turmâ meretricum oneratur, quàm militum R Bachai Pars â Ki teze. שוחה עמוקה זונה וכן ענין האשה מן השיחה יבא האדם אל ההסתכלות ומן ההסתכלות אל ההרהור ומן ההרהור אל המגע עד שיפול בשוחת העון והוא היה עון הכנענים יושבי הארץ אשר בסבתו הורישם השם ית׳ משם ואפילו באנשי המלחמה היוצאים לצבא אסרתו תורה כדי שיהיה מחנה קדוש ולא יהיו ישראל משולחים בזנות וביתר התועבות כאשר מחנית האומות *fovea profunda meretrix eſt (prov. 23. 27.) & res comparata taliter: à colloquio devenit homo ad conſiderationem, à conſideratione ad imaginationem, ab imaginatione ad contactum, donec cadat in foveam transgreſſionis. Et hoc ipſum peccatum fuit Cananæorum veterum inquilinorum terræ, cuius cauſa* D EUS *illos expulit inde. Ideò nè in militibus quidem lex id tolerat, volens ut caſtra Iſraëlitarum ſint ſancta, non proiecta in ſcortationes aut abominationes cæteras, ſicut caſtra gentilium. (quo nomine Chriſtianos, an verè? taxat.)* Ut tamen lex intuitu fragilitatis humanæ; præſertim licentiæ militaris, ad graviora præcavendum, aliquid indulgeret ſtatuit certas conditiones, quibus mulier captiva in matrimonium duci poſſit, & populo duræ cervicis, ſalutari remedio ſubſequentis conjugii voluit conſultum, ſi quas fortè aſpectu pulchras, ex libidinis impatientiâ compreſſiſſent. quatenus autem hoc permiſſum fuerit, controvertunt invicem Doctores Talmudici, Maſs. Kidduſchin, pag. 21. b. circ. fin. בביאה ראשונה דכולי עלמא לא פליגי דשרי דלא דברה תורה אלא כנגד יצר הרע כי פליגי בביאה שנייה רב אמר מותר ושמואל אמר אסור *de primo congreſſu totus mundus non dubitat quin permiſerit. non tamen loquitur lex niſi reſpectu concupiſcentiæ pravæ (prævaleſcentis rationi.) ſed ambigunt de congreſſu iterato. Raſ. ait licere, Samuel negat conceſſum.* ad quæ verba ſcholiaſtes in marg. notat ראית בשביה התורה לו במה שנתן עיניו בה בשעת שביה אם נתן מתחילה עיניו בה ולא שלקחה למוכרה או לשפחה ואחר כך נתן עיניו בה *prædam quàmcunq; videt concedit ei lex: intellige tantùm de horâ captivitatis. item ſi oculos ab initio ſtatim in eâ hoc fine defixit. non ſi aſſumpſiſſet ut venderet vel pro ancillâ uſurparet; poſtmodum verò amare cœpit:* videtur itaque legiſlator id minimè ultrò conceſſiſſe, ſed tantùm per cōniventiam toleraſſe; ſicut & polygamiam atque alia quædam, quæ Chriſtus deinde in melius reformavit. præſertim ut vaga ſcortatio, vitium longè deterius, evitaretur. R. Moſ. Gerundenſis P. Ki teze. לא יתירנה לו רק מפני החשק בהיות יצרו מתגבר עליו *non permiſit eam aliter quàm ob cupiditatem nimiam, ubi affectus ei prædominantur.* R. Moſ.

Ægyptius cap. 8. Mel. v. 2. יבעל אשה בגיותה אם תקפו יצרו אבל לא יבעלנה וילך לו אלא מכניסה לתוך ביתו ואסור לבעול אותה ביאה שנייה עד שישאנה: *rem habet (miles Iudæus) cum ethnica muliere, si vicerint ipsum veneris stimuli: At tunc non licet ei discedere & relinquere vitiatam. sed debet illam in domum suam introducere, atq; secundo concubitu abstinere, donec eam legitimè prius duxerit.* Animadversio marginalis ibid. הנה פסק כרב דאמר הכי בירושלמי ודלא כרבי יוחנן דאמר אף בעילת ראשונה לא הותרה אלא אחר כל המעשים *ecce decisio sententiarum facta est juxta mentem Raf; non juxta R. Iohannem: (cum quo tamen ego sentire honestius putarem) qui primum quoq; congressum negabat esse licitum: nisi post cæteros actus omnes.* Iterumq; Bachia. d. l. ומה שהותרה לו ביאה ראשונה כדי לפייס את יצרו ולא דברה תורה אלא כנגד יצר הרע וכיון שחשק בה אם אין אשר לו בהתר יעשה זה באסור: ואה״כ היצר הרע משטין האדם ומחטיאו תמיד ובא אליו בדמיון אשת יפת תואר להטעותו ולהכשילו: *quare permisit lex complexum primum? ideo ut sedaret appetitum eius, quia tantùm loquitur de casu concupiscentiæ vehementioris, ubi miles si non potest id quod licet, licere sibi putat quod potest* [& post aliqua interjecta] *Genius ille malus adversatur homini perpetuò, & facit illum peccare, apparens aliquando specie mulieris formosæ ut decipiat ac offendiculum ponat* usque adeò verum est quod de voluptatū irritamentis dicit R. Abrah. Seba in zer. hammo. P. K. T. ליבא ועינא תרי סרסירי עבירה *cor & oculos esse proxenetas peccati.* paulò post addens בנות הגוים הם מופקרית והם פרוצות בעריות ואין להם בשת פנים ומצחיהם נחושה והולכות בשווקים וברחבות ואצל כל פנה יארבו לצוד נפשות נקיים *filios gentilium fuiße prostibula, feroces in turpitudinibus pudore vacuas frontis aneæ, in foro, plateis & quovis angulo insidiantes animabus innocentibus.* Si quis ergò miles, captæ cujusdam pulchritudine fascinatus, nec præditus continentiæ dono, eam subegerat, debuit mox de legitimo appellare matrimonio; sic tamē ut ejuratâ prius avitâ superstitione suâ, in religionem judaicam ipsa transiret. Maym. Hal. Mel: 8. 6. אחרי שיבעלנה ביאה ראשונה והיא בגיותה אם קבלה עליה להכנס תחת כנפי השכינה מטבילה לשם גירות מיד *postquam cognovit ipsam primâ vice adhuc ethnicam, si vult intrare sub alas divinitatis, baptizet eam ad proselytismum illicò.* Excipiebantur verò sacerdotes, quibus non licebat alienigenam ducere, quamvis cum eâ rem habuissent. Id. 8. præc 5. הכהן מותר ביפת תואר בביאה ראשונה שלא דברה תורה אלא כנגד היצר אבל אינו יכול לישאנה אחר כך מפני שהיא גיורת: *sacerdoti fas est cum formosâ congredi primâ vice, si concupiscentia prævaluerit (undè verò hanc necessitatem probabis à Apella?) sed nefas eam postea ducere, quoniam est è gentilismo.* Notetur hîc:

tetur hic quod non puellas tantùm, sed & nuptas hostium, jungere sibi matrimonio potuerint, quia textus non Fœminas vocat, quod sexus nomen esset, sed אִשָּׁה Mulieris appellatione utitur, quod volunt maritatam notare & ad virum referri, quoniam ab אִישׁ derivatur. Bachai ead pars. K. T. הזכיר אשת בסמיכות ודרשו רז״ל אפילו אשת איש מותר ללקחה *ponit nomen Mulieris in statu constructo* (*nam in absoluto fuisset* אִשָּׁה) *id explicant Magistri nostri p. m. de muliere viri alicujus quam liceat accipere.* Unde & illud inferunt nescio quàm aptè, gentilibus propriè nulla fuisse conjugia, fortè ut nec bestiarum consociationes matrimonia dici merentur: itaq; pro adulterio minimè habendũ, si quis uxorẽ hostis bello captam duxerit Maim. H. Mel. c. 8. §. 3. אין אשת יפת תאר מותרת אלא בשעת השביה שנ׳ וראית בשביה בין בתולה בין בעולה בין אשת איש שאין אישות לגוים וחשקת אעפ שאינה יפה בה ולא בחברתה שלא יבעול שתים ולקחת לך לאשה שלא יקח שתים ויבעול אחת ויניח לאביו או לאחיו: *mulier pulchræ formæ non concessa est nisi in casu captivitatis: ubi perinde est sive virgo sit, sive devirginata, sive maritata viro; quia gentibus verum non est matrimonium* (*ideò pro cœlibe habetur*) *Textus addit* (*Deut.* 21. 11.) si desideraveris eam, *innuens etiam non formosam* (*posse sic duci, modò placeat militi*) *utiturque singulari numero, nè quis fortè plures comprimat, subjungens:* Et accipito tibi, *ne fortè parenti aut fratribus tradat.* Porrò si captiva judaicam religionem amplecti nollet, jubebatur ad mensem domo detineri, lex meminit v. 13. ירח ימים *lunationis* unius. at Rabini extendunt ad integrum trimestre. H. Mel. 8. 7. צריכה להמתין ג׳ חדשים חדש של בכיה ושני חדשים אחריו *opus habet expectare tribus mensibus, uno pro luctu, & duobus aliis deinceps.* quod sic conciliandum puto, loqui legem de tempore planctus, Rabinos verò de termino nuptiarum. Targum Jonathæ Chaldæi הִבְכֵּי עַל טָעוּת בֵּית אַבָּהּ וְאִמָּהּ וְתִשְׁהֵי הַלָּת יַרְחִין דִּי הֵדַע אִין הִיא מְעַבְּרָא *defleat ipsa errorem domus paternæ ac maternæ; tu verò præstoleris tres menses, ut cognoscas utrum illa sit* (*è congressu primo*) *gravida.* Raf. Alphes Tom. 2. p. 23. a. צריכות להתמין שלשה חדשים להבחין בין זרע שנזרע בקדושה לזרע שנזרע שלא בקדושה: ואה״כ אם לא התמין האשה אחר בעלה שלשה חדשים אפשר שתהא מעוברת מבעלה הראשון ואומרים בנו של אחרון הוא *expectandum est tribus mensibus ut discernatur inter progeniem sanctam & profanam.* paulo pòst: *si non expectaret trimestri, posset contingere ut è priori marito gravida, pareret quem pro filio posteriore*

posterioris haberent. Interea lex ipsam variè deturpat, jubens abscindere crines, ungues vicissim alere, vestimenta sumere lugubria; & penates suos deflere. R. Abrah. Seba. P. Ki-Teze: לפי שבנות הגוים מתקשטות בפנים צהובוא ובשער מגולה ושורקות שערן במסרק ומתלין אותו לשנים ומשימים אותו על הצדעים וכן קולעות שערן כעשה קליעה לעלות ולראות לפני האנשים כנגד זה אמר בכאן תגלחה את ראשה באופן שלא ישאר לה שער וקליעה וידע דרכי הצניעות כי אפילו גילוי הראש גנאי לבנות ישראל כאמרו בסוכה *quia filiæ gentium se ornantes & faciei ut orem affectantes, capillos incrispant, strigili pectinant & dispescunt bifariam ad tempora, calamistris intorquentes, ut spectentur ab hominibus: ideo jubet lex captivam abradere caput suum, nec de crispedine pilum relinquere, ut sic humiliata modestiam discat. quoniam vel sola capitis denudatio turpis habetur filiabus Israël, ut dicitur in Talm. tr. Sota.* (*quod lucem affert textui paulino* 1. Cor. 11. *vers.* 5.) aliam rationem comarum detondendarum affert Bachaius Pars. cit. ששערותיו של אדם הם כחו וכענין שכתוב אם גלחתי וסר ממני כחי *quod hominis capilli contineant robur eius, sicut dicitur* (*de Samsone* Iud. 16. 17) *si rasus fuero, recedet à me fortitudo mea* (*putat ergò venereas vires una debilitatum iri.*) De unguibus dissentiunt; est enim ambiguitas in hebræo וְעָשְׂתָה אֶת־צִפָּרְנֶיהָ *faciat ungues suos,* (*vers.* 12.) Talm. Mass. Iesam cap. 4. p. 48. a. ר׳ אליעזר אומר תקוץ ר׳ עקיבא אומר תגדיל א׳ ר׳ אלעזר נאמרה עשייה בראש ונאמרה עשייה בצפרנים מה להלן העברה אף כאן העברה ר׳ עקיבא אומר מה להלן ניוול אף כאן ניוול וראיה לדברי ר׳ אליעזר ומפיבשת בן שאול ירד לקראת המלך לא עשה רגליו ולא עשה שפמו הא עשיה העברה. *R. Eliezer ait significare idem quod* præcidat. *R. Akiba inquit,* crescere sinat. *R. Eliezer sic argumentatur, quæ est ratio capillitij, eadem quoq; ungularum? at illud auferri jubetur, ergò & hæ. R. Akiba subsumit aliter; at illud fit ad abominationem ergò & hoc ad deturpationem fieri debebit. R. Eliezer affert demonstrationem è scripturâ* (*2. Sam.* 19 24,) *Mephiboscheth filius Saul descendens in occursum regis, non fecerat pedes suos* (*h. est. ungues præciderat.*) *nec fecerat mystacem suum.* (*h. e. totonderat*) *en facere usurpatur pro auferre!* Targū Jonathæ reddit תצמי ית טופרהא quod itidem incertum est quid significet. Cl. D. Buxtorfius junior in Lex. Chald. *præcidendi* sensu exposuit: at ego pace Amici, contrario *Nutriendi* sensu accipere mallem, quia non tantùm glossator marginalis לשון גדול *significatione incrementi* explicavit, sed etiam alter paraphrastes chaldæus Onkelos תְּרַבֵּי *h. e. multiplicet vel augeat* interpretatus est, adeoque totus contextus non ornatum sed deturpationem innuere videtur. R. Nathan baal Aruch Rad. צם tribuit hoc Ierosolymitano

tano Targum; quod cum in eo desit, suspi. or Jonathæ traductionē illo nomine insignivisse. notavit hoc ipsum Elias in suo Methurgeman, non extare in impr. ssis. R. Abraham existimat respexisse legem ad mores gentium, qui ungues va i. colore tingere sint sol ti, in suo Zer ham. d. l. לפי שבנות הגוים מתקנים צפרניהם של יד ורגל וצובעים אותן במין צבע כמנהג הישמעאלים שיהיו בידיהן שינוי ויסתכלו בהם ויקחו ידיהן וימששו בהן עד שנדלק אש של גהנם ויצר הרע לזה אמר ועשתה את צפרניה שתגדלם בלי תיקון ובלי צבע *quia filiæ gentium adornant ungues manuum & pedum suorum, tinguntq; variis speciebus colorum, ad morem Ismaëlitarum, ut sit in manibus pulchra varietas; quam considerantes (amasij,) prehendunt eas & tàm diu palpant, donec exardescat ignis infernalis malæ concupiscentiæ: ideò jubet lex captivam ungues alere negligenter absq; curâ vel picturâ.* R. Bachai altius philosophatur, & in recordationem lapsus humani factum putat. l. c. שיחשוב במעלתו של אדם הראשון קודם שחטא שהיה מלבושו צפורן *ut cogitet de præstantiâ primi hominis Adami; cuius vestis antequam peccasset erat instar unguis (colore corneolum referens: unde adhucdum ineunto Sabbatho Iudæi ungues ad candelam contemplari solent, admurmuratâ precula, vid. Minhag. f. 3.).* Quod vestitum captivæ attinet; erat & ille ad deformitatem accommodatus, ut sic omnia libidinum incitamenta tollerentur. Idem Bach. ibid. אולי תוך הזמן הזה יתנחם החושק ויעבור חשקו מעליה בראותו אותה מתנוולת בגלות הראש ובגידול צפרניה ובלבישת בגדים של שביה כי כבר הסירה הבגדים הנאים שעליה אשר באה עמהם ובראותו אותה בוכה ומצטערת ישלחנה לנפשה *fortasse intra hoc spacium temporis pœnitebit amantem; & sedabitur appetitus eius, dùm videt deturpatam raso capite, unguibus prominentioribus, indumento viliori qualis est captivorum, postquam pulchras vestes in quibus venerat deposuit. item si cernit flentem & semet affligentem, facilius eam dimittet.* Iterumque Seba d. l. לפי שבנות הגוים מתקנות עצמן בבגדי משי וארגמן שש ורקמה לפתות ולהסית האנשים בהם כאמרו ובדם ענבים סותה לזה אמר והסירה את שמלת שביה ותלבש בגדים אחרים מבלויי סחבות ובזה לא תקבל בשת אחר שאינה צריכה לצאת חוצה והיא יושבת מסוגרת בביתו *quia filiæ gentium exornant se vestibus holosericis & purpureis, & byssinis & acupicturis: ut ait (de ornatu Messiæ gen. 49. 11.) dicitur, operimentum suum in sanguine uvarum lavant, ut alliciant & incitent viros: ideò jussit lex captivam vestes pretiosas amovere, ac vetustate detritas (Ier. 38. 12.) induere, quæ [illegible] tatione (privatim tantùm) non publicè dehonestat [illegible] greditur foras, sed domi sedet conclusa* De fletu [illegible] necessarium. aliqui ad literam accipientes, existi[illegible]

tes lugere jussam: alij verò allegorizātes, Idola sua deflere, avitamque superstitionem. R. Bach. loc. sæp cit. הטילה עליה תורה משפט אבלות שהיא שלשים יום כדי שתעשה חיובה באביה ואמה אם שמעת בהם שנהרגו בעורנה שביה כי האדם יתחייב לכבד אביו ואמו בחיים גם לאחר מיתה *præscribit ipsi lex modum luctus qui est triginta dierum, ut solvat justa parentibus cum audit eos occisos esse. tenetur enim homo, non in vitâ tantùm patrem & matrem honorare (Exod. 20. 12.) sed & post mortem eorum.* Bar Nachman ad h. loc והרב אמר במורה הנבוכים לחמלה עליה שתמצא מניח לנפשה כי יש לעצבים מנוח והשקט בבכייתם ואבלם: *Magister (intelligit Rambamum.) in libro* More hanne fuchim. *(h. e. doctore perplexorum, quem Arabicè scripsit) ait, juberi hoc misericordiæ causa, (non tàm ob occisos parentes, quam) ut ipsa reperiat quietem est enim dolentibus aliqua consolatio vel recreatio, ab ipso plangendi actu.* Mikoz. pr. aff. 122. נחקו שם התנאים בפ׳ החולץ *dissentiunt in hoc doctores nostri, in capite Hacholez.* quia fieri potuit, ut ipsa parentibus in juventute statim orbata, pridem ambos defleverit. huic casui aliam interpretationem quærunt, nè legis jussum tunc videatur frustraneum. Talmud. M. Iebam. fol 48. fac. b. ר׳ אליעזר אומר אביה אביה ממש אמה אמה ממש ר׳ עקיבא אומר אביה ואמה זו ע״ז וכן אומרים לעץ אבי אתה : וגו׳ *R. Eliezer ait, Pater significat patrem simpliciter & Mater matrem. R. Akiba inquit, parentes hoc loco notant Idola, secundum illud (Ierem. 2.) dicentes ligno, tu Pater meus es, & lapidi tu me genuisti!* Bachai. l.d. לפי המדרש הזה היה זמן ירח מפני שהוא כלל כל ההקפים הקף היום השמשי והקף ז׳ כוכבי לכת לשבעה ימי השבוע והקף החדש הירחי אביה רמז אל השמש ואמה אל הירח והאחין לרבות הכוכבים : *secundum hanc expositionem dedit ei tempus menstruum, quod complectitur omnes periodos (superstitionis gentilitiæ scilicèt circuitum solis diurnum, revolutionem dierum hebdomadis pro numero septem planetarum, deniq; mensem lunæ. Sic ergo Pater solem mater lunam, fratres stellas notant. (ut gen. 47. 9.)* Hactenus de latibulo captivæ & conatu eam convertendi. Quod si verò ad Iudaicam religionem post experimenta hæc omnia transire tamen noluisset, coacta fuit ad septem præcepta filiorum Noæ; sed à nemine Iudæo in thalamum recepta: quia nefas habitum è prosely â nōtotali filios suscipere. Maym. H. Mel. cap. 8. §. 9. לא רצה להתגייר מגלגלין עמה שנים עשר חדש לא רצתה מקבלת שבע מצות שנצטוו בני נח ומשלחה לנפשה והרי היא ככל הגרים התושבים ואינו נושאה שאסור לישא אשה שלא בתגיירה *si Iudaismum amplecti recusat, voluantur cum eâ duodecim menses (h. e. tamdiu expectant.) si nondum vult, imponuntur ei septem præcepta, quæ posteris Noæ sunt injuncta, & dimittitur*

mittitur liberè. tūc accenſetur proſelytis-incolis ſed à nemine ducitur: quia impium eſt jungi matrimonio paganæ (nondum Catechumenæ.) In tali caſu nec ipſe pro ancillâ retinere potuit, quam ſemel compreſſit; nec aliis ad quæſtum divendere: ſed debuit eam impunè ac liberaliter quâ vellet dimittere. §. præc. 8. אם לא חפץ בה משלחה לנפשה ואם מכרה עובר בלא תעשה שנ׳ ומכר לא תמכרנה בכסף ואם מכרה אינה מכורה ומחזיר הדמים *ſi non placet, dimittat eam gratis ad voluntatem ſuam, qui enim vendit peccat contra prohibitionem legis (Deut. 21. 14) nequaquam vendas eam argento, neq; negotieris illâ. imò tunc verè vendita nō eſt, quia pretiū emptori reſtituere tenetur.* Mizo. gad. pr. neg. 233. אם כבש אותה אחר שנבעלה לשם שפחה משישתמש בה לוקה שנ׳ לא תתעמר בה ופירש רבינו שלמה בשם ר׳ משה הדרשן שכן בלשון פרסי קורין לעבדות ושימוש עמרא *ſi poſt concubitum cogit eam ad ſervitium, vapulat: quia dicitur (Deut. ibid.) non proſtituas illam ad quæſtum. ſic enim R. Salomo (Iarchi.) nomine R. Moſis haddarſchan (h. e. concionatoris) exponit etymologiam vocis* עמר *ex uſu linguæ Perſicæ.* Gerundenſ. ſ. h. l. תתעמר הוא כמו תתאמר מלשון יתאמרו כל פועלי און וכולם רממות וגדולת האמרה ונגזרו מן בראש אמיר ויקראו בערבי האדון אמיר ושמוש העין והאלף כאחר מורגל כגון פרעהו פרדת שחת כמו פראהו *obſcura vox textus* תִתְעַמֵּר *eſt quaſi per Aleph ſcripta eſſet, ac ſignificat grandiloquentiam. ut in illo (pſalmi 94. verſ. 4.) ſuperbè prædicabunt ſe operatores iniquitatis: deducto ab* אָמִיר *(quod legimus Eſai. 17. 6.) & ſummitatem rami vel frondis notat. Apellant etiam Arabicè Dominum vel Herum hoc titulo. Et ſolennis eſt permutatio gutturalium literarum* עא *velut in hoc dicto (Iobis 33. 24) redime ipſum nè deſcendat in foveam.* Oritur hinc quæſtio cuiuſnam ſit filius ex impregnatâ paganâ poſt dimiſſionem natus: Hebræi Iureconſulti patris eſſe negant; aſſerentes ventrem ſequi, & à Synedrio publicè baptizari H. Melach. 8. 9 נתעברה מביאה ראשונה הרי הולד גר ואינו בנו לדבר מן הדברים מפני שהיא מן הגויה אלא ב״ד מטבילין אותו על דעתם *è gravida de primo concubitu naſcitur proſelytus, qui non habetur pro filio gignentis, quia eſt ex Ethnicâ: verùm ſenatus illum decreto ſuo (ad proſelytiſmum) luſtrari curat.* Aiunt tamen experientiâ comprobatum, quod tales filij plerunque ſint degeneres, refractarij & aliqua labe notati. præc. affir. centeſimo vigeſimo ſecundo. סופו להוליד בן שהוא בן סורר ומורה לכך נסמכו הפרשיות הללו *eventus eſt (militis gentilem in bello impragnantis.) ut*

S

gignat filium rebellem & inobedientem. Ideò scriptura statim subjungit legem de talibus dilapidatoribus lapidandis (Deut. 21. vers. 18. & seqq.) Medrasch Tanchuma, quod à formulâ docendi crebrius repetitâ *Ielammedenu* Cognominant, sup. h. loc. תניא ר׳ יוסי אוכל בן סורר חצי ליטרא בשר ושותה חצי לוג יין *tradit R. Iose, talis filius devorat selibram carnis, & epotat medium Log. vini. (h. e. quantum tria circiter ova continerent: quod Bacchi nepotulis hodie parum esset, at olim severioris disciplinæ seculo, in tenellis temperantiæ candidatis nimium censebatur atq; futuri Helvonis præsagum tyrocinium. confer. Cl. quond. Drusij notas ad h. l. Deut.)* Confirmant hoc etiam exemplo liberorum regis David, Absalomi & Thamaræ; quorum ille patri insidiatur. 2. Sam. 15. 10. concubinis eius abutitur. c. 16. v. 22. ideò violentâ morte perit. c. 18. vers. 14. hæc verò incestum à fratre passa. c. 13. vers. 14. fratricidio præbet occasionem. vers. 28. Fuisse autem ambos è captivâ matre oriundos, tradit præter alios R. Dav. Kimchi in not. ad Sam. תמר בת יפת תואר היתה כמו שאמרו רבותינו ז״ל והראייה כי לא ימנעני ממך והיתה אחות אבשלום מאמו כי מעכה אמו של אבשלום לקחה דוד במלחמה ושכב עמה קודם שנתגיירת ומעכה נתעברת מדוד בביאה ראשונה בעודה גויה ואחר כן נתגוירת ונשאה דוד לאשה וילדה לו אבשלום ומה שאמר אמנון אחותי לפי שהיתה בת דוד קראה כן *Thamar. è formosâ captivâ erat orta, ut tradunt nostri doctores p. m: quo alludunt verba (vers. 13.) non denegabit me tibi. fueratq; soror Absalomi è matre Maëcha (filiâ Talmai regis Geschur. 2. Sam. 3.3.) quam ceperat Davides in bello, & cum eâ dormiverat antequam proselyta fieret, è quo primo congressu impregnata est, adhuc in gentilißimo existens. Iudaizatam postea duxit rex in uxorem; tunc peperit ei Absalomum. Ideò autem Amnon eam sororem vocat (blandè allocuturus. c. 13, vers. 11.) quia è communi patre David suscepta erat.* Inde disputant Rabini, utrum verè incestus fuerit, an stuprum? & num Amnon ille Thamaram in legitimum thorum cooptare potuerit, nec ne? Maymon cum multis, affirmat licuisse in matrimonium ducere, quæ verè soror non fuerit: quia paganæ partus ventrem sequitur ut supra dictum, & patri non accensetur. H. Mel 8 9. תמר מביאה ראשונה של יפת תואר היתה אבל אבשלום נולד מאחר הנישואין נמצאת תמר אחות אבשלום מאמו ומותרת להנשא לאמנון וכן היא אומרת דבר נא אל המלך כי לא ימנעני ממך; *Thamar è primo & unico concubitu formosæ nata; sed Absalon ex eâdem jam nuptâ regi. erat ergò illa hujus soror è matre. (vides hic patris rationem non haberi!) concessa ergò in conjugium Amnoni,*

Ahinoam — DAVID — Maëcha
| | |
Amnon Tamar Absolon

sicut:

ſicut ipſamet ait (verſ. 13.) loquere quaſo cum rege, non is me tibi prohibebit. Contra R. Johannes negat conceſſam, quod hæc tantum clabendi cauſa dixerit: niſi è priori marito gentili conceptam fuiſſe probetur. Mik. pr. aff. 122. אבל לדברי רבי יותנן תימה היאך הייתה מותרת לאמנון כיון שלא הולידה דוד עד אחר שנתניירה אמה הרי היתה אחותו גמורה וצריך לומר שלא היתה בתו אלא היתה בת אשתו מן הגוי קידם המלחמה ומה שכתוב כי כן תלבשנה בנות המלך מעילים לפי שגדלה עם בנות המלך אוטר כן או שמא בא דוד אל אם תמר בצנעת קודם המלחמה והוליד ממנה תמר כי קידם בית דינו של חשמונאי היתה גויה מותרת בצנעא *Rabi Iochannan miratur quomodo licita fuerit Amnoni, ſiquidem David eam genuerit poſt proſelytiſmum matris; unde veram fuiſſe ſororem oportet, itaq; dicendū eſt nō fuiſſe filiam eius, ſed filiā uxoris è priori marito gentili ſuſceptā ante bellū. Obijcis (è verſ. 18.) veſtitam tunicâ variegatâ inſtar filiarum regis! reſp. factum eſſe quòd educaretur unâ cum filiabus regis in aulâ. Quid ſi Davides ad matrem eius acceſſiſſet ante bellum? nā ante ſenatus conſultum Haſmonaicū, gentilis conceſſa erat, certa moderatione. (quod non facilè crediderim: alias hanc Iohannis ſententiam alteri præferens; quia & in noſtro jure Romano, ſervilis cognatio nuptias impedit. l. ſi uxor. §. illud. Inſtit. de Nupt.)* Ultimus caſus erat, ut ſi qua nullis perſuaſionibus ab avitâ ſuperſtitione vellet diſcedere, occideretur. M.H Mel. 8. 10. יפת תואר שלא רצת להנית עבודה זרה אחר שנים עשר חדש הורגין אותה *formoſa quæ nullo modo vult relinquere cultum idolorum, poſt duodecim menſes interficitur.*

Theor. XVIII.

In utriſque ſervans diſciplinæ militaris.

UT in pace magna vis eſt boni regiminis, ſic in caſtris: tantam multitudinem Rex cohercere non poſſet, niſi diſciplinam militarem ſeveriſſimè tueretur. ad quam & illud pertinet, ut exercitum in claſſes ordine diſtribuat, ſingulisque viros ſtrenuos præficiat, qui hanc diſciplinam unâ conſervare juvent. Sunt autem officia coadjutorum varia. primarium fuiſſe videtur Sacerdotis caſtrenſis, qui hoc nomine ſpecialiter unctus erat, ut cohortatione ſuâ univerſo exercitui animos inderet; cæteros autem qui abeſſendi privilegio gauderent, ſolenniter dimitteret Mik. p. aff. 120. & diſtinctius R. Moſ. b. Maym. H. Mel. init. c. 7. ממנין כהן לדבר אל

כהן לדבר אל הנקרא משוח מלחמה שני פעמים מדבר אל העם אחת בספר בעת שיוצאין קודם שיערכו המלחמה אומר לעם מי האיש אשר נטע כרם וגו' ואחת בעורכי המלחמה אומר לעם אל תיראו ואל תחפזו וגו' : *Ordinant sacerdotem qui loquatur ad populum tempore belli, eumq; ungunt oleo sacro (eodem quo ipsum regem, supr. Theor. IIII.) & is est quem vulgò appellant Maschuach h.e. unctum belli. Eius officium est bis alloqui populum ; semel è libro, cum exeunt, jubet ædificantes, plantantes &c. domum redire (Deut. 20. v. 5. 6. 7.) iterum, quando acies instruitur vetat eos quicquam timere (vers. 3.)* Adjungebatur tamen ipsi sacerdos vulgaris voce pollens, & alij precones, qui hæc ipsa quæ diceret cominus audita, singuli suis cohortibus repeterent eminus & latè diffusis. Ibid. בעת שעורכין המערכות והם קרבים להלחם משוח מלחמה עומד במקום גבוה וכל המערכות לפניו ואומר להן בלשון הקדש שמע ישראל אתם קרבים היום למלחמה על איביכם אל ירך לבבכם וגו' וכהן אחר תחתיו משמיע אותו לכל העם בקול רם ואחר כך מדבר משוח מלחמה מי האיש אשר בנה או נטע או ארש וגו' והשוטר משמיע לכל העם בקול רם ואח"כ מדבר השוטר מעצמו ואו' מי האיש הירא ושוטר אחר משמיע לעם ואחר שחוזרין כל הפטורין מתקנין את המעכרות ופוקדים שרי צבאות בראש העם : *tempore quo aciem formant & ad prælium se parant, consistit unctus belli loco editiori, ut omnes in conspectu habeat, atq; clamat hebraicè (Deut. 20. 3.) audi ô Israël, appropinquatis nunc pugnæ contra hostes vestros, nè tenerescat cor vestrum &c. quia Dominus vobiscum &c. hoc ipsum sacerdos alius priori substitutus divulgat populo, voce quantum potest Clarissimâ. postea unctus iterum loquitur : (vers. 5. 6. 7.) quicunq; domum ædificavit, vel vineam plantavit, vel uxorem duxit, revertatur: &c. (quod præc. Theor. explicatum) id præfectus quidam populo clarè repetit. Mox idem præfectus pro se loquitur (vers. 8.) quicunq; timet, revertatur &c. id alius præfectus ingeminat. Sic ergò dimissis omnibus quotquot immunitate gaudent, ordinantur reliqui in phalanges, & singularum frontispiciis sui præponuntur capitanei.* Aderant quoque lictores cum securibus, qui fugere conantes in stationem suam retroagerent, vel trucidarent pugnare nolentes. Mikoz ibid. מעמידים זקפים לפניהם ולאחריהם וכשילין של ברזל בידיהם וכל מי שמבקש לנוס הרשות בידו לקפח ולחתוך את שוקיו שתחילת נפילה ניסה ואותם זקפים הן בני אדם העומדים בקצה המערכה לזקוף הנופלים ולחזקם בדברים *constituunt Erectores abante & retro, qui ferreas clavas manibus tenentes, potestatē habent feriendi, aut crura comminuendi omnibus qui pugnam subterfugiunt: quoniam cladis initium est fuga. Illi homines in aciei extremitatibus dispositi, Erectores vocantur, quia simul erigebant cadentes & verbis confer-*

fertas

fortabant. Porrò notabile est quòd urbem obsessuri, non circumquaque illam cingere sint soliti, sed spacium relinquere quâ cives elaberentur: ut aliquis fugientibus aureum pontem struendum esse dixit, ne ex desperatione animos recuperent. Mel. 6. 9. ex Siphri. כשצרין על עיר לתפשה אין מקיפין אותה מד׳ רוחותיה אלא משלש רוחותיה ומניחין מקום לבורח ולכל מי שירצה להמלט על נפשו שנ׳ ויצבאו על מדין כאשר צוה ה׳ את משה מפי השמועה למדו שבכך צוהו: *cum obsident urbem ut eam capiant, non cingunt ab omnibus quatuor lateribus sed tribus tantùm, relinquentes spacium fugienti, cuicunq; animus est evadere. sicut dicitur (num. 31. 7.) militarunt adversus Midian, quemadmodum præcepit Dominus Mosi. ex orali Kabalâ didicerunt, hoc modo præcepisse.* ut sic etiam humano sanguini parcerent, cujus effusio nuspiam vilis haberi debet: unde illud obiter æstimari datur, multò minus adortos esse hostem per insidias, nec usos strategematibus dolosis, sed ubique rem fide bona gessisse: parùm generosè vinci putantes, qui fraudibus circumveniantur, & nihilo honestiùs ac si quis eos veneno clanculum immisso tolleret. De arboribus frugiferis quæ obsessam urbem circumstant; extat specialis lex Deut 20. nè quis eas excindat: quod etiam extra casum obsidionis prohibitum; sicut & omne nocumentum illis quomodocunque illatum. Ibid. §. seq. אין קוצצין אילני מאכל שחוץ למדינה ואין מונעין מהם אמת המים כדי שייבשו שנ׳ לא תשחית את עצה ולא בלבד אלא בכל מקום כל הקוצץ אילן מאכל דרך השחתה לוקה: *non truncant arbores cibiferas quæ sunt extra urbem, nec prohibent inde fidelitatem (hoc est irrigationem) aquarum ut exarescant, quia dicitur (vers. 19.) non disperdas lignum eius, impellendo securim. Idq; non tantùm in obsidione, sed & quovis loco, quicunq; præscindit arborem hoc fine ut eam corrumpat, verberatur.* Excipiunt casus aliquot. si vel in bello latibula præbeant sagittariis, Præc. Negat. 229. פירש רבינו שמואל כי זה כמו אלא כלומר אלא אותו עץ מאכל שהאדם יכול לבוא שם בין האילנות ספניך במצור ולירות בחיצים מבין האילנות איתו עץ אתה מותר לכרות רק עץ אשר תדע כי לא עץ מאכל אותו תשחית. *explicat magister Samuel, vocem textus* כִּי *positam esse pro* אֶלָּא *(vers. eod. quasi diceret lex: illas arbores inter quas homo quispiam latere potest, & tutus ab oppugnatione tela ejaculari exinde, illas excindere licet: potius illas de quibus certò constat non esse frugiferas.* vel in pace, colono non ferant quod operæ pretium sit; aut impediant stirpes alias: itaque lignum utilius in fabricas adhiberi possit. Ibid. & Mel. 6. 11.

כל: אילן סרק מותר לקוץ אותו ואפילו אינו צריך לו וכן אילן מאכל שהזקין ואינו עושה אלא דבר מועט שאינו ראוי לטרוח בו מותר לקוץ אותו וכמה יהא הזית עושה ולא יקוצנו רובע הקב זתים ואמרינן בפרק החובל דקלא דטען קבא תמרין אסיר למקצייה ואם היה מעולה בדמים לבניין מלפירות יותר ואם היה סויק אילנות אחרות כשהשרשים מכחישים את הגפנים ביניקתם צוה שמואל לקצץ *omnem sterilem truncare licet, quamvis eâ non indigeamus. etiam fertilem quæ fructus affert noxios, aut nimis paucos, fatigatione tanta non dignos. quantum igitur olei oliva ferre debet ut secura sit securis? quadrantem Kabi (h. e. sex ovorum pondus.) capite Hachobel (octavo Babæ prioris in Talmud.) palmam quæ oneratur Kabo dactylorum (quem 24 ovis æstimant.) nefas est excindere. At si pretium ligni ad ædificia utilis, exsuperet fructus; aut arbor arboribus vicinis obsit, vel radices eius (in vineto) vitium incrementa & propagines impediant, jubet eam R. Samuel truncare.* Aliàs in genere nihil perdere licet quod sit alicuius utilitatis, nullam suppellectilem, vasculum nullum, imò nè aquas quidem prodigere: secus quàm solent hodie furiosi milites, qui in urbium direptionibus vina etiam generosissima, pertusis dolijs in cellas effundunt, quasi magna strenuitas sit hæc petulantia. Ibid ולא האילנות בלבד אלא כל המשבר כלים וקורע בגדים והורס בניין וסותם מעיין ומאבד מאכלות דרך השחתה עובר בלא תשחית ואינו לוקה אלא מכת מרדות מדבריהם גרסינן בקדושין פק רבה בר רב הונא קרע מאניה באפיה דבריה למהוי אי קפד אי לא קפיד והא קעבר משום בל תשחית וגרסינן בשבת בפ מפנין רבא בקעות ליה ספסל אחת לעשות לו אש להתחמם אל אביי והא קעבר מר אל בל תשחית דגופאי עדיף בפ החולץ א ר יוסף לא ישפוך אדם מי בורו ואחרים צריכין להם ואם אדם משחית שום דבר להטיל אימה על בני ביתו כדי שיראו ממנו ויהיה שלום בביתו מותר ששכר הטלת יראתו מרובה על השחתתו בשב פ האודג רב ששת שדי מיניני ארישא לאמתיה רב הונא תבר נכתמא ר יהודה שליף מצוביתא *non arbores tantùm: sed quicunque frangit vasa, rumpit vestes, demolitur ædificium, obthurat fontem, perdit cibaria, & facit hæc ut inutilia reddat, is peccat contra legem (Deut. 20. 19.)* NE DISPERDAS. *vapulat etiam, non quidem ex lege, sed additionibus legisperitorum, in pœnam contumaciæ. Legimus cap. 1. Kidduschin, quòd Rabba bar-Hona diffregerit vasculum in facie filji sui, ut experiretur an irritabilis esset nec ne? sed ecce peccavit! legimus etiam in Maß. Schabb. cap. 18. cum finderetur sella quæpiam pro igne fovendo, quo se Raba calefaceret, culpasse hoc Abaium. sed responsum audisse: prohibitionem Nè disperdas attinere tantùm res pretiosas. At in cap. 4. Iesam. inquit R. Iosephus: nè aquas quidem cisternæ suæ quisquam effundat, cum illis indiguerint alij. Excipe, licet aliquid confringere, quando domesticis terror incutien-*

incentiendus est propter obedientiam; ubi merces reverentiæ superat rei perditæ jacturam. sic in M. Schabb. c. haoreg. R. Schescbat projecit vasa convivij post ancillam. R. Hona fregit operculum urcei. R. Iehuda strinxit infundibulum. Antequã hinc digrediar, admoneo esse in hac lege difficultatẽ hebrææ phraseos. nam si ad verbũ interpreteris כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה *quia homo est lignum agri*, proh DEUM quænam sequeretur absurditas! num putabimus arbores humanis animabus præditas, eapropter sauciari prohibitas esse? quidam gignendi casu exponunt: *hominis est lignum vel arbor.* at prorsus contra linguæ genium. Alij interrogativè accipiunt: *an homo est arbor?* sed hanc significationem voculæ כִּי probare nequeunt. Nonnulli allegoriam venantur: *homo est quasi arbor*, qui fructum pietatis ferre debet at hoc ab instituto alienum. Chaldæus Onkelos negativè reddidit לָא כְבַאיְנָשָׁא אִילַן חַקְלָא *non instar hominis est arbor campi*, quod videtur audacius factum. R. Salom. Iarchi cum supradicto Samuele colludit; *quia* per *fortasse* exponens. R. Abrah. Aben Ezra sententias aliorum ventilat, postea suam dicit כבר ביארתי בספר היסוד כי יתכן בכל לשון לקצר לאחוז דרך קצרה כמו חמור לחם רק מלת לא לא יתכן להיותה נחסרת כי הטעם יהיה להפך ומדקדק גדול ספרדי אמר כי חסר הא וכן הוא הכי האדם עץ השדה וזה הטעם איננו נכון בעיני כי מה טעם לאמור לא תשחית עץ פרי כי איננו כבני אדם שיוכל לברוח מפניך ולפי דעתי שאין לנו צורך לכל זה וזה פירושו כי ממנו תאכל ואתו לא תכרות כי האדם עץ השדה והטעם כי חיי בן אדם הוא עץ השדה וכמו הוא כי נפש הוא חובל כי חיי נפש הוא חובל *pridem demonstravi in tractatu fundamentali* IESOD, *congruere linguis omnibus, ut usurpent locutiones ellipticas (compendia sermonis) verbi gratia (1. Sam 16. 20.) Asinus panis (pro, pane onustus) verum ut negandi particula deficiat, id minimè congruit, quia sensus efficeretur omninò contrarius. Grammaticus quidam magni nominis Hispanus ait, in voculâ* כִּי *deesse literam* ה *ut sit pro* הֲכִי *scripta (quod* Ita *significat.) at neq; hoc quadrat me judice: quis enim sensus esset, vel quæ causa dicendi: nè disperdas arborem frugiferam; quia non est instar filij hominis, qui fugere possit à facie tua mihi videtur omni hoc apparatu nil opus, sed hanc esse simplicissimam interpretationem: quia inde vesci potes, non disperdas. nam hominis vita est arbor agri (alimentum inde proveniens, transmutatur in corpus & substantiam hominis.) perinde ut (infra c. 24. vers. 6.) pignus anima hominis dicitur, h. e. animæ vita (quo sustentatur)* Hactenus de hostili actu: nũc de naturali necessitate in castris. cujus præcepta scribere quia Legislatorem non puduit, neque tu verecunde Lector offenderis, si

ea instituti occasione breviter explicavero. Deut. 23. prohibentur Judæi milites castra sua ullis sordibus commaculare, quæ Deus ipse præsentiâ gratiosâ cohonestet: jubentur verò cum venter urget exire, quicquid hujus est clam in scrobiculum exonerare super ingestaque humo tegere Hal. Mel cap. 6. §. ult. & R. Mos pr. aff. 19. אסור להפנות בתוך המחנה או על פני השדה בכל מקום אלא מצות עשה להתקן שם דרך מיוחדת ומקום אחד מחוץ למחנה להפנות בו אנשי המחנה כדי שיהא המחנה נקי ואף לקטנים שנ׳ ויד תהיה וגו׳ וכן מצות עשה להיות יתד לכל אחד ואחד תלויה אם כלי מלחמתו שילך במקום ההוא ויחפור באותו יתד גומא אחד לצאת בה ויחזור ויכסה שנ׳ ויתד תהיה לך על אזנך וגו׳ בין שיש עמהן ארון ובין שאין עמהן ארון כך הם עושים תמיד שנ׳ והיה מחניך קדוש; *nefas est evacuare corpus intra fines castrorum. aut in conspectu campi patentis: sed jubet lex ordinare viã peculiarem, ad locum extraneum, ubi milites se purgent; ut ipsa castra sint munda, etiam ab excrementis parvulorum. sicut dicitur (vers. 12.) spacium habeas extra &c. Similiter præceptum est, ut quilibet clavum habeat, suspensum una cum armis suis, quo effodere possit scrobem pro egestionibus, & rursus terrenum operimentum accumulare. sicut dicitur (vers. 13.) paxillum habeas super Zonam tuam &c. sive tunc arca fœderis adsit castris, sive absit inde sicut dicitur (vers. 14.) quia Dominus est tecum, castra sunto sancta, nec appareat ulla turpitudo &c.* Putantque nefas esse recentem cibum ingerere prius quàm alterius reliquiæ sint egestæ: quo illud Lev 26.10. detorquent יָשָׁן מִפְּנֵי חָדָשׁ תּוֹצִיאוּ *vetus præ novo educetis.* Secretiorem hanc ethicam prolixius tractavit R. Jacob ben Aser in Orach chaym, sect. 3. docens suos quid ante precari debeant. quàm altè nudari, quantum à conspectu hominum elongari, quas in plagas se vertere, utra manu abstergere & quali abstersorio uti. Ignoscite boni Lectores, si & inde moralia quædam exscripsero, quantum honestas patitur; ut vel hinc etiam gentis, pudorne dicendus an superstitio? appareat כשיושב יכוון שיהו פניו לדרום ואחוריו לצפון או איפכא אבל לא ישב בין מזרח למערב ומיהו דווקא כשנפנה מגולה אבל במקום שיש מחיצ׳ כגון בית הכסא שבבית אין צריך לדקדק וכשנפנה בשו״ה אם הוא אחורי הגדר יפנה מיד ובבקעה יתרחק עד מקום שלא יוכל חבירו לראו״ת את פירועו ולא יאניס לדחו׳ עצמו יותר מדאי ויקנח ביד שמאל ולא בימין ולא יקנח בחרש משום כשפים ולא בעשבים יבשים ולא בצרור שקנח בו חבירו ויפנה בצניעות בלילה כדרך שעושה ביום ולא ישתין בעומד שלא יתיז ניצוצות על רגלין אם לא שיעמוד במקום גבוה וישתין במקום נמוך: וכו׳ *sedens attendat ut facies dirigatur in austrum & posteriora in septentriones, aut contra: minimè verò ad ortum (quo re-*

spiciunt

spiciunt orantes) vel ad occasum. idq; cumprimis observandum in parento loco. At in latrinis ædium, (ubi exedræ tales à plateis aversæ, pro ædificandi commoditate locantur.) nihil opus est sollicitâ corporis dispositione. sic & in campo juxta sepem, subtilis electio locum non habet. In valle tantùm elongetur ab hominibus, nè quis ejus nuditatem conspiciat (id si rex Saulus, in speluncâ pedes tecturus observâsset, non amisisset oram vestimẽti. 1. Sam. 24. v. 4. 5.) non cogat seipsum ultra posse. nec abstergat manu dextrâ (quâ liber legis tenetur & sacra scribuntur : supr. Theor. V. VI.) sed sinistrâ. nec adhibeat testam, propter veneficia, nec aridum gramen (h. e. fœnum.) nec fasciculum quo alius ante usus. Summa reverenter se gerat (etiam in tenebris absq; teste.) noctu perinde ac interdiu. Vrinam nõ reddat stando nè guttula ad pedes resultent, nisi fortè locus sit editior, unde in vallem meiat. &c. plura hujus generis afferre pudor vetat, & vereor ut hæc sint nimia castis pectoribus. qui volet conferat cap. 40. libri hebræo-germanici Brandtspiegel.

Superest ut post castrensem disciplinam, etiam de Privilegiis castrensibus aliquid dicam. Ut enim omnis necessitas lege caret, sic inter arma quoque Judæorum silebant aliquæ; scilicet, quæ de Sabbatho non violando, de suillâ carne, aut nondum decimatis non edendis, divinitus erant latæ: multò potius quas de lavandis manibus, vel talibus minutijs addiderunt ipsi. Notum est quàm superstitiosè Sabbathum aliàs servare studeant, omittunt omnes operas, nullâ curâ, onere nullo gravantur, nè quidem in sacculis vestiũ aliquid portant, genio tantum & compotationibus indulgent, nõ peregrinantur tunc, sed si pridiano quis in itinere suas ædes aut hospitium non attigerit, mavult foris vel in sylvâ pernoctare. serius cubitu surgunt in honorẽ Sabbathi. ut ipsi nihil gestant, ita nec jumenta sua plus portare permittunt, quàm quo alligari, retineri aut duci possint, v. g. equum freno quidem sed non ephippio licet onerare. si qua gallina panniculo annexo notatur, eo sublevari solet pridie. pecus quod in fossam delapsum est, non facilè solent extrahere Sabbatho, ut olim tempore Christi Matth. 12. v. 11. sed immisso pabulo relinquunt ibi donec laborando succurrere liceat; nisi fortè locus sit palustris, aut aliud vitæ periculum in morâ. pauperes Christianos vili ære conductos adhibent, qui tunc si est hyems ignem foveant, candelas accendant, vel si æstas emulgeant vaccas lacte turgentes. ubi nõ ipse fecisse creditur quod sic per alium facit. licet aliousque deambulare sed non procul, & meminit etiam scriptura *viæ Sabbathi* Act. 1. v. 12. quæ bis mille cubitos longa fuisse traditur, quantum mons oliveti distitit à Ierosolymis. vel in nostrâ

viciniâ pagi Derendingen & Wilheim ab invicem. ſed oportet hoc intervallum tardiuſculo inceſſu emetiri: velocius enim ultra binos paſſus procurrere, vel transfoſſam ſalire, nemini permiſſum eſt, niſi puerulis feſtivè colludentibus. cæcis non licet baculo tunc niti, at ſolis claudis id conceſſum; quia illi carere poſſunt, hi non. vulneratus emplaſtrum pridie impoſitum retinere poteſt, ſed avulſum non reponere, nec recens vulnus obligare. diſputant etiam an vel quatenus pulverem de calceis tunc excutere liceat. pecuniam die feſtivo non attingere certum eſt, vidique hoc prætextu eleemoſynā poſcenti pauperi denegantes; quibus hypocritis ut viciſſim illuderem, ſimulavi quid donaturum, quod recuſaturos præſcivi, nec obtuliſſem profeſto. Æſtate muſcas abigere, ſed flabellum velut onus geſtare non licet. pulicem ſi pungat capere fas eſt, ſed haud necare, nec in pavimento ſaltantem opprimere. pediculos quidam tunc perimere concedunt, alij prohibent & cameli mactationi æquiparant. Arborem fructus decerpendi cauſa non licet aſcendere. non cytharâ canere vel quodvis organum pulſare, nec ore ſibilum efflare, nedum ad ejus ſonum ſaltare imò nè quidem infantes lachrymabundos demulcere crepitaculis. excipiuntur tamen nuptiæ ad quas Chriſtianos cytharædos conducunt. oſtia tunc manu pultant, non malleolis appenſis. altilia, ut anſeres & gallinas cibant, verùm ne plus frumenti objiciatur quàm diurno victui ſufficiat. hortos non rigant, nec tranſponunt plantas, nec inſerunt arbores, nec fodiunt, an flores decerpant dubito? ſpicas equidem non vellunt, idque facientes olim reprehendebant Apoſtolos. Matth. 12. 2. lintea non lavant, nè puellorum quidem induſiola, non texunt nec nent. ſartori nè acum quidem portare licet, nedum viro gladium vel ſcutum haſtā-vé militi. nam ſi quicquam horum facerent, lapidationem meruiſſe putarentur. quod hîc ſummariè tantùm recenſui, quia nimis longū foret Rabinorum teſtimonijs, quæ mihi plurima ſuppetunt, ſingula munire, lippis jam tonſoribuſque nota: quin applico potius ad meum inſtitutum, quod nunc eſt militiæ privilegia docere. Quamvis igitur in pace Sabbathi ſui ſint religioſiſſimi & partim ridiculi cuſtodes, in bello tamen ubi victoria legibus cunctis potior eſt, nil dubitant id violare, ſi neceſſitas ita poſtulet. Maym. H. Melach. c. 6. §. 12. צרין על עיירות גוים בשבת ועושין עמהן מלחמה בשבת שנ' עד רדתה ואפילו בשבת בין מלחמה מצוה בין מלחמת רשות: *obſident urbes gentium etiam ſabbatho, & præliantur cum illis Sabbatho, quia dicitur (Deut. 20. ult.) donec illa deſcendat; ubi perinde eſt ſive bellum ſit legale ſive ultroneum.* locus quem citat ſub obſcurus eſt, & hoc ſibi

vult,

vult, continuandam esse oppugnationem, donec urbis mœnia corruant & altissima quæque propugnacula humilientur; ut ex collatione cum vers. 52. capitis 28. apparet. estque infinitivus radicis ירד nec à רדה derivatur, ut interlinearis versionis Author existimat: deceptus fortè à R. Salom. Iarchi, grammaticæ parùm perito, qui לשון רדוי *significatione dominandi* perperam exposuit. Video nec veteres hunc textum sic accepisse, alioquin se non obtulissent hostibus absque omni resistentiâ jugulandos 1. Macc. 2. 36. *speluncæ inclusi nè lapidem quidem emiserunt, neq; cavernas obstruxerunt, dicentes.* Ἀποθάνωμεν πάντες ἐν τῇ ἁπλότητι ἡμῶν MORIAMUR OMNES IN SIMPLICITATE NOSTRA! *testes sunto nobis cœlum & terra, quòd injustè nos perimatis. ita perierunt Sabbatho millena circiter animæ*: quod & Josephus repetit, Antiq. l. 12. c. 8. Sed rectè redarguit eos cordatus ille Mattathias, docens quàm stultum sit & à legislatoris mente alienum, intempestivâ & præpostera pietatis opinione legem suis cultoribus fraudare, hostivè hanc pro lubitu sæviendi occasionem ultrò quasi offerre: subjungens si in hac superstitione contumaciter perseverare perrexerint, brevi foreut Ecclesia tota extirpetur, nemoque pius supersit amplius. Primus ergò sancivit hoc decretum, vers. 41. *quod si occasio ita ferat, etiam Sabbatho pugnandum sit*; idque synagogæ Ἀσιδαίων (h. e. חֲסִידִים sive piorum) vel tandem persuasit. verùm nè citra necessitatem contingeret facilè aut crebriori usu in abusum degeneraret; sanciverunt insuper Talmudici, ut omnis obsidio minimùm triduo ante Sabbathū inchoêtur, si qui fortè citò sint se dedituri. præc. Affir. 117. גרסינן בפ׳ קמא דשבת. אין צרין על העיירות של גוים בפחות משלשה ימים קודם השבת ואם התחילו עושים עמהם מלחמה אפילו בשבת. *legimus capite primo Schabbas; nō suscipitur obsidio urbis ethnicæ paucioribus quā tribus diebus ante Sabbathū; at cum semel cœpta est, exercentur actus hostiles cōtinuè, ipso etiam Sabbatho.* allegatus locus extat pag. 19. fac. a. & tribuitur authori Schammai. ubi hoc idem de navali prælio affirmatur. ת״ר אין מפליגין בספינה פחות משלשה ימים קודם לשבת בד״א לדבר הרשות אבל אין לדבר מצוה : פי׳ מפליגין מפרישין מן היבשה לים וזהו לשון ספינה על שם שמפלין עצמו מן היישוב ומרבנן יעקב שמעתי בעירובין שאמצעיתו של ים נקרא פילנוס. ואף בלעז פיל״גא. *ex traditione magistrorum non ingrediuntur navim serius quàm triduo ante Sabbathum. intellige de ultroneis non legalibus.* GLOSS R. *Sal. I. vox* מפליגין *(quam lexica nostra, ut & infinitas tales ignorant) cum usurpatur in re nautica, significat pelago se committentes & ab aridâ separatos: quia docente R. Iacobo, mare græcis* πέλαγος *appellatur (atq; rivus etiam* be-

breu פֶּלֶג) Hæc de Sabbatho. Quod prohibitas carnes attinet, notum est quantopere Judæi abhorreant à suillâ; & legitur 2. Maccab. 6. memorabile exemplum senis cujusdam Eleazari legisperiti, qui neque blanditijs neque minis eò potuit impelli, ut contra prohibitionem legis vel ederet revera, vel edere tantùm simularet in gratiã regis; mille carnificinas experiri malens, quam canitie suâ quid indignum committere, vers. 24. in hæc verba protestatus: οὐ γὰρ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας ἄξιόν ἐστιν ὑποκριθῆναι, ἵνα πολλοὶ τῶν νέων ὑπολαβόντες Ἐλεάζαρον τὸν ἐννενηκονταετῆ μεταβεβηκέναι εἰς ἀλλοφυλισμόν, διὰ τὸ μικρὸν καὶ ἀναριαῖον ζῆν πλανηθῶσι. addens, exiguũ illud vitæ quod sibi naturaliter superesse possit, honorificè clausurum, & junioribus constantia suâ relicturum magnanimæ mortis exemplum. refertur etiam seq. cap. 7. alterum admirandæ fortitudinis specimen, quod ediderunt septem fratres unà cùm pientissimâ matre, ab Antiocho crudeliter excarnificati, quod porcinam edere noluerunt: quod martyrium Iosephus peculiari libello περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ inscripto graphicè depinxit, & quibusdam editionibus græcorum bibliorum appenditur. Sanciverunt paulò post, Hirkani temporibus decretum, שאין כל איש אפילו יגדל חזיר *nè quis vel alat porcum*, & transgressorem Anathematis fulmine percusserunt. eiusmodi prohibitiones vocant סייג לתורה *sepem legis*. quæ ut ab interdicto longius arceant, etiam occasiones vetant primosque aditus. miramur ergò unde Gadarenis Matth. 8. 30. magnus ille porcorum grex provenerit, ad mare pascentium, in quem ejecti dæmones intrarunt? sunt qui putant non victus sed quæstus causâ eos aluisse, ut Romanis carè venderent, aut solâ cute ad opificia usos: at verisimilius est quod Casaub. Ex. XIII. Num. LXIX. dicit, Græcos ibi habitasse, quibus religio non fuit sues devorare. Iudæis verò illarum usu interdictum erat severissimè, Levit. 11. 7. & Deut. 14. 7. quia ungulas quidem fissas habent, sed non ruminant; & ex medicorum placitis, creber usus porcinæ, præsertim in calidioribus provinciis, ad lepram disponit, atque malignos humores generat, quibus ipsa quoque mens prægravatur, nè pietati tàm devotè possit vacare: sicut splendidissimum quoque lumen per tenebricosum lucernæ cornu hebetatur. Taceo quod cunctorum animalium sus fœdissima sit, quæ in omni cœno se volutat vel hoc solo nomine abominabilis: unde & Rabini nos, impatientiâ servitutis suæ per insignem contumeliam porcis comparant. Bachai P. Schemini הזכיר ארבע חיות בארבע פסוקים לרמוז על ארבע מלכיות ודרשו רז״ל את הגמל זו מלכות בבל שנ׳ אשרי שישלם לך את גמולך

ואת

את השפן זו יון וכו׳ ׃ ואת הארנבת זו מדי וכו׳ וכן שם אשת תלמ׳ ארנבת שמה ׃ ואת החזיר זו מלכות אדום שנ׳ יכרסמנה חזיר מיער וגו׳ ׃ וכתוב החזיר מפרים פרסה לרמוז כי שלש גליות אעפ שהיו זמניהם חלוקים היו כאלו הם מחוברים לפי שזמנם מועט וקצר אבל הגלות הרביעי היא ארוך ושקול כנגד כלם ׃ *meminit lex quatuor animalium immundorum in totidem versibus levit. 11 v. 4. 5 6. 7.) respectu quatuor regnorum (sub quibus exulamus.) & comparant nostri doctores Camelū regno Babel (ob alliterationem in hebræo textu Psal. 137. 8.) beatus qui retribuit tibi &c. Cuniculum regno Græciæ &c. Leporem Medis: quamvis tale nomen fuerit uxori regis Ptolemæi (alludit ad etymon λαγώς.) Porcus autem notat regnum Edom. (h. e. Romanum.) sicut dicitur (Psal. 80. 14.) suffodit eam aper de sylvâ. dividit aper ungulas. exilia priora quamvis divisa erant, tamen ob brevitatem singulorum tria pro uno haberi possunt; (sicut Deut. 14. 7. tres bestiæ conjunguntur.) at quartum diuturnitate superat omnia &c.* Est quidem ebrietas atrox vitium, Sed tamen illud admittere maluerunt undecim Rabini, quos gentilis rex Pirgandicus triplici optione datâ coegerat vel suillam comedere, vel ethnicum vinum bibere, vel cum scortis concumbere; quā reliqua: quamvis & illa deinde admiserint, cùm benè potis mensa clanculum gyrata est, immundæ carnes oblatæ nescientibus, & vino sepultis fœminæ provocatrices adjunctæ. Non seculorum tractu, nec longâ conversatione nostra, hæc abominatio Suillæ apud Iudæos elanguit, sed etiamnum hodie sic abhorrent ut nè nominare quidem sustineant; ideò puerulis rogantibus, ecquid hoc animalis sit? respondent esse דבר אחר *rem aliam* sive nefandam. His tamen omnibus quæ prolixè recensui, non obstantibus, ajunt cordatiores ipsorum licere porcinâ carne, lard & sumine vesci, cum castra fames urget, militesque peregrinis in oris non aliud reperiunt, quo vitam sustentent. Maym. H. Mel. init. c. 8. חלוצי צבא כשיכנסו בגבול הגוים ויכבשום וישבו מהן מותר להן לאכול נבלות וטריפות ובשר חזיר וכיוצא בו אם ירעב ולא מצא מה יאכל אלא מאכלות אלו האיסורין וכן שותה יין נסך מפי השמועה למדו ובתים מלאים כל טוב ערפי חזירים וכיוצא בהן *expediti ad militiam, cum intraverint fines gentium & subegerint eos captivosque duxerint facultatem habent comedere morticinia & discerpta (quæ aliàs levit. 17. 15. prohibet) item carnem suillam & talia, si quis esuriat nec aliud quàm vetitos cibos reperiat. Sic etiam vinum libaminis (h. e. idolis consecratum. nolunt tamen nostrates id gustare, cui S. Iohannis benedictio infusa* Brandsp. *cap. 67.) Oralis Kabala docet versum (11. c. 6. Deut.) juravit dare domos omni bono plenas &c. etiam cervices porcorum & talia complecti,* Porrò immunes etiam e-

rant milites à lotione manuũ; quã n Iudæi aliàs ſuperſtitioſiſſimè obſervant, inde abant quis temporibus, ut ex Evangelio noſtro apparet, ubi Apoſtoli à Phariſæis reprehenduntur, quod illotis manibus comedere ſint ſoliti. Marc. 7. 2. unde & in Talmudicas traditiones relatum eſt: quæ quamvis diu pòſt in unum opus compactæ ſint, fuerunt tamen mult. antè, ſecundi templi temporibus conceptæ & à ſucceſſoribus demum varijs cauti ribus auctæ. Maſs. Sota. c. 1. p. 4. b אמר לה משם דר׳ אסי כל האוכל לחם בלא נטילת ידים כאילו בא אל אשה זונה שנ׳ כי בעד אשה זונה עד ככר לחם: אמר רבי אלעזר כל המזלזל בנטילת ידים נעקר מן העולם (פי׳ דעובר על דברי חכמים חייב מיתה. דכתיב ופורץ גדר ישכנו נחש) אמר רב חייא בר אשי מים ראשונים (פי׳ שלפני המזון) צריך שיגביה ידיו למעלה מים אחרונים צריך שישפיל ידיו למטה: אמר רבי אבהו כל האוכל פת בלא ניגוב ידים כאלו אוכל לחם טמא. שנ׳ ככה יאכלו את לחמם טמא. וגו׳ *Dixit nomine R. Aſe: quicunq; panem edit illotis manibus, eſt inſtar cõcumbentis cum ſcorto, tunc verificatur illud (prov. 6. 26.) propter mulierem meretricem (attenuantur opes) uſq; ad placentam panis. R. Eleazar inquit: quicunq; vilipendit lotionem manuum, eradicabitur ex hoc ſeculo.* [GLOSS MARG. *nam qui transgreditur verba ſapientum, reus ſit mortis. ſicut dicitur Eccl. 10. 8. qui rumpit ſepem, illum mordebit ſerpens.*] *Ait R. Chaja bar-Aſche. ad priores aquas, ante cibum, neceſſe eſt ut manus elevet ſurſum, ad poſteriores inclinet deorſum. R. Aſhu dicit, quisquis bucellam edit antequam manus ſint exſiccatæ, perinde habetur, ac ſi panem ſtercoreum devoraret, (quod fecit Eechiel. c. 4. v. 12. cuius verba v. 13.* לחמם טמא *juxta Kabaliſtas, per Gematriam æquipollent verbis* בלא ניגוב ידים *quia in numeris utraq; 168. valent.* Narrant quoque caſum de quodam peregrinante, qui propter ablutionis neglectum, in gravius peccatum inciderit cum enim caupo, qui hoſpites hoc ſigno diſcernebat, illotis manibus accumbentem non pro Judæo haberet ſed gentili, ſuillam appoſuit, quam eſuriens viator avidè quidem ſed ignoranter deglutivit, nec errorem ſuum antequam ille carioris ferculi pretium computaret, agnovit. Akiba certè captivus ſitim tolerare maluit, quàm hoc præceptum Magiſtrorum tranſgredi. Talm. M. Eruf. fol. 21. b. מעשה ברבי עקיבא שהיה חבוש בבית האיסורין והיה רבי יהושע הגרסי (פי׳ שם מקום ל״א שהיה טוחן גריסים) משרתו בכל יום ויום היו מכניסין לו מים. במידה יום אחד מצאו שומר בית האסורין אמר לו היום מימך מרובין שמא לחתור בית האסורין אתה צריך שפך חציין ונתן לו חציין כשבא אצל ר׳ עקיבא אמר לו יהושע אין אתה יודע שזקן אני וחיי תלויין בחייך (שאין לי אלא מה שאתה נותן ומזמן לי) תן לנו כל אותו המאורע אלתן לי מים שאטול ידי

אל

אל לשתית אין מניעין ליטול ידיך מניעין אל מה אעשה שחייבין עליהן ומיתה מוטב אמות מיתת עצמי ולא אעבור על דעת חבירי אמרו לא יטעם כלום עד שהביא לו מים ונטל ידיו (תוספ׳ פטורין במחנה רחיצת ידים כל שכן במקום סכנה מחמיר על עצמו היה) *Historia de R. Akiba. cum fuit compactus in carcerem,* (*eò quòd Bar. Cochabum in Meßiam unxisset.*) *ministrabat ipsi R. Iehosua Garsites, quem aliqui fabas moluisse dictitant. Is quotidie captivo aquas afferebat sufficientes quodam die deprehendens illum custos carceris sic affatus est: aquæ tuæ nimis multæ sunt, an fortè carcerem effodere parat* (*h. e. colliquatis parietibus & humore putrefactis elabi?*) *effunde dimidium eius, & reliquam medietatem ipsi trade. cum venisset ad Akibam dixit ille: an ignoras ò Iosua me grandævũ* (*scribitur enim natus esse A. M. 3760. h. e. uno ante Salvatorem nostrum, & Mosis ætatem sive 120. Annos attigisse. Zem. D. p. 35. b:*) *vita mea dependet à tua, nil habeo nisi quod tu mihi subministras! lavet nos quantũ suppetit. porrige illam ut manus abluam. respondit iste, non sufficit quod bibas nedum quo laveris. regeßit Akiba; quid aliud facerem? quia* (*omißio*) *mortis reos facit, præstat meipsum enecare* (*siti*) *quam collegarũ decreta transgredi. Ajunt nihil unquam* (*cibi*) *gustasse donec aqua manus abluisset.* NOVELLA *in margine*(*hoc factum non probat.*) *si milites in castris immunes sunt à lotione manuum, quantò potius iste debuit in periculo vitæ! sed sponte gravavit semetipsum* (*opinione meriti ut hypocritæ solent*) Multiplices cautelas quæ circa hunc ritum observandæ sint, tradit post alios R. Jacob baal-turim parte primâ, quæ Semita vitæ nuncupatur, capite 181. unde aliqua tantùm obiter exscribam, ut περιεργία gentis appareat. והתקדשתם אלו מים ראשונים והייתם קדושים אל׳ מים אחרונים כי קדוש אני זה שמן הטוב שמושחין הידים כדי להסיר הזוהמא: אמרו חכמים אחר אכילתך אכול מלח ויש לחוש שמא מלח סדומית מעורב בו והצריכו ליטול: אין נוטלין על גבי קרקע מפני שרוח רעה שורה עליו אלא על גבי עצים דקים או כיוצא בהן: אין נוטלין אלא בצונן אבל לא בחמין מפני שמפעפין את הידים ואין מעבירין את הזוהמא ודוקא חמין שהיד נכוית בהם אבל פושרין שפיר: אין צריך ליטול אלא עד פרק שני של אצבעות וצריך שישפיל ראשי אצבעותיו למטה כדי שתרד הזוהמא: אין מכבדין זה את זה ליטול גדול שבהן תחילה ואם הם יותר מחמשה מתחילין מן הקטן: ויש לברך על רחיצת ידים משום מלח סדומית אם אכל תבשיל ואם אכל פת חריבה: וכו׳ *verba textus* (*levit.* 11. 44.) Sanctificemini *notant ablutionem primam* (*quæ fit ante cibum*) estote sancti, *lotionem alteram* (*post cibum*) quia sanctus ego, *alludunt ad unguenta pretiosa quibus graveolentia expellitur. Iubent sapientes post comestionem parum salis gustare; curare tamen rẽ: quid fortè salis Sodomitici admixtum sit: ideò diligentius abluendum:*

Non quidem ſuper ſolum, propter habitus noc... os ibi hærentes, (ſtulti homines exponunt; malos ſpiritus ibi recuba...) ſed ſuper pavimentum ligneum vel conſimile. Aquis utendum e... nec verò calefactis, quæ puſtulas cauſantur (& manus corrugant) ſordes tamen nihilo melius depurgant, maximè ſi ferventiores ſint: verùm tepidæ placent. Neceſſe non eſt ultra ſecundos digitorum articulos abluere; manus autem antrorſum inclinandæ ſunt ut ſordes defluant. Nemo hîc honoratur prærogativâ lationis (ut in noſtratibus, conviviis apud importunos cæremoniarum magiſtros, civilitate ambiguâ, certiori autem juſculorum periculo) ſed ſi quinario plures adſint, primus lavat minimus. Oportet & preculam admurmurare, propter ſalem Sodomiticum (puto ad uxorem) Lothi reſpicere, quæ in talem ſtatuam. prope hanc urbem induruit gen. 19.26.) quamvis embamma nullum, ſed ſiccam comederit bucellam. Dehinc ut effatum Chriſti abundâtius impleant, & propter ſuas traditiones mandatum DEI annihilent, Matth. 15. 6. diſputant etiam anxiè ac prorſus magiſtraliter, qualisnã aqua ſit adhibẽda? num eâ liceat uti è quâ gallinæ potarũt? Subtilis R. Iſraël, vulgò dict⁹ Iſerlin lib. Trumas quæſt. 260. פים ששתו מהן תרנגולין כשרין הן לנטילת ידים או לאו פירש רבינו חננאל : דמים שלקלק מהן הכלב פסולין : טבל בהן את הספוג ואם נשתנו מראיהן פסולין אבל לא נשתנו כשרין דספוג חשיב כאלו שתה מהן יונה: הנראה לעד כתבתי: *ſunt nè aquæ de quibus gallinacei biberunt, ad lotionem idoneæ, nec nè? Magiſter noſter Chananëel eas unde canis lambit, pronunciat impuras. ſic & in quas ſpongia fuit intincta: niſi colorem aquæ nihil alterarit; tunc enim reputatur, ac ſi columba inde bibiſſet (quæ nihil polluit.) illud & mihi juxta tenuitatem meam videtur* Ab omnibus hiſce ſexcentis ſollicitudinibus liberantur, qui militiæ nomen dedêre: ut & de noſtro jure multis in caſibus ſunt privilegio donati. Pr. aff. 118. ſub fin. שנינו בפ׳ קמא דעירובין ארבעה דברים פטורין ישראל במחנה מביאין עצים מכל מקום ופטורים מרחיצת ידים בתחלה ומן הדמאי מלעשרו ומלערב עירובי חצירות: *repetimus è primò cap. Maſ. Erubin, à quatuor rebus immunes eſſe Iſraëlitas in caſtris; colligere ligna ex omni loco: non teneri lotione manuum: nec ſuſpectorum decimatione: nec præcepto de heterogeneis miſcendis (levit. 19. 19.)* Diſtinguit tamen Baal-turim inter lotionem primam & poſtremam, Orach chaym d. l. ההולכים במחנה למלחמה פטורין ממים ראשונים אבל חייבין באחרונים: *qui caſtra ſequuntur ſunt quidem à prioribus aquis (ante cibum) immunes: at obligantur nihilominus ad poſteriores.* Audi lector ſub finem hujus capitis Iudæi ſententiam, cur Nos ab iſtis lotionibus, ciborum delectu & mille cæremoniis Leviticis immunes eſſe dicant? indulget morituro Medicus ut edat quod-

cunque

cunque lubet: dietæ verò regulas præſcribit convalituro. R. Bachai Par. Schemini למה הדבר דומה לרופא שהלך לבקר שני חלים אחד יש בו סכנה אמר להן תנו לו כל מה שמבקש לאכול לשני אמר תנו לו מאכל פלוני ואל תתנו לו פלוני לימים זה מת וזה נתרפא: וכך התיר הקב״ה לאומות שקצים לפי שהם מוכנים לגיהנם אבל ישראל שהם לחיים אמר זה לא תאכלו: וכו׳ *aßimilatur hæc res medico, qui manè viſitat duos ægrotos, quorum alter de vitâ periclitatur, illius miniſtris dicit, date ipſi comedere quicquid concupiverit: alteri de qui ſpes ſupereſt ait, hoc ede, aliud vita. paulò poſt ille moritur, iſte convaleſcit. Sic* DEUS *Opt. Max. permittit gentibus abominabilia, quoniam prædeſtinati ſunt ad gehennam: Iſraëlitas verò ad paradiſum deſtinatos, jubet abſtinere. (ita ſibi blandiuntur, ignari veræ ſalutis noſtræ per exhibitum Meßiam.)*

CAPVT VI.

DE MORTE ET SVCCESSIONE.

Theor. XIX.

Mortui ſuppellex comburebatur: equis etiam enervatis.

VT unus & æqualis eſt omnium introitus in hunc mundum, ita quoque omnibus idem exitus. Sap 7. v. 6. imminetque commune illud mortalitatis jugum tàm illis qui purpura veſtiuntur, quá qui vili tantùm lino. Syr. 40. verſ. 4. Monet igitur ſuſceptæ diſſertationis ordo, ut breviter adjungam quid de Regibus factum ſit, poſtquam pallida mors ipſorum quoque turres, non ſecus ac pauperum tabernas, atro pede pultaſſet. habebant tunc pleraque quidé humationis jura cum plebeijs communia; fuerunt aliquæ ſaltem ceremoniæ vel pompæ ſolennes, honoris cauſa ſuperadditæ: de quibus nunc ſigillatim & ſuâ ſerie. Primum erat quod recens mortuorum cadavera, ſordibus ſuis expurgata, undique obthurabant; fortè nè quis tetrus odor exhalans, reſpirationem vivorum inficeret. Maym. Hal. Ebhel. init. cap. 4. מנהג ישראל במתים כך הוא מאמצין עיניו של מת ואם נפתח פיו קושרין את לחיות ופוקקין את נקביו אחר שמדיחין אותו. וסכין אותו במיני בשמים: *mos Iſraëlitarum cum mortuis ſic habet.*

obfirmant oculos defuncti (ut clausi maneant) siq; os hiat, ligant maxillam eius, ac obthurant omnia corporis foramina, postquam excrementa inde (presso ventre.) depulerunt & inungunt varias species aromatum. Refert etiam author ritualis libri *Minhagim*, cap. ult. solere illos morientium pollices, eo artificio in volam deprimere, ut pugni rugæ cognomentum DEI שדי (quod *Omnipotentem* significat. genes 17. 1.) pulchrè repræsentent. quoniam verò digiti eo situ difficulter manēt: morientes enim illos distendimus quasi omnia dimissuri; sicut econtra velut omnia lucraturi, nascentes eos contraximus: ideò consueverunt pollices illigare manibus per fila è sacris vestibus, ציצית dictis avulsa, quæ contra necromanticas artes valere creduntur. Is ritus humanior minusque crudelis videtur Romano, ubi adamatis aliquando digitum abscindebant, ad justa servatum, nec cum reliquo corpore comburendum. Porrò dictum est supra Th. VI. quod immundæ rei præsentia volumen legis polluat, ideò removent id à morituris. Ibid. c. 12. §. 3. אין מניחין ספר תורה על מטתו של חכם *non relinquunt librum legis super lectum sapientis.* Semel tamen reperio id neglectum fuisse, in obitu nempe vulnerati regis Achab; non quidem ob honorem personæ, sed potius in testimonium contra ipsius impietatem. Talm. Basa kama p. 17. a. דברי ר׳ יהודה אמר ליה ר׳ נחמיה והלא לפני אחאב עשו לו כן (פי׳ הספד גדול כדאמר במגלה כמספד הדרימון בן טברימון היו עם רב במלחמה וכולן ספדו עליו) אלא שהניחו ספר תורה על מטתו ואמרו קיים זה מה שכתוב בזה (אע״ג דאסור לישב על גבי מטה שס״ת מונחת עליה) *verba R. Iehuda, cui dixit R. Nehemias: annon coram Achabo sic fecerunt? scilicet planctum ingentem, sicut dicitur in Megilla, apud Hadrimon filium Tabremi, quòd omnis exercitus nudatis humeris eum luxerit. verùm reliquerunt librum legis super lectum eius dicentes:* ISTE CONFIRMET IN TE, QVOD IN SE SCRIPTUM EST! (*nempe de Talionis jure Levit. 24. 20. Deut. 19. 21. ut in loco, ubi canes innocentis Nabothi sanguinem linxerunt, tuum quoq; lingant, juxta prædictionem Eliæ 1. Reg. 21. vers. 19. quæ & impleta est cap. seq. 22. vers. 37.*) *quamvis aliàs nefas habeatur incumbere lecto, in quo liber iste repositus est.* Cæterùm solebant Iudæi ob quemvis tristiorē casum, nec tantùm in privato luctu, sed vel præcipuè in magnatum funeribus, vestes dilacerare, atque commiserationem suam hoc ritu testari: qui non arbitrarius erat, sed suis legibus constans. Hal. Ebhel. init.



hél init. c. 8. אבל חייב לקרוע על מתו שנ׳ ובגדיכם לא תפרומו הא
אחר חייב לפרום ואין קריעה אלא מעומד שנ׳ ויקם המלך ויקרע את
בגדיו (ואם שכח וקרע מיושב חוזר וקורע מעומד כדאית התם אמימר
שכיב ליה בריה וכו׳) ומהיכן קורע מלפניו והקורע מאחריו או מן הצדדין
או מלמטה לא יצא מידי חובת קריעה אלא כהן גדול שהוא פורם
מלמטה כמה שיעור הקרע טפח ואין צריך להבדיל שפת הבגד ומותר לו
לקרוע בכלי ואינו חייב לקרוע אלא בגד העליון בלבד ואם בא להחליף
מחליף ואינו קורע קרע אחר בד״א בשאר המתים חוץ מאביו ואמו עמהן
קורע עד שמגלה את לבו ומבדיל שפת הבגד ואינו קורע בכלי אלא בידו
מבחוץ בפני כל העם וקורע כל הבגדים שעליו ובגד הזיעה (אפקריסותו
בירושלמי) הדבוק לבשרו אינו מעכב ואם החליף בגד אחר חייב לקרוע כל
ז׳ ימים ועליהן חולץ כתיפו ומוציא זרועו מן החלוק עד שיתגלה כתיפו
וזרועו והולך כך לפני המטה. *lugens tenetur vestes ob mortuum dilacerare, quia dicitur (Lev. 10. 6.) vestimenta vestra nè dissuatis (iste textus primâ fronte contrarium docere videtur, sed cogitandum est de Sacerdotibus loqui, quos hoc ipso plebi dissimiles voluit legislator) ecce innuit esse alios qui dissuere debeant! Non fit autem ruptura nisi à stante, sicut dicitur (2. Sam. 13. 31.) surgens David vestes laceravit: & si qui oblitus vel mœrore occupatus) rupisset sedens, denuò rumpere tenetur stans, sicut fecit R. Amemar cum ei filius obiisset (cap. 3. Moëd.-Katon.) Vnde verò lacerare incipit? ab anteriori parte; nam qui à posteriori, vel latere, vel infra inchoat, non immunis est à reatu: excepto Pontifice solo, qui tantum inferne lacerat (Mass. Horaios p. 12. b. & 13. a. secus quàm Caipham vulgò pingunt. Math. 26. 65. priscorum rituum ignari) Quænam est mensura rupturæ? palmus (sive quatuor digiti.) non exclusâ fimbriâ. licet etiam scindere instrumento (velut forfice vel cultro) nec quis tenetur aliam rumpere quàm exteriorem, eamq; si usu sic postulante mutat, non lacerat secundam. verum hoc omne dictum est communiter de plerisq; mortuis: at in parentum luctu rumpit amplius, ut ipsum pectus nudetur, separat quoque oram vestimenti, nec scindit organo, sed propriâ manu, palàm in conspectu omnis populi, laceratq; vestes vniversas usq; ad cutem, etiam sudarium vel interulam (Talm. Ierusalmi.) carni adhærentem. Quid si vestes mutare opus sit, oportet & alteras lacerare, toto septiduo. Per hanc ergò rimam exerit brachium suum & humeros, adeò ut etiã scapularum nuditas appareat: sicq; feretrũ (in solenni processione) sequitur* Originẽ traxit iste ritus à Iacobo, qui cum Iosephum à fera discerptum esse existimaret, primus vestimenta sua rupisse legitur, gen. 37. 34. à quo & filius Rubenus pridem didicerat, ibid. v. 29. unde postea gentiles quoque immitati sunt, quo pertinet illud Vergilianum sub fin. 5. Æneid. post accensam classem: *Tum pius AEneas humeris abscindere*

vestem, Auxilioq; vocare DEOS, *& tendere palmas, &c.* Ipsi etiam Apostoli Paulus & Barnabas, cùm à Lystrensibus pro Mercurio & Iove haberi cœpissent, præ honoris abominatione vestimenta sua sciderunt, Act. 14. v. 14. adeò consuetum erat indignantibus in vestes furere, irasq; vel mœrorē hoc gestu declarare, quoties aut blasphemiam, aut magnatis alicuius, vel alioquin chari hominis obitū rescivissent. Ead. H. Efel. cap. seq. 9. כל הקרעים שקורע אדם על
שאר קרוביו שולל הקרע לאחר שבעה ומאחה לאחר שלשים על אביו
ועל אמו שולל לאחר שלשים ואינו מאחה לעולם ואשה קורעת ושוללת
מיד אפילו על אביה ואמה מפני הצניעות: כדרך שקורע אדם על אביו
ואמו כך חייב לקרוע על רבו שלמדו תורה (ר׳ יוסי אומר אפילו לא
האיר עיניו אלא במשנה אחת זהו רבו) ועל הנשיא ועל אב בית דין
ועל רוב הצבור שנהרג ועל ברכת השם ועל ספר התורה שנשרף ועל
ערו יהודה ועל ירושלים כל אלו קורע עד שמגלה את לבו ואינו מאחה
לעולם ואעפ מותר לשוללן למללן ללקטן ולעשותן כמין סולמות ולא
אסרו אלא באיחוי אלכסנדרי בלבד והמוכר צריך להודיע ללוקח שקרע
זה אינו מתאחה: ואכ כל מי שעמד עם המת בשעת יציאת נשמתו אעפ
שאינו קרובו ואינו חכם חייב לקרוע: חכם שמת בית מדרשו בטל כל
ז׳: אב בית דין שמת הכל חולצין משמאל וכל בתי מדרשות שבעירו
בטלין ובני בית הכנסת משנין את מקומן היושבין בדרום ישבו בצפון: נשיא
שמת הכל חולצין שתי ידים ולא יטיילו בשוק אלא יושבין משפחות דוים
כל היום *ruptura ob consanguineos cæteros post triduum sarcitur iterum, & post septiduum ea vestis exuitur omninò. verùm ob parentes deponitur modò post tricesimum diem, sed resarcitur nunquam. Excipe fœminas: quæ pudoris causa, ruptas vestes statim deponunt, etiam in funere parentum. Parentibus autem æquiparantur etiam alij, scindiq; debent vestes ob præceptorē (exemplo Elisæ 2. Reg. 2. v. 12.) R. Iose ait, quamvis oculos discipuli vnà tantùm lectione illuminarit. Sic & ob Principis mortem, vel Senatoris, vel publicam cladem, quando multi succubuerunt (2. Sam. 1. v. 11.) item propter honorem numinis, auditâ blasphemiâ (ut fecit Eliakim ob verba Rabsakes. 2. Reg 18. v. 37.) propter librum legis combustum (quod accidit Ierem. 36. v. 24.) propter urbes Iuda, præcipuè Ierosolymas & sanctuarium devastatum (Ierem. 41. v. 5. ubi & barbas eapropter detonsas fuisse legimus.) In omnibus hisce casibus lacerantur vestes usq; ad nuditatem pectoris. nec unquam resarciuntur. licet tamen eas deponere, aut rarioribus suturis in speciem scalarum constringere. sed Alexandrina contextura (quæ fit decussatim, formâ staminis & subteminis) prohibita est. oportet etiam venditorem disertè hoc emptori significare (si fortè in foro scrutario ad auctionem veniunt) nè unquam eas reficiat. Denique quisquis morienti assistit, cùm animam exhalat, quamvis æger ille non sit*

propin-

propinquus sibi, neq; literatus, tenetur tamen eius gratiâ rumpere amictum. Si vero doctus fuerit, cessat schola tota post eius obitum integrâ septimanâ: si Senator, universi nudant sinistra brachia, & Academiæ totius auditoria cuncta vacant. studiosi verò sessiones mutant, ita ut qui antea meridianum locum obtinuerit, nunc ad septentrionalia pulpita demigret. Si n:pse Rector (vel princeps Synedrij.) moriatur, humerum nudant utrunque; nec palam spaciantur in foro, sed mœsti desident apud familiares. Quid putas in Regis funere, luctuque publico factum, si minores & privatos ita deploràrunt? constat quod & aquas effundere solent hodie (dubito an olim) superstitione quadam. puerilis enim facti rationem poscentibus respondent, venenatum cultrum ibi abluere Angelum mortis, quem & Davides viderit 1. Parilip. 22. 16. quas nugas plus quàm pueriles suis admiratoribus relinquo. Illud memoratu dignius est, quòd intuitu mortalitatis, omnem luxum fasciarum detestantur, & ipsum cadaver vilissimè involvunt. cap. 4. H. Efel. גיזזין שערו ומלבישין אותו תכריכין תפורין בחוט של פשתן לבנים ולא יהיו דמיהן יקרים ונהגו חכמים בסודר שוה זוז שלא לבייש את מי שאין לו ומכסין פני המת שלא לבייש את העניים שפניהם מושחרים ברעב ואסור לקבור בתכריכין של משי ובגדים המוזהבין הרקומין אפילו לנשיא שבישראל שזהוא גסות הרוח והשחתה ומעשה גוים: *abradunt pilos corporis (& lavant mundissimè, in testimonium futuri Iudicij: quia coram tribunali comparituros, puros esse decet.) mox vestiunt involucris, candido filo lineo consutis, neq; pretiosis. Solent Sapientes adhibere sudarium, non plus denario constans, nè pudefaciant tenuiores, quibus est res angusta domi. Eadem de causâ tegunt faciem defuncti, nè prostituantur pauperiores, quorum famelici vultus ob alimenti penuriam, plerunq; sunt deformiores. (Author libri Minhagim c. ult. ridiculam affert rationem aliam; fieri nè memoriæ superstitum officiat. dispiciant hîc medici, an intuitus ille cerebro tàm noxius sit? dentibus quidem obesse, si quis consanguineo cadaveri osculum figat, meâ experientia probasse videor.) Nefas est sepelire involucris holosericis, vestibusvè deauratis vel acupictis, etiam Principem Israel (non puto Regem) quoniam hoc arguit fastum animi, estq; prodiga perditio, & mos Ethnicus.* Quamvis inter saniores Ethnicos non defuerint, qui hoc ipsum improbarunt, quod fragmenta XII. Tabb docent, ubi inter leges Xvirales & hæ sunt; quas Cicero l. 2. d.ll. recenset. *Sumptum minuito. tria si volet reicinia, & vincula purpuræ, & decem tibicines adhibeto, hoc plus nè facito.* Item: *Nè sumptuosa respersio fiat. nè murrata potio mortuo inditor. nè longæ coronæ, nec acerræ adhibentor.* quarum doctam explicationem habes in Dodecadelt Rittershusi clas. 1. cap. 4. & seqq.

Hæc de inutili profusione sumptuum, in res perituras. Alia verò & excusabilior erat ratio impensarum, quæ in condituram cadaveris insumebantur, ut illud diutissimè servaretur incorruptum & putredinis expers eam nec ipse Christus videtur improbasse, quando mulierem pollincturæ suæ prævenientem laudavit, invido & invito Iudâ, qui pietatis prætextu murmuraverat, in crepato, Matth. 26. vers. 10. Fuitque ista condiendi ratio Iudæis adeò consueta, ut etiam Nicodemus in unicum funus, centum libras myrrhæ & aloës insumere nil dubitarit. Iohan. 19. vers. 39. 40. Institutum est antiquum. ipsis patriarchis olim usurpatum, & ab Ægyptiis receptum, de quibus refert Herodotus in Euterpe, mihi pag. 111. fuisse singulares in hac re artifices, & corpora triplici modo condiisse. prout quis hæres id vel sumptuosius vel vilius fieri rogasset; ea propter antea licitatos de pretio convenisse, monstratis exemplaribus ligneis. qui optimè condiri voluerunt illis incurvo ferro cerebrum per nares emunctum fuisse, cranium verò medicamentis repletum, mox ilia conscissa, & alvum inde protractam, sed post expurgationem iterum in sedes suas repositam, ac infarctis odoribus affabrè consutam, tū corpus nitro per 70. dies salitum, glutine gummito (fortè Asphaltica pice quam abundè suppetidabat vicinum mare mortuum) esse oblitum, sindoni involutum, & in cavâ hominis effigie lignea conservatum. Qui sumptus parsimoniâ vilius condiri debuerunt, sectos non fuisse, sed alvum, immissa per clysteres cedrinâ pice, tabefactam & sic extractam. Qui vilissimè: ablutionibus tantùm intus purgatos, abstersosque. & extus nitro arefactos esse. Vbi & illud notat, fœminas formosiores ante quatriduum salinario non traditas, quòd aliquando quempiam recenti cadavere abusum fuisse sit compertum. Eos verò quos Nilus vel crocodilus rapuerit, publico sumptu fisci, religione quadam condiri solitos. Miror quod balsami nulla fiat mentio, vel mellis aut ceræ, quibus circumfusis cadavera etiam servari posse constat. Pulchrum verò erat illustres majores à seris nepotibus etiam post aliquot secula sic potuisse spectari, narrationibus de rebus sui temporis veluti testes interesse, convivijs quasi vivos adhiberi. creditoribus etiam pro hypothecâ oppignorari; quod sæpiùs contigisse Lucianus refert. Cogita jam Lector! quali modo Iacobus à medicis regiis in Ægypto fuerit cōditus. genes. 50. 3. certè nec impensis nec tempori parsum est: nam totos 40. dies insumpserunt. an verò possibile, quòd eū nō attigerint? ut R. Bachai sub fin. P. Vajechi notat היו מרקחים אותו בבשמים חנים כאסא המלך וזה היה אחר הרחיצה והיו בקיאים בחכמת הטבע של

בגופו הקדוש · חרופאים שינעו לא הסבע *inungebat ipsum aromatibus odoratu, sicut regem Asa. (2. par. 16. ult.) hocque fecerunt post ablutionem. Erant autem ita exercitati in scientia Physicâ, ut eius sanctum corpus nō tetigerint.* nisi fortè carnificias illas sectiones & exenterationes intelligit (de quibus antea Herodotus) quas fuisse intermissas etiam mihi verosimile est. R. Sal. Iarchi illos quoque dies luctui annumerat, & sub decem hebdomadibus comprehendit, quib..s eum deflerint Ægyptii, quod Nili fœcundam exundationem suâ benedictione ipsis impetrasset. ארבעים לחנטה ושלשים לבכי לפי שבאה להם ברכה לרגלו שכלה הרעב והיו מי נילוס מתברכין *septuaginta dies in textu, intellige de quadragenis diebus conditura, & tricenis quas tribuebant planctui, quoniam senserant benedictionem cum adventu pedis ipsius; quando cessabat fames, & aquæ Nili fœcundabantur.* De Iosephi cadavere mirum aliud referunt, fuisse id fumo tostum, & in aquis Nili contra putredinem diutissimè asservatum, donec universus populus ex Ægypto egressus, id secum in terram Canaan asportarit. Targū Vzielidis gen. 50. vers. ult. ומית יוסף בר מאה ועשר שנין ובסימו יתיה ועטרון יתיה ושוון חתיה בגלוסקמא ושקעון יתיה בגו נילוס דמצרים: *mortuus est Ioseph centū decemq; annorum, & condiverunt eum atq; suffumigarunt, reponentes in loculo (γλωσσοκόμῳ) quem demerserunt in meditullium Nili AEgyptiaci.* R. Abraham Seba in Zer. ham. opinatur hoc factum esse in contemptum terræ illius, quæ hospitio tanti cadaveris indigna fuerit simul verò in præludiū vel typum suffocationis infantulorū. Ego autē potius existimarim Physicam subfuisse causam, quæ putrefactionē arcuerit & juverit perennitatē: si modò satis certa est ea traditio. ראוי יוסף להיות בנילוס להגין על ילדי ישראל שהושלכו ביאור ולהיות במים טהורים ולא לעמוד בארץ טמאה כיחזקאל על כבר *dignus erat Ioseph, qui reconderetur in Nilo, ut præsignificaret puerulos illuc abijciēdos (Exod. 1. 22.) indigna verò terra illa propter impuritatem quæ ipsum reciperet, puriores autem semper habitæ sunt aquæ, sicut & Ezechiel in regione Chaldæâ sedit ad flumen Chebar, quando ipsi revelata est prophetia. cap. 1. vers. 3.* Hæc ossa plus quàm seculo post, extraxit Moses inde migraturus, Exod. 13. 19. Idem Targum Ionathæ. ואפיק משה ית ארונא דגרמי יוסף בגויה מן נילוס והוה מדבר עמיה *ascendere fecit Moses urnam ossium Iosephi ex intimo Nili, & abduxit secum.* hic desudant ingenia Talmudicorum, quomodo loculum in vastissimo flumine, post tantum temporis intervallum invenerit? aut quonam artificio inde sublevârit? quem ארון של מתכות *me-*

tallicum vel æneum fuiſſe dictitant: confugiuntq; ſuo more ad virtutē Schem hamphoraſch. Bachai. l. d. משה נטל טס אחד והטילו בנילוס וכתב עליו עלה שור עלה שור ואמר לו יוסף יוסף אחיך נגאלים וענני הכבוד מעכבים בערך אם לא רצונך לעלות נקיים אני משבועתך: *Moſe ſumpſit laminam, & inſcripſit* ASCENDE *Bos! (vel appinxit Bovem.) & projecit in Nilum, occlamans: Ioſephe, fratres tui redimuntur! & nubes gloriæ præſtolatur propter te: ſi non vis unâ migrare, abſoluti erimus à iuramento tuo.* credat hoc Iudæus Apella, vel Sigillorum aliquis ſculptor Theophraſtæus, conferatque in Maſs. Sotâ, finem cap. 1. pag. 9. & 13. ſi placet. Ego ad regum funera revertor. Ea fuerunt in humeris, etiam longiſſimam ſepè viam, exportata: qui honor nè malis quidem regibus, & odio habitis publicè, fuit denegatus. cuius humanitatis notabile ſpecimen ediderunt Phariſæi poſt fata Iannai. cum enim illorum octaginta præcipuos, inter convivandum ſupra tectum palatij ſuſpendiſſet, ac propinando & arridēdo ſuffocatis illuſiſſet ſarcaſticè, paulò poſt ipſe moriens, nihilominus honorificè fuit ſepultus, ut in lecto ſollicitæ conjugi prædixerat. Ioſipp. p. 52. edit. Baſil. בראות אשתו שהיה הולך בדרך כל הארץ בכתה לפניו בכי גדול ואל אל מי אשא עיני אחריך ואתה עשית רעות הרבה לפרושים וכל יושבי הארץ אוהבים אותם ויאמר לה המלך לא תבכי אני איעצך עצה אם תשמיעי תצליחי ותמלכי הנני מת ואיש בעולם אל ידע במותי ואמרי לי חולה הוא והנטי אותי והחזיקי מלחמתך עד שתכבשי העיר ואמרי להם אלכסנדר איבכם אם רצונכם השליכוהו באש או לכלבים ואני יודע כי הם אנשי חסד ורחמים ויקברוני בכבוד ותעש כאשר צוה והם אמרו חלילה לנו מעשות זאת לאדננו משיח ה׳ מלך וכהן גדול ואם חטא מיתתו תהי כפרה ואנחנו נספדהו ונבכהו ועל צוארנו יצא ארונו ונקברהו במעלת קברי המלכים ויעשו כן: *cum videret uxor eius, quòd abiret viam univerſæ carnis, flevit coram ipſo vehementer, dicens: ad quemnam oculos meos attollam poſt te, qui tot afflictionibus multaſti Phariſæos, quos totus populus veneratur? reſpondens ille, ac lamentari prohibens, dixit: benè tibi conſulam, modò auſcultes, proſperaberis & regnabis ſi obſecundas. Ecce morior ego! ſed nemo quiſquam in mundo ſcit hoc: ſimula igitur ægrotare me tantùm, ac nemini acceſſum ferre. interim clam aromatibus condi, & bellum ſtrenuè continua, donec urbem (Ragab.) occupes. poſtea dic eis: Alexander hoſtis veſter mortuus eſt. ſi vultis, cremate illum igni, vel obijcite canibus. at ſcio certiſſimè Phariſæos eſſe viros miſericordes & bonos, meq; decenter ſepulturos. Fecit ergò ſic ut inſtructa erat: tum ipſi reſponderunt; Abſit hoc grāde nefas procul à nobis! ut ſic retribuamus Domino noſtro, uncto* DEI, *Regi ſimul & Pontifici. Quicquid in nos peccavit, expiatum eſto illius morte*

mortenos verò plangemus ipsum & lugebimus. Superque nostros humeros *exportabimus feretrum eius, ac sepeliemus in monumentis regiis: quod & factū est.* confer. Iosephū. l.13.antiq.c.23. Et rectè quidē nam, hoc solum est officium quod remunerationis nullâ spe suscipitur, quod nec is qui præstat sibi cito referri optat, nec is cui præstatur, sentit. Maym H. Efel. init.c.14. מצות עשה של דבריהם לבקר חולים ולנחם אבלים ולהוציא המת וללות האורחים ולהתעסק בכל צרכי הקבורה לשאת על הכתף ולילך לפניו ולספוד ולחפור ולקבור׃ *hæc sunt monita sapientum; visitare decumbentes, consolari lugentes, efferre mortuos, comitari viatores, & occupari cunctis necessitatibus funeris: scilicet exportare super humeros, præcedere, plangere, fodere, sepelire.* Herodem sic extulerunt per ducenta stadia, itinere sesquitriduano, usque ad castellum à se denominatum, lecto purpureo & gemmeo, quingentis thura ferentibus, comitibus etiam multis Germanis militibus & Gallis. Ioseph d bell. l.1.c.ult. & iterum Iosipp. m. p.124. הורודוס צוה לפני מותו לקברו בארודיאן רחוק מירושלים מהלך ב׳ ימים וחצי וישכיבוהו במטה מצופה בזהב וממולא באבנים יקרות ועל ראשו רדיד ממולא באבנים טובים ועליו כתר המלכות ובימינו שרביט המלכות וכל הגבורים סביבותיו לבושי שריונות וחרבותיהם שלופות בידיהם וכובעיהם בראשיהם כימי מלחמותיו וארקילוס בנו המולך בא אחריהם ואחריו כל עם ישראל וחמשים מעבדיו סובבים המטה איש איש במקטרת זהב בידו ושורפים עצי בשמים לרוב מאד ומשליכים על המטה מר דרור בכל עת וגדולי ישראל נושאים אותו על צואריהם והולכים בנחת ובכבוד עד אשר הגיעו לא נעשה כמוהו לכל מלך׃ *Iusserat Herodes ante obitum, sepelire se in Herodion, à Ierosolymis itinere duorum dierum & semissis distante. Collocarunt igitur eum in lecto deaurato & lapidibus preciosis referto, capiti peplum imponentes, itidem gemmis repletum, super quo corona erat regia, & manu tenebat sceptrum circundabant eum fortissimi quiq., loricas induti, strictos verò gladios manibus gerentes, & in capitibus galeas, ut in bellis solebant. Archelaus filius ac hæres regni, post illos medius incedebat, reliquus autem populus omnis penè sequebatur. Quinquaginta ministri ad latus feretri, gestabant totidem aurea thuribula, lignum odoriferum adolentes maximâ copiâ, & myrrham purissimā continuè inijcientes. ferebant eum magnates Israël suis humeris, tardè ac graviter incedentes, cum honore, usq. dum eò pervenissent. quod vix adeò solenniter contigit ulli regum.* Aliàs de privatâ processione disputant Rabini, quot personæ juxta se ire debeant? uter sexus præcedere? vetantque sandalia pedibus inducere. Causam audi ex ipsis H Efel c 4 סובלין את המת על הכתף עד בית הקברו ונושאי המטה אסורין בנעילת הסנדל (סמ״ק מותר לצאת מפתח ביתו לגבר

המת) שמא תפסק רצועה מסנדלו של אחד מהן ונמצא מתעכב מן המצוה: *efferunt defunctum humeris (nec vehunt lecticâ.) usq; ad sepulchretum, sed latores prohibentur calceari sandalijs, [quamvis R. Isaac Corbeilensis in compendio praeceptorum permittat, ab ostio domus ad necessitates demortui] nè fortè rumpatur corrigia cuiusdam. & illud processionem impediat.* levicula sanè sollicitudo, discalceare bajulos nondum valens. fin c. 12. מקום שנהגו נשים לצאת לפני המטה יוצאות לפניו (מפני שהן גרמו מיתה לעולם) לאחר המטה יוצאות לאחריו (משום כבודן של בנות ישראל שלא יסתכלין בהן האנשים :: בירושלמי) *est locus ubi mulieres solent praecedere, feretrum ibi praecedant sanè; quia illae mortem introduxerunt in mundum: (gen. 3. 6.) est alius ubi sequi solent, ibi sequantur: ob honorem filiarum Israël. & nè quis fortè masculus illarum aspectu incendatur. ut explicat Talm. Ierosol. seq. cap: 13.* אין שורה. פחותה מעשרה. אבלים *in qualibet serie non pauciores decē personis incedunto.* An etiam Siticines adhibuerint veteres hebraei, equidem ignoro, inquisivi curiosè sed nondum reperi ullum eius vestigium. nisi fortè המקוננות *lamentatrices* fœminae, Ierem. 9. 17. huc referri debeant, quae anus precio conductae, ululatu suo lugentibus lachrymas eliciebant, ut apud Romanos Praeficae. Maym. H. Esel. cap. 12 init הספד כבוד המת הוא לפיכך כופין את היורשים ליתן שכר המקוננים והמקוננות וסופדין אותו ואם צוה שלא יספדוהו אין סופדין: *quia planctus vergit in honorem defuncti, ideò tenentur haeredes mercedem dare planctoribus & planctricibus, ut hoc officium praestent: nisi demortuus ipse testamento vetuerit.* At hoc voce praestabāt. non organis quid ergò sibi vult ille tumultus Auletarum in Evangelicâ historiâ Matth. 9. 23. apud filiolam primatis exanimem? videntur hoc à gentibus, quorum sub potestate fuerant didicisse. Romani enim tubicines & tibicines adhibebant, qui quod apud *Sitos* h. e. vitâ functos canere solerent, proprio vocabulo *Siticines* dicti sunt, teste Agellio. l. 20. c. 2. ex Atei cōjectaneis. ubi addit saltabundos cecinisse, genus saltationis quod inde *Sicinniū* vocârint. vel quod eo concētu mœstos à luctu abducere, aut in eum contra vehementius impellere, vel etiā spectra voluerint abigere. Pythagorici existimabāt animae gratiâ fieri. quae sic jucundius ad originē suam, caelos nempe harmonicos revertatur. alij putant testimonij causâ introductū quod aliquis nec apertâ vi ferri, nec insidijs veneni clandestinis obierit. Seneca in Apolocynthosi Claudiana jocum hinc captat: tibicinū, cornicinum & omnis generis aeneatorum turbam sic perstrepuisse, ut vel ipse defunctus exaudire potuerit. inde igitur à victore populo, ad:

Io, ad Iudæos, ut alia multa emanasse credibile est. Illi cum ad sepulchrum devenitur, orant hodie preculam quandam, צדוק הדין vocatam, quæ in libellis *Siddur Tphillos* ferè ultima est, sed in meo exemplari Homoviensi pag. 53. extat. ob prolixitatem exscribere nolo, argumentum brevirer est hoc; DEUM *esse justißimum; nemini moriendo fieri injuriam. quis enim dicere ausit, quid facis? ipsum pro placito vivificare ac mortificare. Rogant ergò velit parentibus & liberis parcere, memoriam eorum non prorsus delere, oculos verò super hunc populum jugiter apertos habere. Addunt; etsi quis vel mille annos viveret, nihilo tamen plus lucraturũ. Iterum: fatentur judicia* DEI *justa esse omnes animas habere in sua potestate. Orant velit Angelũ mortis inhibere. tandẽ acquiescunt in illo Iobi; Dominus dedit, idem & auferẽdi jus habet, &c.* An etiam vultus sepeliendorum, nostro more ad ortum solis convertãt, nescio; oraturos quidẽ illuc respicere scio, sæpe enim in illorũ ædib⁹ eam plagam, inscripto nomine מִזְרָח *notatam observavi.* hoc etiã certum est, faciem semper vertere sursum, egestam humum reponere, mœstumque VALE dicere relicto. H. Efel. cap. 4. חופרין בעפר מערות ועושין כוך בצד המערה וקוברין אותו בו ופניו למעלה ומחזירין העפר והאבנים עליו ויש להן לקביר בארון של עץ והמלוין אותו אומרין לו לך בשלום: *effodiunt in terrâ speluncam, & in eius latere cavernam (id notandum propter formam sepulchri Salvatoris, quod ostium habuit, Matth. 27. 60. per quod mulieres ingredi potuerunt. Marc. 16. 5.) ibi sepeliunt eum, facie sursum locatâ, & restituunt glebas atq; lapides in locum. Vtuntur etiam feretris ligneis. & qui funus comitantur, dicunt, solenniter:* VADE IN PACE. Singulos sepeliunt seorsim, nisi fortè mater unâ cum infante obierit. cap. 14. post med. אין קוברין מת על גבי מת ולא שני מתים כאחת שביזיון הוא וקטון היוצא עם אמו נקבר עמה *non sepeliunt mortuum unum super alterum, nec duos simul quid id ignominiosum haberetur at parvulus qui unà cum matre effertur, potest apud eam relinqui.* Quod verò mortui supellectilem attinet, quâ in ægritudine usus est, velut pulvinaria, linteamina vascula &c. non putant decere ut quis alius istis post obitum possessionis utatur, ideò soliti sunt & illa unâ cum defuncto sepelire. præcipiunt tamen sapientes, cavere, nè quid facilè unà defodiatur, quod aut pretiosum sit, aut honestius utiliusque possit egenis erogari. Eod. cap. 14. paulò post המת אסיר בהנאה כולו חוץ משערו שהוא מותר בהנאה מפני שאינו גופו וכן ארונו וכל תכריכיו אסורין בהנאה אבל כלים המוכנים לתכריך לא נאסרו אפילו ארג בגד למת. עד שיגיע במטה הנקברת עמו שאין ההזמנה אוסרת כל הכלים:

שזורקים על המת על המטה אסירין שלא יתחלפו בתכריכין. הי״ג. א״ב
ואמו מזרקים כלים בהכתן על המת ומצות על אחרים להציקן ואם
הניעו למטה שוב אין מצילין מלמדין את האדם שלא יהא חבלן ולא
יפסיד את הכלים וישליכם לחבלה מיטב לתתם לעניים ואל ישליכם
לרכה ותולעה וכל המרבה כלים על המת עובר בלא תשחית: *nulla portione cadaveris fruiſi licet; exceptis Capillis, quia non ſunt partes corporis integrantes: ſic & involucra vel loculum ad alios transferre uſus prohibitum eſt. At vaſa quæ mortuo tantum deſtinata fuerunt, etiam textura veſtis ipſi parata, non prohibita, prius quam lectum tetigerint: qui unà ſepeliendus eſt; nec obeſt ſola præparatio. Vtenſilia quæ ſparſa vel ſtrata ſunt ſuper decumbentem, non licet cum alijs vilioribus involucris permutare. Quod ſi parentes in fervore affectus ea ſternere ſuper liberos conetur, debent illa detinere circumſtantes: niſi jam lectum attigerint, quo caſu redemptio est irrita. Docendi tamen ſunt homines, ne ſint diſſipatores vel aſſueſcant intempeſtivis perditionibus. præſtat enim ea dare pauperibus, quam ſic inutiliter vermibus objicere. quicunq; multiplicat vaſa feralia, peccat contra legem de non perdendo (quam ſupra explicavi.)*

Alia verò fuit regij funeris conditio. quæcunque ibi cum privato ſepeliebantur in terram ea hîc in honorem regis comburebantur per ignem, ſelectiſſima myrrha & purimo thure fotum. non ulli parcebatur ſumtui, non pretioſis periſtromatibus non aulæis, non cervicalibus: ipſæ ſellæ regales, ex arbore בורנק in naſcentis honorem & felix omen plantatæ, cremabantur. ſolum ſceptrum & corona non conflabantur, ſed recondebantur unà cum cadavere; prout ſuprà in Herodis funeratione memoravimus. R Bachai P. ſchopht. & R. Moſ. B. Maym. Hal. Mel. cap. 2. §. 1. אין משתמשין
במלך באחד מכל כלי תשמישו ומשמת כלן נשרפין לפניו *non utuntur ulla ſupellectile regali, (quæ ad perſonæ majeſtatem propriè pertinet) ſed cum ille moritur comburunt univerſum coram ipſo.* Idemque Rabinus ad ſin. H. Efel cap. ult. מלך או נשיא שמת יש להן לשרוף מטתו
וכל כלי תשמישו ואין בזה דרך האמורי ולא משום השחתה שנ׳ בשלום
תמות ובמשרפות אבותיך הראשונים ישרפו לך *ſi quis rex aut princeps moritur, licet concremare lectum eius unà cum utenſilibus cunctis. neq; hoc fit æmulatione Amor eorum (gentilium.) aut perdendi tantum animo (ſed in honorem regis, quem ipſe* D E U S *approbavit. Ierem. 34. 5.) ſicut dicitur: in pace morieris, & juxta combuſtiones patrum tuorum, in regno antecessorum, comburent tibi: ſolenne illud* הוי אדון H E U DOMINE! *acclamantes.* Eandem quoque proteſtationem reperio in Talm Mas. Elilim (quæ juſſu Concilii Tridentini in editione Baſileenſi tota eſt omiſſa.) pag. 11. a. שורפין על המלכים ולא מדרכי
האמורי

האמורי דכתיב ובחוקותיהם לא תלכו אלא דכולי עלמא שריפה לאו חוקה הוא אלא חשיבותא הוא (פי׳ מי ששורפין עליו בראין שמיתתו חשובה) *Busta regia non sunt ex consuetudine Amorrhæorum (quo nomine Romanos per metathesin sæpè indigitant) de qualibus præcipitur (levit. 18. 3.) in statutis eorum nè ambuletis. sed totus mundus novit hanc combustionē esse honorificam ei, ob cujus mortem instituitur.* Magna est diversitas inter hæc hebræa busta & Romana: hebræi suppellectilia tantùm, & quidem solius magnatis; Romani verò ipsa corpora; ut plurimū quoque plebejorum cremabant, struentes rogum è nudibus lignis, asciâ non politis (Plinij tamen ætate contra prohibitionem asciatis & pictis, lib. 35. cap. 7.) aliquando cupressinis adversus fœtorem, aliàs ferè siccis, ob faciliorem conflagrationem pice illitis, formâ quadrangulari qualis est ararum, altitudine pro divitiarum modulo fastigiatâ intervallo bis mille passuum ab urbe, aut sexaginta pedum à quavis casulâ, propter flammæ periculum ibi reponebant mortuum unà cum ferali lectulo, in quo animam exhalârat: accendebantque rogum consanguinei, vultu averso facibusque retrorsum subditis, plebe interim sinistro gyro ter circumcursitante. Notat Kirchmannus in eruditissimo tractatu d. fun. Rom. lib. 3. c. 2. pag. 333. fuisse denis virorum corporibus, singula muliebria plerunque apposita; quæ ob pinguedinis abundantiam arderent facilius. Hoc solum habuerunt suo modo commune cum hebræis, quòd arma & vestimenta, muneris loco, in rogum conjecta combusserunt; quem tamen luxum supradicta lex sumptuaria de tribus riciniis ex Cicerone allata cohercuit. Illud verò crudelius erat, quod non animalia tantùm defuncto charissima, velut equos aut canes, ad rogū mactata ignibus injecerunt, sed aliquando etiam homines captivos aut servos mercati, & in societatem illustris cadaveris immolatos, concremasse leguntur; manes humano sanguine propitiari credentes. Plausibilior illorum conditio, qui defuncti amore in rogū spontè insilierunt, quod de quodam Catieno Philotimo refert Plinius, sub fin. c. 36. l. 7. patronum sic dilexisse, ut ab eo hæres omnibus bonis institutus, in rogum ultrò se conjecerit. Et apud Indorum viduas creberrimè fieri, præter Ciceronem 5. Tusc. multi authores tradunt. Ælianus etiam d. hist. anim. l. 7. c. 40. Poli cujusdā tragœdi canem, cum herus pro more cremaretur, in vivicomburium ad altorem suum alacriter semet præcipitasse narrat. Insigniter verò stultum fuisse oportet philosophum illum, nomine ac mente Peregrinū, professione Christianū apostatā, qui ex ambitione mera & ut spectatorib⁹ materiā sermonis præberet olympicis ludis in pyrā se cōjecit volensq; ustulavit, quē salse ridet more suo Lucian⁹, peculiari

dialogo, & familiariter ſe noviſſe ait Agellius l. 12. cap. 11. verùm quo me trahunt ethnici? revertor ad hebræos, qui in ſui regis Aſa funere, combuſſerunt combuſtionem magnam valdè 2. par. 16. v. ult. non nemo interpretum opinatur ipſum corpus cremaſſe; at ego lectum cum aromatibus tantum deflagraſſe ſtatuo, quia eod. v. ipſum cadaver diſertè humatum eſſe dicitur. R. Sal. Iarch. in gloſs. cineres loculo inſperſos ait. מיני בשמים מרוקחים במר קהות מעשה רוקח שרפו לו לאפר ואותו אפר זורו עליו כמו ששורפין על המלכים *ſpecies aromatum arte pigmentaria compoſitorum, cremarunt in modum pulveris, eoq; reſperſerunt ipſum; ſicut ſolent facere regibus.* Ita & in Zedekiæ ſepulturâ plurimum ligni odorati & condimentorum fuit combuſtum, quamvis ipſe captivus erat, & ab anteceſſorum majeſtate plurimum deſciverat, oportebat tamen prophetiæ verbum impleri, Ierem. 34. 5. ad quam R. Dav. Kimchi notat in marg. אעֿפ שנקרו עיניו כיון שלא ימות בחרב וימות על מטתו ויעשו לו כבוד כמו שעושים למלכים זהו בשלום ורז״ל אמרו בשלום שמת נבוכדנצר בימיו *licet oculos eius effoderint, (Chaldai, 2. Reg. 25. 7. catenis ipſum deducentes Babylonem; nè videret regionem, juxta vaticinium Ezechielis cap. 12. verſ 13.) tamen non morietur gladio (violentâ morte) ſed ſuper lectum ſuum, & eius cadaveri honorem habebunt ut ſolent regibus: hoc vocat Ieremias.* in pace mori. *Sed & illud eliciunt inde Magiſtri noſtri, p. m. ideò dictum* in pace, *quia hoſtis eius Nebucadnezar ipſo ſuperſtite mortuus.* de quo R. Sal. I. ad eund. loc. כל ימי נבוכד נצר לא יצאו אסיריו מאסיריהם וכשמת בבוכדנצר יצא צדקיהו מבית האסורים ולמחרת מת וקברוהו בכבוד *quamdiu vivebat Nebucadnezar, non dimittebantur captivi è carcere ſuo: at cum moreretur, ſtatim dimiſſus fuit Sedekias, & poſtridie ipſemet defunctus, quem tali honore ſepelierunt. (diſpiciant chronologi an hæc cum temporum ratione ſatis concordent: certum quidem eſt liberum obiiſſe.)* De Saulis αὐτόχειρος ἀκεφάλῳ cadavere incertum eſſe video an vel quatenus crematum fuerit. Targum arma tantum & aromata non corpus ipſum, combuſta fuiſſe innuit. 1. Sam. 31. ult. קְלוֹ עֲלֵיהוֹן כְּמָא דְקָלַן עַל מַלְכַיָּא הֲמָן *uſſerunt propter eos, ſicut urunt propter reges ibi.* contra noſtrorum aliqui exiſtimant ipſa corpora regis & filiorum igni fuiſſe cremata, cineres verò demum ſepultos. R. Dav. Kimchi mediâ quaſi viâ incedit, quoniam & combuſtionis & humationis fit mentio, putat carnes quidem jam putridas & à vermibus rodi non dignas crematas fuiſſe, oſſa verò ſub quercu ſepulta יתכן לפרש כי הבשר שרפו שהעלה רמה ולא ראו לקברם עם התלעים כי לא היה דרך כבוד ושרפו הבשר וקברו העצמות תחת האשל ובדברי הימים תחת האלה אשל הוא:

כלל

כלל לכל עץ *convenit hoc interpretari de carne, quam vermes jam invaseant, noluerunt unà cum illis rosoribus humare, quia parùm fuisset honorificum; itaq; concremarunt: ossa verò sepelierunt sub nemore. In libris partlip: (1 cap 11. v. 12.) legitur, sub quercu: quod huic non contradicit, quia generale nomen arboreti, quercetum quoque comprehendit.* Quomodo autem carnes ab ossibus separarunt? num putabimus Anatomico more abrosisse: an verò per elixationem dissolvisse? quemadmodum superioribus seculis aliqui, nobiliorum cadavera membratim concisa, in ahenis ad ignem coxerunt, ut ossa seorsim & ab integumento carnis libera sepelirent: quos Bonifacius octavus ob hanc feritatem excommunicavit. Extravag. com. l. 3. tit. 6. d Sepult. aut an fortè cadaverum semiustulatorum ossa exemerunt facilius? miror quomodo Romani olim cineres ossium à reliquis in solenni ossilegio discernere potuerint? postquam rogus vino erat restinctus, quod Numa prohibuisse videtur lege posthumiâ, quæ apud Plinium extat. l. 14. c. 12. & inopia vini sancita esse dicitur, nostri verò critici putât esse *συμποτικὴν* & vivis compotoribus vinum potius indulgere, quàm rogis defunctorum. Apud hebræos iste honor busti non regibus tantùm, sed & Synagogæ præsidibus fuit habitus, quòd sapientiâ sua & officii dignitate illum mererentur. cuius notabile exemplum legimus in Talm Mass. Afoda zara (per Tridentinos ut supra dictum est, execta.) pag 11. fac. a: כשם ששורפין על המלכים כך שורפין על הנשיאין ומה הם שורפין מיטתן וכלי תשמישתו ומעשה שמת רבן גמלי׳ אל הזקן ושרף עליו אינקלוס הגר שבעים מנה צורי, משמע הכסף שרף צורי משקל של צור והוא עשרים וחמשה סלעים והסלע ארבע דנרים והדינר הוא משקל זהוב קושטנטינה כלי תשמיש היו שוין ע׳ מנה) *quemadmodũ cremant propter reges, ita & propter Synedrij Rectores quid autem cremant? lectum & utensilia eorũ. Accidit cum moreretur Raban Gamaliel senex, ut combureret propter eum Onkelos proselytus septuaginta Minas Tyrias. Scholiastes hoc interpretatur de argenteo valore combustorum, dicens hoc pondus Tyrium continere XXV. Sela, & quodlibet Sela æqui ponderare quatuor Denariis, sive (quod tantundem sit.) 4. aureis Constantinopolitanis. combusisse igitur utensilia quæ 70. Minis (h. e. septem mille denariis.) æstimarentur.* ubi obiter observandum errare illos, qui Onkelum in præceptoris funere, totidem libras Thuris adolevisse vulgò tradunt. non videntur ipsimet hunc locum Talmudis inspexisse, sed è latinâ quadam citatione quantum auguror, ubi fortè *Thuris* pro *Thyriis* scriptum erat nimis securè ut fieri amat, transsumpsisse: quo præjudicio suo me quoque pridem seduxerunt, ut in *Bechin. happer.* p. 25. id perpe-

ſum æmulatus fuerim corrigat qui exemplar habet (nam errorem retractare nil pudet.) atque aliena verba cautius mercari, meo exemplo diſcat. verùm de tali thuris prodiga combuſtione, memini referre Plinium l. 12. cap. 18. quod Nero princeps noviſſimo pompa (rectius alibi Poppeæ) ſuæ die tantum concremârit, quantum ex peritorum æſtimatione non ferât annuo fœtu Arabia: felix alioquin hac ſepulturæ luxuriâ: cùm Dijs per ſingulas tantùm micas dari ſoleat. Erat Onkelos ille, paraphraſtes Chaldæus, cuius Targum etiam nunc hodie legimus. Baal-Iuchaſin exiſtimat eum fuiſſe filium ſororis Titi Imp. ſed R. David in Zæmath. p. 40. b. rectè diſtinguit illum ex temporum ratione, ab altero quodam Synonymo quem evexerat Titus ad principatum. Talm. c. 5. Gittin. Gamaliel verò cuius honori ſic litatum eſt, erat ipſe præceptor S. Pauli, ad cuius pedes Apoſtolus Phariſaiſmum didicit. Act 22. 3. in libris Rabinorum vocatur *nepos* Hilletis נכדו, non verò Simeonis filius (ut aliàs à parentibus immediatè denominari ſolent.) procul dubio quia grandævus ille Simeon Hillelides, de religione ſuſpectus & inviſus eſſe cœperat, poſtquam infantulum Ieſum ulnis amplexus eſt Luc. 2. 28. vnde nec in Pirke-afot cæteris annumeratur. Confer Abbrev. Cl. Buxtorf. p. 171. Arbitror ideò tàm honorificè crematum fuiſſe, quia ſumptuoſius ſepelire aliter, aut affectum teſtari erga benè meritum, non poterant, teſtamento morientis prohibiti. Zæm. Dav fol. 36. b. ר״ג הזקן צוה קודם מיתתו להוציאו לקבורה בכלי פשתן כי קודם זה הוציאו את המתים בכלי משי והיה הוצאת המת קשה לקרובין יותר ממיתתו כדאיתא בפרק שני דשבת. *Raban Gamaliel ſenex præceperat ante obitum, ut ſe viliſſimâ veſte lineâ ſepelirent. nam prius conſueverant mortuos in holoſericis efferre, ut ſepultura conſanguineis gravior fuerit (minusq; tolerabilis) ipſâ morte, ſicut eſt in Talm. cap. 2. Maſſ. Schabb.* Non dubito quin tota etiam Synagoga, capite ſuo privata ceſſarit aliquandiu. Nam ſolent poſt mortes Rectorum integro menſe feriari, imò poſt gregarii cujuſvis diſcipuli obitum otiari totas dies. Maym H. Efel cap. ult. תלמיד חכם שמת אפילו היו עמו עד ס׳ רבוא מבטלין תלמוד תורה להוצאתו ואם היה מלמד לאחרים אין לו שיעור אלא מבטלין הכל : ואב״ד ונשיא שמת אין מבטלין ישיבתו יותר על שלשים יום : *Si ſtudioſus ſapientiæ moritur, quamvis habeat ſexaginta myriades condiſcipulorum, tamen ceſſant omnes à ſtudio, donec eum extulerint. Si talis eſt qui jam alios docere poſſit, non habet æſtimationem (numerus collegarum) ſed vniverſi vacant funeri. Non verò ceſſat Academia poſt obitum Rectoris pluſquam triginta diebus.*

Revertamur à bustis & cœmiterio domum. ibi videre est quomodo in reditu evulsa gramina ter retroijciant pio sanè ritu, ob spem & symbolum resurrectionis. acclamant enim illud Psalmi 72. v. 16. יָצִיצוּ וְיִפְרְחוּ כְּעֵשֶׂב בָּאָרֶץ *florebunt & germinabunt instar graminis terræ* (*quod post hyemem primo vere renascitur, quamvis totum exaruerit.*) In Sidd. Tphill. p. 54. dicitur quosdam acclamare זָכוּר כִּי עָפָר אֲנָחְנוּ *meminerimus nos pulverem esse*: forte illud solent in brumâ, quando nil viride præstò est, sed glebas retroijcere coguntur. additur ibid. post manuum ablutionem dicere בִּלַּע הַמָּוֶת לָנֶצַח וּמָחָה יְיָ אֱלֹהִים דִּמְעָה מֵעַל כָּל פָּנִים וְחֶרְפַּת עַמּוֹ יָסִיר מֵעַל כָּל הָאָרֶץ כִּי פִּי יְיָ דִּבֵּר *deglutivit mortem in æternum, & abstersit Dominus* DEUS *lachrymas ab omni facie; opprobrium populi sui removebit ab omni terra quoniam os Domini locutum est.* (*Esaiæ 25. vers. 8.*) hæc rectè. ideò etiam sepulchreta non vocant בית מתים *loca mortuorũ*, sed בית חיים *loca vivorum* fiduciâ resurrectionis. Minhag. c. ult. Errant ergo illi & rerum Iudaicarum non satis periti sunt, qui resuscitationem eos negare asserunt. quæ enim de perpetuâ morte impiorum dicunt, non aliter accipienda sunt, ac nos sentimus de secundâ & æternâ illorum morte, ex 2. Thess. 1. 9. Apoc. 2. 11. & 20. 14. legat qui dubitat eorum confessionis articulum, inter XIII. postremum, à Maymonide conceptum qui extat in opere Taim Sanhedr. p. 121. b. præ ertim quæ eadem Massichta, c. ult. Chelek, contra veteres Sadducæos argutè disputarunt. p. 90. & 91. quomodo R. Meir, Cleopatram reginam de hâc sciscitantem, per varias similitudines erudierit. &c. quæ brevitatis gratia omitto; id solum nunc attingens, quod quidam Rabinus à piratis captus, uxori pudicitiæ caussâ periclitanti respondit, de resurrectione submersorum. quia memorabile est Cabal. R. Abrah. Levit mihi p. 13. יצא ממדינת קורטובא שליש ממונה על צי״ם ששמו בן דמאחין שלוח מלך ישמאל בספרד ושמו עבד אל רחמאן אלנאצר והלך עד חוף הים של ארץ ישראל ומצא אניה ובה ארבעה חכמים גדולים הולכים למדינת ספסתין וכבש האניה ואסר רבינו משה אביו של ר׳ חנוך עם אשתו ובקש השליש לכפותה ולענותה כי היתה יפה ביותר והיא צעקה אל אישה בלשון קדש ושאלה ממנו אם הנטבעים בים חיים בתחיית המתים אם לא והוא השיבה א׳ ה׳ מבשן אשיב ממצולות ים וכששמעה דבריו הפילה עצמה בים וטבעה ומתה *è Cordubâ Hispaniæ solvebat gubernator quidam classis, nomine Demachin, quem præfecerat rex Saracenicus Ebedalrachman Alnazar, & pertingens ad littus Palæstinæ, offendebat navem in quâ quatuor eruditi Iudæi, Sebasten proficiscentes; eam subegit, & le-*

gavit inter cæteros etiã R. Mosen patrẽ R. Chanochi, unà cum uxore sua. Cũ autẽ ea valdè pulchra esset conabatur ille Admiralius, ut vocãt, eã vitiare per vim. clamabat ergò ad maritum, & sciscitabatur hebraicè, an etiam submersi, olim in extremo die, æquè ac in terrâ sepulti sint resurrecturi? respondit ille ex Psalmo 68. v. 23. Dixit Dominus, è Basan reducam, reducã è profunditatibus maris. itaque hoc versu audito præceps exiliit in mare, submersa est, & morte castitatem redemit. Pergo ad Luctum is brevior erat vel longior, pro dignitate mortui, communi erat unius hebdomadis. H. Efel. c. 13. med. אין בוכין על המת יתר משלשה ימים. ואין מספידין יתר משבעה בד״א בשאר העם אבל תלמידי חכמים הכל לפי חכמתן ואין בוכין עליהם יתר משלשים יום שאין לנו גדול ממשה רבינו וכתיב ויתמו ימי בכי אבל משה וכן אין מספידין יתר על י״ב חדש שאין לנו בחכמה גדול מרבינו הקדוש וי״ב חדש בלבד נספד: *non deflent mortuum ultra triduum (lachrymantes.) nec lugent ultra septiduum (in terrâ discalceati sedentes.) intellige hoc de vulgo. nam sapientiæ studiosos plangunt pro modulo eruditionis illorum. non tamen quempiam deflent ultra mensem, nec lugent ultra annum. Ecce enim nunquam habuimus majorem Mose nostro Præceptore, & de illo scribitur (Deut. ult. vers. 8.) triginta diebus finitum esse fletum. sic nec ullum habuimus doctiorem R. Iehudâ sancto (qui à morum honestate sic denominatus, collegit librum Mischnaiot, Imperatori Antonino familiariter notus, è familiâ Hillelis & ipsius Davidis, itaq; Christi cognatus juxta carnem.) & tamen non ultra XII. menses continuarunt luctum.* quod idem etiam R. Bachai P. Vajechi circ fin. ijsdem penè verbis recenset. Ob parentes tamen liberi lugent quoque annum, & interim orant pro ipsis quotidie peculiam Kaddisch appellatam, ut citius è limbo Iudaico ad plenam paradisi fruitionem pertingant; quod est à superstitione posteriorũ seculorum, & Akibæ commentum. non tamen quis facilè continuat usque ad finem anni, quando impijssimi demum liberantur, quòd nemo filius patrem suum tàm malignum fuisse præsumat. Synag. Bux. c. 35 p. 504. edit. lat. Celebrant etiam anniversaria jejunia, quotannis eâ die quâ mortuus est, unde quæstio ipsis perplexa oritur, quandonam jejurandum sit, si quis in intercalari mense Veadar obierit, qui non quovis anno recurrit? Minhag. ult. Itẽ unde numeratio incipiat si peregrè absenti mors amici nuncietur. H. Efel. init. c. 7. ubi plures cijusmodi casus magistraliter deciduntur, quia luctus penè pro parte sacri cultus habetur. *Idem c. 12.* post init. כל המתעצל בהספידו של חכם אינו מאריך ימים וראוי לקבר בחייו אבל המוריד דמעות על אדם כשר הרי שכרו שמור על כך אצל הקב״ה *quicunq; pigrescit in planctu sapientis, non prolongabit dies suos, verùm:*

verùm dignus est ut sepeliatur vivus. contra qui lachrymas largiter emittit ob virum bonum, eius merces reservatur apud D E U M *opt. Max.* Herodes malè sibi conscius, & metuens nè hoc luctus honore privetur, aut Iudæi pessimè à se tractati, emortualem in festivum diem convertant, præcepit in agone nobilissimos illorum capi & in hippodromum concludi, atque cùm primùm animam efflaverit, à circumfuso milite occidi, ut vel invitus Israël ipsius fato illachrymetur: quod etiam executioni fuisset datum, nisi soror ipsius Salome, pio strategemate usa consilium evertisset. Ioseph d. bell. l. 1. c. ult. neq; in eo vanus fuit augur: nam celebrant hanc festivitatem adhuc quotannis, hilaritate magna perinde ut ipsius Hamani suspendium. Esth. 9. 27. de quâ in libello Megillas Taanis. cap. 9. בשבעה בכסלו יום טוב יום שמת הורודוס מפני שהיה שונא את החכמים ששמחה היא לפני המקום כשהרשעים מסתלקין מן העולם׃ *septima dies in mense Cislev. (qui à novilunio nostri Novembris incipit.) festiva est, quoniam eâ mortuus Herodes, qui odio persequebatur sapientes (& vel solo infanticidio. Matth. 2.16. invisus erat meritò.) est etiam lætitia coram ipso* D E O *cum improbi tolluntur è mundo.* Servos quoque non plangunt, ita nec minorennes. Maym. H. Ebel. cap. 12. ant. fin. אין מספידין את הקטנים ובן כמה שנים יהיה ראוי להספד בני עניים או בני זקנים בני חמש ובני עשירים בני שש אחד אחד זכרים ואחד נקבות תינוק שמת כל שלשים יום יוצא בחיק ונקבר באשה אחת ובשני אנשים אבל לא באיש אחד ובשתי נשים מפני ייחוד בן ל׳ יום גמורות יוצא בגלוסקמא קטנא הנטלת באגפיים בן יב״ חדש יוצא במטה׃ העבדים והשפחות אין מספידין אותן ואין עומדין עליהן בשורה ואין אומרים עליהן ברכת אבלים ותנחומי אבלים אלא אומרין לו כעל שורו או על חמורו המקום ימלא חסרונך׃ *Non lugent ob parvulos. quotennis ergo debet quis esse, ut luctu dignus habeatur? liberi pauperum aut senum, quinquennes, divitum verò sexennes (hodie is respectus opum apud nos invertitur.) sive masculi sint seu fœmellæ. Infans minor trigesimo die, in sinu effertur, & sepelitur coram unà muliere ac viris duobus; non contra, viro uno, mulieribus binis, propter unitatis mysterium. Tricesimo major effertur in parvo capulo axillis sublato. Qui* XII *menses superavit, cum lecto effertur. Servos & ancillas non lugent nec propter eos seriatim adstant, nec recitant orationes lugubres aut consolatorias, sed utuntur tantum hac formulâ sicut in interitu bovis aut asini:* D O M I N U S P E N S E T I A C T U R A M! Quanam igitur aliàs utuntur in honoratiorum funeribus? init. c. seq. 13. כיצד מנחמין את האבלים אחר שקוברין את המת מתקבצין האבלים ועומדין בצד בית הקבורה וכל המלוין את המת עומדין סביב להן שורה

לפני שורה ובאין אצל האבלים ואמרין להם תנחומו מן השמים ואח הולך לביתו וכל ו׳ ימים באין לנחמו גם בפנים חדשות: *quomodo consolantur lugentes? postquam sepeliverunt mortuum, congregantur lugentes, & stant in latere sepulchreti, comites verò funeris circumstant ordine, & accedentes sigillatim dicunt* : CONSOLATIO TUA E COELIS! *postea domum itur, & hebdomade totâ veniunt consolatores etiam alij de novo.* Peculiaris est ratio Regis, quem reverentiæ causâ nemo consolabatur, nisi aditus potestate prius humiliter impetratâ. Idem Maym ad fin. cap. 7. (postquam de Pontificis quoque prærogativâ quædam præmiserat:) אף המלך חייב בכל דברי אבלות אלא שאינו יוצא מפתח פלטירין שלו אחר מטתו ואינו מנחם אבלים אין אדם נכנס למלך לנחמו אלא עבדיו ומי שנתן לו רשות להכנס ואין להם רשות לדבר לו דברי תנחומין אלא כפי מה שירשה אותם וכשמברין אותו כל העם מסובין על הארץ והוא מיסב על הדרגש *sic & Rex tenetur quidem omni ritu luctus, nisi quod non egreditur portam palatij sui, (ut supr. Th. XIII. dictum) neq; lugentes alios consolatur. vicissim nemo hominum consolatur ipsum; præterquam servi aulici & quibus veniam dedit ad se introeundi; qui tamen ipsi facultatem non habent eum consolãdi alijs verbis, quam ab eo permissis. Quando illum recreant, omnis populus discumbit in terrâ, ipse solus reclinatur in grabato. (sicut Pontifex in sellâ.)* Observa; ritus lugentium, quibus & regem teneri ait, numerari undecim. tot rebus abstinere debet etiam ipse. Ibid. init. c. 5. אלו דברים שהאבל אסור ביום הראשון מן התורה ובשאר ימי האבל מדבריהם אסור לספר ולכבס ולרחוץ ולסוך ולשמש מטתו ולנעול את הסנדל ולעשות מלאכה ולקרות בדברי תורה ולזקוף את המטה ולפרוע את ראשו ולשאול שלום הכל י״א דברים *hæ sunt res quæ lugenti probibita, prima die per legem, cæteris per magistros: non licet tonderi, lavare vestes, balneare corpus, ungi oleo, servire lecto conjugali, calceari sandalio, facere opus, legere biblia; erigere (vel ventilare) lectum, nudare caput, precari salutem. summa res undecim (quas sigillatim deinde probat è scripturis & per varios casus explicat, instituto meo futuros nimis prolixos.)* scribere quidem permittit Author Minhagim c. ult. quantum fortè inevitabilis necessitas postulat, sed nil aliud laborare. primâ item die vivunt de alieno, nil comedentes de suo. H Efel sub fin. præc. c. 4. audio tunc missiculare invicem ova, quæ monent Mortis fortunam esse communem, nunc istum mox alium invadere; sicut ova propter rotunditatem loco consistere nescia, facilè, ex uno in alium, provolvantur. fovent quoque lucernam eâ hebdomade continuâ, quia persuasi sunt animas interim aliquoties redire ad locum ubi

separa-

separatæ fuerunt, idque Baal Minhag. ibid probare conatur ex illo prov. 20. vers. 27. *lucerna* DEI *est anima hominis.* recenset & alia quinque, quæ ex instituto scribarum prohibita sint lugentibus, quovis tricesimo die ab emortuali. omitto talia; qui vult, legat cap. 6. H. Efel. Est tamen hîc iterum specialis conditio Regis. quamdiu enim privatis candelam accendunt, tamdiu regia sepulchra scholasticis exercitationibus honorant; quæ justa Hiskiæ primùm solvisse tradunt. Talmud. Basa Kama fol. 16. b & 17 a. כבוד עשו לו במותו מלמד שהושיבו ישיבה על קברו (פי' ישיבה תלמידים לעסוק שם בתורה לפי שהרבה תורה בישראל כדאמר שבדקו מדן ועד באר שבע ולא מצאו איש ואשה תינוק ותינוקה שלא היו בקיאים בטומאה וטהרה ולא על קברו ממש אלא ברחוק ארבע אמות פליגי בה רבי נתן ורבנן חד אמר שלשה ימים הושיבו שם ישיבה וחד אמר שבעה ימים, תנו רבנן שיצאו לפניו שלשים וששה אלף חלוצי כתף (פי' שקרעו בגדיהם עד שנראו כתפיהם) *verba textus* (*2. par. 32. v. ult.*) *honore ipsum affecerũt; innuũt congregasse cœtum scholasticũ ad sepulchrum eius, hoc est studiosos, ut discerent ibi scripturã; quia multiplicavit legẽ in Israël adeò, ut cũ explorarent profectus, à Dan usq; ad Beersebam* (*2 par. 30.5.*) *non reperiretur ullus vir aut mulier, imò nè parvulus quidẽ aut puella, qui nõ exercitati essent in discrimine puri & impuri. Non autem super ipsum sepulchrum considebant, nè pollverentur, quia nefas habetur juxta cadaver sacra tractaret.*) *sed intervallo quatuor ulnarum inde remoti. Dissentiunt tamen de tempore R. Nathan & alii; unus dicit triduo tantum ibi commoratos legi vacasse, alter toto septiduo. Tradunt etiam, præcessisse funus triginta sex millia* (*subditorũm*) *nudatis humeris, qui vestes eousq; lacerassent ut scapulæ apparerent.* Versantur enim Iudæi, cum nostris purgatorij exsufflatoribus in eâ opinione, quasi defunctorum animæ sciant, quicquid à superstitibus in hoc mundo agatur, non obstante sapientissimi Salomonis effato, Eccl. 9. v. 5. qui eas quicquam nosse per expressum negat. Talm M. Berachot p. 19. a. ר' חייא ור' יונתן הוו שקלי ואזלי בבית הקברות היה קשדיא תכלתיה דר' יונתן א"ל ר' חייא דלייה כדי שלא יאמרו למחר באין אצלנו ועכשיו מחרפין אותנו ומי ידעי כולי האי והא כתיב והמתים אינם יודעים מאומה א"ל אם קרית לא שנית אם שנית לא שלשת אם שלשת לא פירשו לך כי החיים יודעים שימותו אלו צדיקים שבמיתתן נקראו חיים וכו' : והמתים אינם יודעים מאומה אלו רשעים שבחייהם קרוין מתים שנ' ואתה חלל רשע נשיא ישראל:: R. Chaija & R. Ionathan ferebant (*ossa transferenda in digniorem locum*) *& abibant ad cœmiterium, ibi sanè propendebant vertebræ cervicis R. Ionathæ* (*in terram*), *dixit ei R. Chaija: quin attrahis! nè obiiciant nobis: cras venietis*

ad nos (per mortem in nostram societatem) & nunc contumeliosè nos tractatis. An ergò (manes) noverunt omne illud? at ecce scriptum est (Eccl. 9. 5.) mortui non sciunt quicquam. Respondit (nondum tenes mentem textus) quamvis legisti, fortè non repetiisti, aut si repetiisti non iterasti tertium, aut si tertiasti, non tibi fuit explicatum. (Is autem sensus est, quando dicit;) vivi noverunt quod mori debeant: loquitur de Iustis qui etiam post mortem suam vocantur vivi. econtrà igitur mortui, quos nihil scire dicit, (oppositionis lege) significabunt Impios, qui etiam dum vivunt mortui appellantur, ut (Ezech. 21. 30.) tu verò confossè impie princeps Israël. &c. Quamvis etiam Chaldæus hunc locum sic exponat, opponimus tamen, Iudæis quidem glossam Aben-Ezræ, qui de *vere mortuis, etiam sapientibus* interpretatur: nostris verò insuper illud Esa. 63. 16. *Abraham nescit nos, Israel ignorat nos.* Ita neque curant an vel qualia ipsis Epitaphia erigamus. Laudo Maymonidem qui censet, famã rectè factorum, quæ in vivâ posteritati memoriâ perennat, esse splẽdidissimum Mausoleum, quovis marmore durabilius, quavis statuâ pulchrius. cap. 4. Ebel. מציינין את הקברות ובונים נפש על הקבר והצדיקים אין בונים להן נפש על קברותיהם שדבריהם הם זכרונם ולא יפנה אדם לבקר הקברות *quidam exornare solent sepulchra, & statuas memoriales illuc reponere: Sapientes verò talia intermittunt, quia recordatio illorum (& mentis verior effigies) manet insitè dictis ipsorum. præterea non quivis (spectandi gratia) visitat ista monumenta.* Nudæ tamen inscriptiones nominum & annorum non improbantur, quia historias & chronologiam juvant. Si petis exemplum, en tibi hoc fœmineum, quod mihi aliquando interpretandi causa oblatũ erat. זאת המצבה אשר הוצבה לראש החשובה והחסידה התמימה מ״ רבקה בת הק״ר שמואל הלוי שנפטרת בשם טוב ביום ד״ לח׳ טבת בשנת קל״ה לפ״ק נשמתה תהא צרורה בגן עדן א״א״א״ סלע *Iste cippus erectus est ad caput honorabilis, piæ ac integerrimæ Dominæ* Rebeccæ, *filiæ S. R. Samuelis Levitæ (nam hosce solos adhuc dum hodie, in cæterarum tribuũ confusione internoscunt.) quæ obijt famâ bonâ, die 4. mensis Tebeth (qui nostro ferè Decembri congruit) Anno 135. juxta supputationem minorem (omissis quinq; millenariis; hoc est, Christiano 1375.) Anima eius collecta sit in horto voluptatis (sive Paradiso.) Amen, Amen, Amen, Sælah.*

Superest ut de Regis Animalibus relictis dicam, hoc est, Equis, Servis, Viduis; quid de illis fiat, quandoquidem nemini alteri inferioris conditionis post domini fata, permissa fuerunt. Equis incidebant suffragines, ut postea sessorem nõ ferrent alium: id enim putabant honorificum; præterea decere ut in publico luctu animalia quoque bruta condoleant, maximè quæ tantum herum amiserunt.

eunt. Talmud. M. Afod. Zar p. 11 a. fin. התניא עוקרין על המלכים
ואין בו משום דרכי האמורי אמר רב פפא סוס שרכב עליו ובהמה
טהורה לא (פי' ואם תאמר ואמאי לא פריך אין כאן תשחתה אלא הח
כמו תכריכין של מאה מנה אלא צער בעלי חיים אין הותר ויש לומר
דשאבי כבוד המלך שהוא כב״ד לכל ישראל ואתי כבוד רבים ודחי צער
(בעלי חיים *vetus est traditio, enervari (animalia) propter reges: nec tamen hoc fieri æmulatione Amorrhæorum. Raf. Pafa inquit; Equum quo vectus sit, non verò animal mundum.* GLOSS marg. *fin cogitas hoc fuisse iniquum & crudele, scito non factum perdendi animo, sed reputatum ut centum illæ Minæ funebres, at instas: num igitur animata sic affligere licet? respondeo, fit in honorem regis, & consequenter totius populi. publicus autem honor præjudicat dolori privato.* verum hæc enervatio cautè administranda erat, nè peccarent in legem, quæ vllum animalis membrum discerpere vetat ideò sequitur ibid. עיקר שיש
בה טריפה אסור (פי' אסיר לגרוס בידים) ושאין בה טריפה מותר
ואיזהו עיקר הטניער פרסותיה מן הארכובה ולמטה (פי' משיר חותך
פהסות שני רגליה אכל מן הארכובה ולמעלה טריפר מדאסור) *evulsio quæ fit lacerando, prohibita est, nefas enim discerpere manibus. at ubi nulla diruptio accidit, concessa est. Qualis igitur ea? secat equinos pedes à poplitibus deorsum, & sic incîdit duos tantum. at non inde sursum, quod vetitum esset.* Hic actus in scripturâ vocatur Eradicatio, cuius etymi rationem reddit R. Dav. Kimchi, radice עקר hisce verbis: כל
דבר הנהרס או הנתלש מעקרו יפול בו לשון עקירה כלומר הסרת העקר
כי השרש הוא עקר בארמית והפעל הכבד בכריתת עקבי הבהמה כי רגלי
הבהמה הם יסוד ועקר לבהמה מה שאין כן באדם לפיכך כנה כריתת
עקבי הבהמה בלשון עקירה כמו תלישת הנטוע משרשן *quicquid evellitur vel diruitur è fundamento, dicitur Eradicari, h. e. radicitus extirpari, quia vox* עקר *Chaldaicè radicem notat (ut Dan. 4. 12.) hinc in conjugatione Pihel significat calcaneos animalium incidere. quia enim in jumentis, pedes fundamentum & radix sunt (fortitudinis eorum) secus quàm est in homine, ideò calcium incisura denominatur ab eradicatione plantarum.* Erat iste mos antiquus, non sanè in honorem semper, sed à victoribus alio fine adhibitus. Exemplo Iosuæ, qui cap. 11. vers. 9. devictorum regum currus quidem combussit, equos autem jussu DEI dicto modo enervavit, ne hostibus prodessent. noluit prorsus occidere, nè in animalia fida & innocua præter meritum sævire videretur: nec tamen servare voluit integros. nè Israël sui DEI oblitus in equestri fortitudine spem poneret. sic & rex David mille septingentis equitibus bello captis, currus suos (h. e. curruum tractores equos) enervasse legitur, 2. Sam. 8. 4. ut bello redderet inutiles; so-

illos centum selectiores sibi servasse: scilicet ad necessarios usus; quia caballos ad pompam alere, prohibitum erat. supr. Theor. X. Idem cæteris quoque jumentis post fata regis factum, quæ Majestatem ipsius peculiariter ferebant, velut Muli personales, aut Vitulæ curules: quicquid R. Pasa contradicat. nam ibidem mox corrigitur, & tradit hoc expressè Maymonides, ad fin Hal. Ebhel. עוקרין עגלה שהיתה מושכת בקרון שהיה יושב בו מנשר פרסותיה מן הארכובה ולמטה מקום שאין עושה אותה טריפה *enervant vitulam quæ olim trahebat Sellam regiam, secantes ungulas à flexurâ deorsum, quo loco non contingit prohibita discerptio.* Servos quod attinet, qui regi ministrassent immediatè, velut cubicularij, atrienses, pocillatores, structores, prægustores, armigeri. &c. non decebat ut ab aulâ quod dicitur ad caulam descenderent & qui magnarum rerum consiliorumque quotidiani spectatores auditoresvè fuerunt, in pistrino deinceps vili operâ vitam tolerarent pro ambrosiâ furfur edentes. bibentesque pro nectare vappam. ideò reservati fuerunt successori, qui regnum adiens, veteres ministros in clientelam suscepit, nec (ut aliquando solet.) totam aulam periculosâ mutatione statim reformavit. Hal Melachim post init. cap. 2. לא ישתמש בעבדיו ושפחותיו ומשמשיו אלא מלך אחר *nemo usus est alius, servis ancillis, & ministris ejus, quam hæres regni.* Viduæ verò nemini, nè successori quidem nupserunt, sed in hoc solitario statu perseverarunt ad dies vitæ. Ibid. paulò post אם מת הוא כיון שאי אפשר ליבם את אשתו כך אין חלצין לה אלא תשב לעולם בזיקתא *rege mortuo, quia non fas est eam à fratre duci (supr. Theor. IX.) nec solvi calceum (sicuti Ruth. 4. v. 7.) ideò sedebat perpetuò in caveâ suâ.* Dura conditio præsertim juvenculis: sed tolerabilior tamen illâ Indorum, de quâ Valer. Max. l. 2. sub fin. c. 1. *cum more patrio plures eidē nuptæ soleant esse, mortuo marito in certamen judiciumq; veniunt, quam ex ijs maximè dilexerit, victrix gaudio exultans, deductaq; à necessarijs, lætum præferens vultum, conjugis se flammis superiacit, & cum eo tanquam felicissima crematur: superatæ cum tristitiâ & mærore in vitâ remanent.* Vna tamen apud Hebræos in regno successit Solina vel Alexandra, Iannæi, vidua: de qua Iosephus antiq. l. 13. cap. 24. Nam Atthalia ochoziæ non vidua sed mater erat 2. Reg. 11. vers. 1. neutra legitimè: quoniam successio solis filijs debebatur. de quo jam sequenti Theoremate ultimo.

Theor

Theor. XX.

Inque locum ſuccedebat Filius.

APud hebræos olim cuncta officia erant hæreditaria. ut ſemper decedenti patri ſuccederet filius: modò paternæ virtutis etiam hæres eſſet; quæ ſola fuit ſpectata, non præcipuè peritia rerum. May. H. Melach. c. 1. §. 10. כל השררות וכל המינוים שבישראל ירושה לבני ולבן בנו עד עולם והוא שיהיה הבן ממלא את מקום אבותיו בחכמה וביראה היה ממלא ביראה אעפ שאינו ממלא בחכמה מעמידין אותו במקום אביו ומלמדין אותו וכל מי שאין בו יראת שמים אעפ שחכמתו מרובה אין ממנין אותו למינוי מן המנוין שבישראל *omnis poteſtas & omne officium in Iſrael hæreditarium eſt ad filios & nepotes in æternum; modò filius impleat locum patris ſui cum ſapientiâ & pietate. Quòd ſi pietate tantum ſed non ſapientiâ ipſi par ſit, præficiunt nihilominus officio paterno, & docent id quod deeſt. At penes quem nulla eſt pietas, quamvis ſapientiſſimus eſſet, non promovetur tamen ad ullum officiolum in univerſo Iſraël.* Sic igitur & ſumma h. eſt Regia poteſtas in Iſrael, poſt Davidem hæreditaria fuit; poſt Davidē inquam; quia primus Saul ob negligentiam in officio, reprobatus fuit, ſucceſſione ad filium Iſai eiuſque poſteritatem translatâ unde grandævus David ipſemet ſucceſſorem deſignavit filium Salomonem, vivus adhuc. 1. Reg. 1. 34. R. Bachai P. Schoph. למען יאריך ימים על ממלכותו הוא ובניו למדך הכתוב שהמלכות ירושה: *verba legis (Deut. 17. v. 20. ut prolonget dies in regno, ipſe & filii eius: docent te quod regnum ſit hæreditarium.* Non quidem deſunt inter politicos, qui liberam Electionem regno putant eſſe conducibiliorem, quod ſic adoptatis conditiones præſcrib poſſint & libertas ſervari facilius: cum hæreditas contra ſit fortuita, ſæpè bono Cyro degener cambyſes, aut Tiberio monſtrum Caligula. generationis ordine ſuccedant. Verū quia non rarius etiam idololatræ Achaſo 2. Reg. 16. vice verſâ pius aliquis Ezechias 2. Reg. 18. 3. ſuccedit, adeoque totum hoc non cæco fortunæ arbitrio contingit, ſed ab ipſo rerum ſummo gubernatore DEO, liberrimè diſpenſatur, prout aliquando peccata noſtra merentur. (itaque velut ſterilitates, bella. peſtes & cætera naturæ mala. patienter tolerandum) idcircò mihi hebræorum ratio ſuccedendi ſemper viſa eſt melior, à prophetis & ipſomet DEO probata, quin & regno regnantique tutior, quorum illud juxta Tacitum

minori discrimine sumit Principem, quàm quærit, iste verò *pluribus quasi munimentis insistit*, addo & hoc; certâ spe succedendi, diligentius ad pietatem ac regias virtutes educari potest, & imperio maturius præparari. Porrò si filiorum plures erant, succedebat primogenitus vel natu grandior. prout enim quisque potior erat in hæreditate dividenda, sic & in adipiscenda potestate primas tenebat H. Melach. 1. 9. כל הקודם בנחלה קודם לירושת המלוכה והבן הגדול קודם לקטן ממנו *quicunq; prærogativam habet in hæreditate, is & in occupatione regni. atq; filius natu maior antevertit minorennem*. Quemadmodū ergò in parentum bona, liberi non succedebant æqualiter; sed primogenitus capiebat פִּישְׁנַיִם *portionem duplam* Deut. 21.17. ita regni potestatem acquirebat unus ille solus, qui familiæ honorem conservabat, nè patrimonium per divisionem attenuaretur: quandoquidem & subditis conducebat, regi ab uno, neque plures habere dominos. Vna exceptio erat pietatis & sapientiæ: cætera corporis vitia regno neminem arcebant. Non autem ungebatur legitimus successor, quippe particeps paternæ vel avitæ unctionis; nisi fortè lis à competoribus aut æmulis mota id postulasset, Eod. cap. §. 16. Et Bechai Par. Schoph. אין מושחין מלך בן מלך אלא אם כן היתה שם מחלוקת או מלחמה מושחין אותו כדי לסלק המחלוקת לפיכך משחו שלמה מפני אדניה ויואש מפני עתליה *non ungunt regem filium regis, nisi dissensio vel bellum inde existat. tunc repetunt unctionem, ut præcaveant malum publicum. sic unctus est Salomo propter Adoniam, & Ioas propter Atthaliam*. quod supra Theor. IV. fusius declaratum. Quod si regni legitimus hæres per ætatem nondum aptus erat ad gubernacula, custodiebatur sub tutoribus usque ad annos pubertatis. Eod. cap. 1. §. 9. הניח בן קטן משמרין לו המלוכה עד שיגדיל כמו שעשה יהוידע ליואש: *si reliquit minorennem filium, conservant ipsi regnum donec adolescat. prout fecit Iehojada Ioaso (2. Reg. 11. vers. 3.)* væ enim terræ cujus rex puer est! Eccl. 10. 16. Cæterum disputant Rabini, an legitima successio fuerit, si quos prophetæ extra ordinem elegerunt, non de familia David oriundos? qualis erat Ieroboam filius Nebath servus in aulâ Salomonis 1. Reg. 11. 26. quem Achias Silonites in itinere deprehensum, dilaceratione pallij certiorem fecit de imperio super decem tribus. vers. 31. Distinguunt autem inter proprietatem & usum: illam dicunt esse Davidicorum in æternū hunc verò ad tempus etiam alijs concessum Eod. cap. 1 §. 12. & seqq. כיון שנמשח דוד זכה בכתר מלכות והרי המלכות לו ולבניו הזכרים עד עולם שנ' כסאך יהיה נכון עד עולם ולא זכה אלא לכשרים שנ' אם ישמרו בניך בריתי אע״פ שלא זכה אלא לכשרים לא תכרת המלוכה מזרע

דוד

דוד לעולם הקב״ה הבטיחו בכך שנ׳ אם יעזבו בניו תורתי ובמשפטי
לא ילכון ופקדתי בשבט פשעם ובנגעים עונם. וחסדי לא אפיר
מעמו: נביא שהעמיד מלך משאר שבטי ישראל והיה אותו המלך
הולך בדרך התורה והמצוה ונלחם מלחמות ה׳ הרי זה מלך וכל
מצות המלכות נוהגות. בו אע״פ שעיקר המלכות לדוד ויהיה מבניו
מלך שהרי אחיה השילוני העמיד ירבעם וא״ל אם שמוע תשמע את
כל אשר אצוך ובניתי לך בית נאמן כאשר בניתי לדוד וגו׳ וא״ל אחיה
ולבנו אתן שבט אחד למען היות נר לדוד עבדי כל הימים לפני
בירושלם: מלכי בית דוד הם העומדים לעולם שנ׳ כסאך יהיה
נכון עד עולם. אבל אם יעמוד מלך משאר ישראל תפסק המלכות
מביתו שהרי נאמר לירבעם אך לא כל הימים: אין מושחין מלכי ישראל
בשמן המשחה אלא בשמן אפרסמון: וכו׳ *Postquam David in regem unctus fuit, dignus est factus coronâ regni, non ipse tantùm, sed & masculi eius filij in æternum. quia dicitur (2. Sam. 7. 16. misericordia mea non recedet ab eo, sicut à Saule) sed firma erit domus tua, & thronus stabilis usq; in seculum. Quamvis verò non digni sint nisi probi, juxta conditionē (1. Reg. 2. 4 & 2. Par. 6. 16.) si custodiverint fœdus. &c. non tamen auferetur regnum à semine David finaliter; de quo* DEUS *ipsum fecit securum. (Psal. 89. 31.) si deseruerint filij ejus meam legem & in judicijs non ambulaverint, visitabo quidem per virgam eorum prævaricationem, & plagis iniquitatem illorum, at misericordiam meam non prorsus auferam ab ipso. Cum Propheta regem constituit è reliquis tribubus, qui ambulat in viâ legis & preliatur bella Domini, ecce est is quidem Rex verus & omnia Regalia competunt ipsi; at fundamentum regni manet penes familiam David, & debetur posteris illius. Quando Achias Ieroboamum designavit, dixit illi nomine* DEI *(1. Reg. 11. v. 38.) si obediveris jussionibus meis, ædificabo tibi domum firmam, sed & hoc addidit (vers. 36.) filio Salomonis dabo tribum unam, ut semper extet lucerna Davidi servo meo corā me in Ierusalem (Differunt etiam duratione) Reges familiæ Davidis durabunt in perpetuum, quia dicitur (2. Sam. 7. 16.) solium tuum erit stabile in æternum. sed si quis alius do reliquo Israele præficiatur, cessabit aliquando imperium à domo sua. prout Ieroboamo expreßè dicitur (vers. 39.) veruntamen non cunctis diebus. Ideò reges Israel non unxerunt oleo sacro, sed balsamo tantùm.* Et hæc hactenus de piscis Iudæorum regibus dicta sufficiant.

Superest ut de illo dicam, quem tot jam seculis expectarunt avidissimè, MESSIA rege regum, victore pio, felice, semper augusto. Est enim status Iudæorum hodie tàm miser, ut nec regem habeant amplius nec rempublicā; itaq; faceret ipsis rem sanè gratissimam, si adventum maturaret, ac redimeret à jugo Christianorum,

tanto jam tempore pressos. Id quidem sperant mox futurum, & credunt contra spem in spem; confitentur id etiam publicè in symbolo suæ religionis, articulo penultimo: quem Triumphator R. Matthias, in arcano & manuscripto exemplari Osiandrino (quod indulgentiâ Rev. & Cl. Dn. possessoris penes me nunc est.) hisce rhythmis exposuit:

יב נאמין אנחנו כת היודים · שאנו לגאול עתידים
ויקבץ השי נדחינו · וישלח לנו משיחנו
וישיב העבודה לדביר ביתו · ויקרבנו לעבודתו
וישמח עמו בימות ענה · וישיב העבודה ליושנה
מהרה לאותו זמן נזכה · אם יתמהמה לא נתכה:

XII. Credimus nos qui sumus de cœtu Iudæorum, instare nostram redemptionem, quâ recolliget DEUS *Opt. max. dispulsos, & mittet nobis Meßiam nostrum. Is restaurabit cultum sacrum in adijto domus suæ, & admovebit nos servitio eius. tunc recreabit populum suum è diebus afflictionis quando restituet cultum pristino vigori. Vtinam celeriter illo tẽpore nos dignaretur! etiamsi moretur diu, num tamen propterea non expectabimus?* Qui de hoc dubitat vel minimum vacillat, is habetur pro Apostatâ & abnegetore totius Iudaismi. M. Hal. Melach. c. 11. §. 1. כל מי שאינו מאמין בו או מי שאינו מחכה לבי אתו לא בשאר נביאים בלבד הוא כופר אלא במשה רבינו שהרי התורה העידה עליו שנ׳ ושב ה׳ אלהיך את שבותך וגו׳ *quicunq; non credit in illum, aut non præstolatur eius adventum, is tum cæteris prophetis contradicit, tum ipsi Mosi, quia lex disertè testatur de illo, dicens (Deut. 30. vers. 3.) reducet Dominus captivitatem tuam & miserebitur tui, congregabit te ex omnibus populis quo te dispersit, etiamsi expulsus esses ad extremitates cœlorũ &c.* Et sanè in eo non errant, quod Messias aliquis Redemptor, ante plura quam 30. secula fuerit promissus: nam eius rei fama, in universo propemodum orbe, dudum percrebuit & hâc ipsa dispersione Iudæorum ita est amplius divulgata, ut nemo nisi planè stupidus ignorare possit. Ibid. ad fin. c. כבר נתמלא העולם כולו מדברי המשיח ומדברי התורה ופשטו דברים אלו באיים רחוקים ובעמים רבים ערלי לב וערלי בשר והם נושאים ונותנים בדברים אלו הסותרות התורה אלו אומרים מצות אלו אמת היו: *totus mundus jam pridem repletus est famâ Meßiæ, ac lege Mosis. pertigerũt hæc ad insulas remotißimas, & populos multos magnosque, tàm præputiatos corde (intelligit Saracenos atq; circumcisos alios.) quàm præputiatos carne. ipsi obijciunt & respondẽt inde, disputantes de talibus arcanis. Ita omnes illi (tacito consensu) testimoniũ perhibent legi nostræ, quòd vera sit. (fatemur hoc ultrò, scientes non esse librum*

ſub ſole qui latius pervagârit, qui à pluribus ſit cognitus receptusq́, in quem tres præcipua hominum ſecta, Iudæi, Muhammedani & Christiani conſentiunt, præ quibus reliqua pars Idololatrarum pro nihilo reputanda.) Videamus verò qualem ipſi Meſſiam expectent! concordamus & in hoc utrinque, quod præcurſorem ſit habiturus, virum inſignem & publicè notum: c. ſeq. 12. §. 2. יראה מפשוטן של הנביאים שבתחילת ימות המשיח תהיה מלחמת גוג ומגוג ושקודם מלחמת יעמד נשיא לישראל להכין לבם שנ׳ הנה אנכי שולח את אליהו וגו׳ לשים שלום בעולם שנ׳ והשיב לב אבות על בנים יש מן החכמים שאמרין שקודם ביאת המשיח יבא אליהו *apparet è t. xtu Prophetico, quod initio dierum Meſsiæ futurum ſit bellum Gog. & Magog. (Ezech. 38. & 39.) antea tamen ſurrecturus quidam princeps Iſraëlis, qui præparet corda eorum, quia dicitur (Malach. 4. 5.) ecce mitto vobis Eliam. ut pacem faciet in mundo, quoniam additur: ut convertat corda Patrum ad filios. Sunt inter ſapiẽtes qui putant ipſummet Eliam venturum (Ergò id non omnes credunt.)* ſed in eo diſcrepamus diametraliter, quòd mundanus rex ſit futurus, qualem ſupra deſcripſimus, gentes debellaturus, reducturus populum, ſacrificia inſtauraturus: quod Idem cum ſuis aſſerit, init cap. undec. המלך המשיח עתיד לעמוד ולהחזיר מלכות בית דוד לישנה לממשלה ראשונה ובונה המקדש ומקבץ נדחי ישראל וחוזרים כל המשפטים בימיו כשהיו מקודם מקריבין קרבנות ועושין שמטין ויובלות ככל מצוה האמורה בתורה *Rex Meſsias qui venturus eſt, reſtituet regnum domus David in integrum, ad dignitatem priſtinam, & readificabit ſanctuarium, atq́, recolliget diſperſos Iſrael. Illis diebus inſtaurabũtur omnes cultus ſicut erant olim, offerent ſacrificia, celebrabunt Iubilæos, adeoq́, univerſa prout in lege præſcripta ſunt.* Quia verò in hâc ultimâ captivitate cæteris longè diuturniori, familiæ Iudæorum ſunt confuſæ, nec dubium quin multi qui genus Abrahæ jactitant, à militibus Veſpaſianis, libidinem in captivis explentibus orti ſint; ideò erit & hoc alterum Meſſiæ officium, ut Genealogias renovet, populum in tribus diſpeſcat, & ſeparet heterogeneos: ſicut olim Esdras è Babylone reduces recenſuit Ead Hal c 12. poſt med. בימי מלך המשיח כשתתיישב מלכותו ויתקבצו אליו כל ישראל יתיחסו כולם על פיו ברוח הקדש שתנוח עליו שנ׳ וישב מצרף ומטהר ובני לוי מטהר תחלה ואומר זה מיוחס כהן זה מיוחס לוי ודוחה את שאינן מיוחסין לישראל שנ׳ ויאמר התרשתא להם אשר לא יאכלו בקדש הקדשים עד עמד הכהן באורים ותומים ואינו מיחס אלא לשבטים שמודיע שזה משבט פלוני אבל אינו אומר עלוה ממזר וזה עבד שמשפחה הנטמעה נטמעה *tempore regis Meſsiæ, quando conſtabilitum erit regnum eius, & omnis populus ad ipſum collectus, recenſebuntur ſinguli ex ore ſpiritus*

sancti (nam & hunc agnoscunt Iudæi, sed non pro personâ divinitatis) qui super illum requiescet; quia dicitur (Malach. 3. vers. 3.) sedebit conflans & emundans, atq; filios Levi purgabit primùm, dicens, iste est sacerdos, iste levita, & repellet alienigenas (à ministerio sacro) sicut dicitur (Nehem. 7.65.) ait Tirsatha, nè comederent de sancto donec exsurgeret Pontifex cum Vrim & Tummim. Recensebit autem solas tribus, indicans unde quilibet sit oriundus; non verò familias. nec dicet ille spurius est, aut iste servus: postquam familiæ ita sunt commersæ. Summa redibit tunc aureum seculum & tempora beata: quando de præsentibus malis nihil præter nomina noscent. Id ad fin. cap. & totius operis. באותו הזמן לא יהיה שם רעב. ולא מלחמה ולא קנאה ותחרות שהטובה תהיה משופעת. הרבה וכל מעדנים מצויים כעפר ולא יהיה עסק כל העולם אלא לדעת את. ה׳ בלבד ויהיו ישראל. חכמים גדולים והסתומים העמוקים גלוים לכל *illo tempore procul aberunt fames, bellum & invidia: bonitas verò effundetur abundantissimè, omnisq; generis voluptates præstò erunt instar pulveris. nemo tamen occupabitur aliâ re quàm cognitione DEI. tunc Israëlitæ sapientissimi cluent, quibus etiam profundissima mysteria omninò aperientur.* Attende autem quibus signis vel criteriis iste Messias certò sit agnoscendus, nè iterum in eo aberrent, quod sæpe hactenus magno suo malo & totius mundi ludibrio fecerunt, omnibus tot magnificis spebus turpiter frustrati. primò erit legisperitissimus; deinde bellicosus, ut arte simul & marte polleat, & in utroque felix prosperitate continuâ: tertiò tamen nullius miraculi patrator, quia mundi cursum non innovabit; denique nec mortalis, quam propriam volunt esse notam, nè Iesum Nazarenum admittere cogantur. Iterum cap, præc. 11. circ. med. אל יעלה על דעתך שהמלך משיח צריך לעשות. אותות ומופתים ומחדש דברים בעולם או מחייה מתים וכ׳ יוצא בהן. שהטפשים אומרים הרי ר׳ עקיבא חכם גדול נושא כליו של בן כוזיבא ודמה הוא וכל חכמי דורו שהוא המלך המשיח עד שנהרג נודע שאינו ולא. שאלו ממנו חכמים לא אות ולא מופת ; ואם יעמד מלך מבית דוד הוגה בתורה ועוסק במצות כדוד אביו ויכוף. כל ישראל לילך בה וילחם מלחמות ה׳ אם הצליח ונצח כל האומות שסביביו ובנה מקדש במקומו הרי זה משיח בודאי ואם לא הצליח. או נהרג. בידוע שאינו זה שהבטיחה עליו תורה ולא העמידו הקבה אלא לנסות בו רבים שנ׳ ומן המשכילים יכשלו לצרוף בהן ולברר וללבן עד עת. קץ כי עת למועד *noli existimare quod rex Messias debeat miracula edere vel innovare naturã, aut mortuos vivificare prout opinantur stolidi. Ecce R. Akiba celeberrimus ille sapiens, armiger erat Ben Cozbe, habens illum unà cum coætaneis pro vero Messia, donec occideretur; tunc agnitus fuit. neq; rogarunt sapientes ab illo prodigium in confirmationem, Verùm si rex surget*

de familiâ

de familiâ David, eruditus in theoriâ legis & exercitatus in praxi, qui populum coget ad observationem legis; & præliabitur bella Domini; si prosperum habebit successum & vincet cunctas gentes circumquaque item ædificabit sanctuarium suo loco debito; ecce is demum certò erit Meßias. sin verò succumbat vel interficiatur; constabit non fuisse genuinum illum, in quem nos sperare scriptura jußit: permittit verò DEUS *venire tales ad tentandum plurimos, sicut dicitur (Dan. 11. 35.) inter intelligentes offendentur aliqui, ut consientur; purificentur & dealbentur usq; ad constitutũ tempus.* Talis autem qualem ipsi quidem describunt, hactenus nondum apparuit, ideò desiderant eum quotidie; votisque sollicitant ardentibus subinde illud inclamantes: *mitte nobis germen David.* Iam pridem circa Christi tempora, concepit Iehuda filius Themæ formulam, adventum eius precandi, quâ etiamnum hodie nimis serò utuntur, in orationibus quotidianis. Pirk. Af. ci c fin. c. 5. יהי רצון מלפניך יי אלהינו ואלהי אבותינו שיבנה בית המקדש במהרה בימינו ויתן חלקנו בתורתך *esto beneplacitum coram te, ô Domine* DEUS *noster Deusq; patrum nostrorum! ut readificetur domus sanctuarij citò in diebus nostris: & pone nostram portionem in lege tua.* nè tamen videantur odio nostri & impatientiâ servitutis tantùm hoc orare, instruit eos Maymonides satis Philosophicè, ac jubet solius sapientiæ, non voluptatis caussâ id optare sanior in eo quoque suis gregalibus paulò ante fin. ult cap. לא נתאוו הנביאים והח כמים ימות המשיח לא כדי שישלטו על אומות העולם ולא כדי שירדו בגוים ולא כדי לאכול ולשמות אלא כדי שיהיו פנויים לתלמוד תורה ולא יהיה נוגש ומבטל להם כדי שיזכו לחיי העולם *non desiderarunt Prophetæ & alij sapientes tempora Meßiæ, ut dominentur populis mundi; & imperent gentilibus (à quibus nunc opprimuntur) nec ideò ut comedant & lætentur tantùm: sed ut vacui sint ad doctrinam legis, nec impediantur ab exactoribus; quo minus ad æternam vitam præparare se poßint.* Hæc est summa Iudaicæ sententiæ de rege Messiâ, non ex incertâ traditione alicujus novitij hausta, (ut aliqui temerè nulloque delectu solent) sed idoneis & inter ipsos authenticis authoribus stabilita.

Requirit ergò Christiana pietas, ut ad calcem libelli doceam, quibus argumentis utrinque confessis, hanc opinionem ipsis eripiendum putem: non enim nunc animus est è novo & ipsis suspecto Testamento quicquam probationis afferre, nec etiam ea quæ Theologi aliàs piè opponunt, repetere; sed quia disputantes in principijs convenire oportet, ex ipsorummet libris omni exceptione sua majoribus demonstrare *quod tempus Meßiæ destinatum pridem transierit, adeoq; nunc frustra expectetur alius;* ut miseri homines tamdiu frustrati,

deinceps in personam ejus, & quisnam ille sit inquirere discant. Affero autem nunc præcipuè quatuor Argumenta; (cætera in aliud tempus & locum consultò reservans.) scilicet à regimine suo, ab imperio Romano, à Chronologiâ & quod firmissimum est, à propriâ confessione petita. primò extat in Talmude vetus & clarissima traditio, Messiam tunc adventurum quando Synedriales, potestate suâ multùm imminuta, exulare cogantur de loco in locum nec in camera templi considentes, jurisdictionem plenariam exerceant, ut ab antiquo. Atqui hæc potestas ipsis per Herodem accisa fuit, pòst indies decrevit, tandem penitus contabuit; illis interim hoc tribunal ex unâ urbe in aliam transferentibus. Mass. Sanhedr. p. 97. a. ant. med. תניא ר׳ יהודה א׳ דור שבן דוד בא בו בית הוועד יהיה לזנות והגליל יחרב והגבלן יאשם ואנשי נבול (פי׳ אנשי גזית סנהדרין) יסובבו מעיר לעיר ולא יחוננו וחכמת הסופרים תסרח וכו׳ *Traditio ait R Iehuda, generatione quâ filius Davidis adveniet, domus congregationis scholasticæ fiet lupanar, fluvius Galil exsiccabitur, locusq; Gablan vastabitur, & viri limitum (h. e. territorij terræ Israël) qui sunt Synedriales in conclavi lapideo templi, circummigrabunt ex urbe in urbem, neq; quis illorum miserebitur, & sapientia scribarum fœtebit. &c.* Nil jam dicam de reliquorum applicatione, quando coruptissimus fuerit scholarum status, & legisperitorum sapientia in stultitiam degenerarit. quod pridem ipsis exprobravit Salvator Matth. 23. v. 4. 8. 25. 27. sed subsumam tantùm de consistorialibus, è Zæm. David p. 36. b. תיבה סנהדרין נלחה מירושלים ליבנה ארבעים שנה קודם חורבן בשנת תשפח (לאלף הרביעי) ושם תקן שמואל ברכת המינים בעת ההיא נפתחו דלתות ההיכל מעצמן וגער בהן רבן יוחנן ומעת ההיא התחיל ר׳ צדוק להתענות מ׳ שנים רצופים והיה כחוש עד שריבו בקש מאספסיאנוס שהרופאים שלו ירפאוהו; *Synedriales migrarunt à Ierosolymis in Iabne (urbem maritimam 240 stadijs inde distantem, in termino Dan sitam, ubi olim Maccabæi propugnaculum extruxerunt) quadraginta annis ante excidium templi, Anno 788. millenarij quarti (adeoq; ipsissimo tempore prædicationis & miraculorum Christi, cuius natalem ipsi in A. 761. reponunt) ibi ordinavit Samuel orationem hæreticorum. Eodem tempore templi portæ suâ sponte sunt apertæ (sacrificiorum abolitionem tantùm non emissâ voce testantes) quas increpavit Raban Iohannes (scilicet pro authoritate.) tunc etiam cruciari coepit R. Zadok, qui quadraginta totis annis continuâ tabe laboravit (an & hoc omen erat contabescentis Iudaismi?) donec R. Iohannan filius Zachai Vespasianum rogasset, ut per suos medicos curari permitteret.* Hic repetenda essent, quæ supra Theor. XIV. è 14. cap. Sanh. Maymonidis attuli; sed nè quicquam bis inculcem,

dulcem, retrospice ad pag. 100. Secundò extat in eodem codice Talmudico consimilis traditio, Messiam tunc appariturum quando Romana Monarchia jam aliquot mensibus ubique locorum invaluerit. Atqui hoc ipsum tempore Salvatoris contigit, quando universus orbis Romanus ab Augusto censebatur, Luc. 2. 1. Talm. M. Sanh. p. 98. b. init. אמר רב אין בן דוד בא עד שתתפשט מלכות הרשעה על ישראל תשעה חדשים שנ׳ לכן יתנם עד עת יולדה ילדה וגו׳ *Dicit Raf: non venit filius David, donec regnum illud malignum extendatur super Israël novem mensibus, quia dicitur (Mich. 5. 3.) tradet eos usq; dum pariat parturiens. (quod naturaliter fit post dodrantem anni.)* hoc infami cognomine appellant Imperium Romanum, (quod nemo Iudæus negare ausit) aliquando etiam denominant Edomiticum, ut R. Sal. I. ad Num. 24. 19. עיר החשובה של אדום היא רומי *metropolis Edomæorum est Roma.* Subsumo igitur iterum è Zæm. Dav. part. secundâ, fol. 21. a. דע שתחלת מלכות רומי הכללי היא משנה תש״ל שאז עלה קיסר אנוסטי בשנת י״ב למלכותו על ארץ מצרים: וכו׳ *Scito quòd initium monarchiæ Romanæ incidat Anno 730. (supra tres millenarios) quando Cæsar Augustus occupavit Ægyptum, anno regni sui duodecimo.* En quàm propè ista quoq; fidei nostræ consentiant. Tertio extant diversæ numerationes annorum mundi ad Messiam; quæ quamvis nō prorsus ad amissim congruant, includūt tamen omnes tēpora Iesu Nazareni, & parū absunt à quarto millenario; itaque omnia dudum præterierunt, ut nulla spes ulterioris termini supersit. Nota est & in vulgus etiā emanavit illa traditio Elianorū, quæ legitur c. Chelck pag. 97. a prop. fin. א׳ רב קטינא שית אלפים שני הוין עלמא וחד חריב: אביי אמר תרי חרוב (פי׳ שני אלפים היה תהו שלא ניתנה עדיין תורה מאדם ראשון ועד שאברהם היה בן נ״ב שנה) תניא כותיה דרב קטינא כשם שהשביעית משמטת שנה אחת לשבע שנים כך העולם משמט אלף שנים לשבעת אלפים שנ׳ אלף שנים בעיניך כיום אתמול כי יעבור: תנא דבי אליהו ששת אלפים שנה הוי עלמא שני אלפים תוהו שני אפים תורה שני אלפים ימות המשיח ובעונותינו שרבו יצאו מהם מה שיצאו *Raf Ketina inquit: sex mille annorum erit mundus, & uno millenario vastus. Abaij (eum corrigens) dicit: duobus millenarijs vastus; scilicet ab Adamo usq; ad 52. annū Abrahami, sine lege quasi vacuus. Traditio similis huic Ketinianæ: quē admodū septimus quisq; annus quiescebat, (Lev. 25. 4.) sic mundus cessabit millenario septimo, sicut dicitur (Psal. 90. 4.) mille anni corā oculis tuis sunt velut dies hesterna quæ præterijt. Traditio domus Eliæ (non Prophetæ, ut perperā vulgò existimāt sed alterius, Hasmonæis ferè coætanei.) sex mille annis erit mūdus, duobus inanitas, duobus*

lex duobus tempora Messiæ (hos jam sciunt ferè completos, ideò addunt) *sed propter iniquitates nostras multiplices transierunt ex illis quæcunq; transierunt.* Itaque ut hanc excusationem enervemus, audire juvat accuratiorem computum. Mass Elilim fol. 9. b. tempus tàm certò determinatur, ut etiam fertilissimum latifundium, spe melioris tunc nè teruncio quidem redimere velint. verba sonant. תנא אחר ארבעת אלפים ומאתים ושלשים ואחת שנה לבריאת עולם אם יאמר לך אדם קח לך שדה שוה אלף דינרים בדינר אחד אל תקח (פי' שהוא קץ הגאולה ותקבץ להר הקדש לנחלת אבותיך ולמה תפסיד הדינר) *Doctrina post annos quater mille ducentos triginta & unum, à creatione mundi si quis tibi dixerit, eme hunc agrum mille denarios valentem unico denariolo, non emas: nam tunc redemptio instat, recolligeris ad montem sanctum, ubi sunt avitæ possessiones tuæ. quare igitur perdere velles denarium?* Sin & iste terminus displicet, præstolare alios viginti annos; de quibus iterum in Pereck-Chelek pag. ead. 97. sed facie versâ א״ל אליהו לרב יהודה אחיה דרב סלא הסדאה אין העולם פחות משמונים וחמשה יובלות (פי' היינו ד' אלפים באתים וחמשים) וביובל האחרון בן דוד בא א״ל בתחלתו או בסופו א״ל איני יודע כלה או אינו כלה א״ל איני יודע רב אשי א' הכי א״ל עד הכא לא תסתכי ליה מכאן ואילך איסתכי ליה: *inquit Elias ad Raf Iehudam, fratrem Raf Sallæ benigni: mundus non durat minus quàm octoginta quinq; jubilæos, hoc est, mille ducentos quinquaginta annos (unde chronologi obiter animadvertunt, quòd 50. non 49. tantùm pro Iubilæo computentur.) & in jubilæo postremo veniet filius Davidis. quæsivit ille, initionè an fine? respondit se nescire. institit: complebiturnè ultimus vel non? etiã hoc scire negavit. Raf tamen Asche dicit respondisse sic: eousq; præstoleris illum, inde ac deinceps non amplius præstoleris.* Ergò neque nos præstolabimur. in gratiam tamen pertinaciam hanc unam adhuc prorogationem cognoscemus, valde suspectam, quæ ibid. sequitur. שלח ליה רב חנן בר תחליפא לרב יוסף מצאתי אדם אחד ובידו מגילה אחת כתובה אשורית לשון קדש אמרתי לו זו מנין לך א״ל לחיילות של רומי נשכרתי ובין גנזי רומי מצאתיה וכתיב בה לאחר ארבעה אלפים ומאתים ותשעים ואחת שנה לבריאתו של עולם העולם יתום מהן מלחמות תנינים מהן מלחמות גג ומגוג והשאר ימות המשיח ואין הקב״ה מחדש את עולמו אלא לאחר שבעת אלפים שנה רב אחא בריה דרבא א' לאחר חמשת אלפים שנה *miserat Raf Chanã filius Tachlipha Rabino Ioseph: offendi hominẽ qui volumen habet Assyriacum linguâ sanctâ scriptum & cum sciscitarer unde nactus esset, respondit, sub Romanis stipendia merui, & inter spolia reperi. In eo scriptum est: post 4291. annum a creatione perficietur mundus. interea gerentur bella draconum, item Gogi & Magogi: reliquum tempus erit*

erit Meßiæ. nec tamen renovabit DEUS *opt. max. mundum suum ante septimum millenarium. Raf Acha filius Raba dicit: post quintum millenarium.* Omitto plura hujusmodi; agnoscunt enim ipsi terminum præterfluxisse. Ideò notemus hanc confessionem loco quarti argumenti. Eod. folio circ. fin. אמר רב כלו כל הקיצין ואין הדבר תלוי אלא בתשובה ומעשים טובים *Raf inquit: completi sunt omnes termini, adeoq; totum negotium dependet à pœnitentiâ & bonis operibus.* Huc pertinet quoq; confessio R. Iosuæ, ante XIV. secula defuncti. qui Messiam sub portâ Romanâ offendisse & allocutus esse legitur, Talm. cap. ult. Sanhedr. p. 98. a circ fin ר׳ יהושע בן לוי אשכחיה לאליהו דהוי קיימי אפתחא דמערתא דר׳ שמעון בן יוחי א״ל אתינא לעלמא דאתי א״ל אם ירצה אדון הזה (פי׳ שכינה היתה עמהם) א׳ ר׳ יהושע שנים ראיתי וקול ג׳ שמעתי א״ל. אימת אתי משיח א״ל זיל שייליה לדידיה והיכא יתיב אפיתחא דרומי ומאי סימניה יתיב ביני עניי סובלי חלאים וכולן שרו ואסירי בחד זימנא איהו שרי חד ואסיר חד אמר דילמא מיבעינא דלא איעכב אזל לגביה א״ל שלום עליך רבי ומורי א״ל שלום עליך בר ליואי א״ל לאימת אתי מר א״ל היום: *R. Iehosua filius Levi reperit Eliam stantem ad ostium speluncæ R. Simeonis ben Iochai (qui una cum filio R. Eliezaro 12. annis ibi, metu Imp. Adriani delituisse fertur, & libros Zohar atq; Siphri tunc scripsisse:) quæsivit ex illo, perveniam nè in seculum futurum? (h. e. vitam æternam?) respondit, si voluerit iste Dominus! aderat enim ipsis sancta Divinitas. regeßit Iosua: binos tantùm vidi, sed vocem trium audivi. Quando autem veniet Meßias? respondit, abi, roga ipsummet. ubinam ergò est? sedet ad portam Romæ. & quodnam ejus signum? (quo inter multos ibi considentes agnoscatur.) sedet inter pauperes oneratos morbis. cæteri omnes solvunt & ligant (fascias ulcerum) universas simul, ipse verò unam post alteram sigillatim, dicens (intra se, vel cogitans) fortaße postulabor, nè in mora ero! Abijt igitur ad Meßiam salutans illum: pax super te! mi magister, mi Doctor! qui respondit, pax quoq; super te ô fili Levi! quæsivit autem, quando veniet Dominus meus? respondit, hodie.* Non jam in fidem rei gestæ inquiro, utrum historia sit an somnium? sed illud mihi contra pertinaces appellas usurpo, quod Messias pridem inter Romanos hoc est Christianos repertus fuerit, & quidem habitu non regio qualem ipsi captant, sed contempto & vili qualis est mendicorum, unde vix nec nisi signo quodam agnosci potuerit: ad Iudæos autem statim quoque venire promiserit. Sciunt hîc se constringi; propterea locum non de urbe Româ, sed portâ quadam Paradisi eò spectante ac inde denominatâ exponunt. Scholiastes ibid. in marg. נראה למורי לא בפתח רומי ממש אלא גן עדן הוא כנגד כל העולם וקאמר

שרוי מצוי רומי פתח שכנגד עדן גן של צד דבאותו ליה *videtur meo Praeceptori quod non sit porta Romae simpliciter; sed in horto Eden, qui est ex adverso totius mundi, ab illo latere quod respicit portam Romae, Messias commoretur.* an igitur in paradiso etiam sunt ulcerosi & leprosi? & si est ex opposito mundi, quo viae cōpendio R. Iosua vivus illuc transvolavit? non sic evadetis! Sentiebat olim Hillel Christi coaetaneus tempora tunc effluxisse; ideò de Messiae adventu alio desperavit, & quia Iesum Nazarenum agnoscere noluit, totum hoc pridem in Hiskia impletum esse contendit: quo nomine à caeteris reprehenditur Eod lib. pag. seq. 99. a post init. ר' הלל אומר אין להם משיח לישראל שכבר אכלוהו בימי חזקיה א"ר יוסף שרי ליה מריה (פי' שמחול לו הקב"ה שאמר אשר לא כן) חזקיה אימת הוה בבית ראשון ואילו זכריה קא מתנבא בבית שני גילי בת ציון מלכך יבא *R. Hillel ait Israëlitae non habebunt alium Messiam, quia pridem devorarunt illum in diebus Hiskiae. contra hunc Raf Ioseph. inquit: condonet hoc ipsi Dominus scil. Hilleli qui dixit quae non vera sunt. Quandoquam vixit Hiskias? nunquid sub templo priori? at Zacharias prophetavit in domo posteriori (c. 9. v. 9.) exulta Sion, venit Rex tuus. &c.* Summatim dicam: ita hic confunduntur Iudaei, ut calculum prae indignatione diris omnibus devoveant. nolunt nobiscum supputare amplius, nec suis permittunt ut hîc scrupulosi sint; damnant hoc studium velut impiam curiositatem, & calculatoribus ut ilia rumpant imprecantur. Hal. Melach. cap: 12. §. 5. לא יתעסק אדם בדברי ההגדות ולא יאריך בדברי המדרשות האמורים בענינים אלו וכיוצא בהם ולא ישימם עיקר שאינם מביאים לא לידי אהבה ולא לידי יראה וכן לא יחשוב הקיצים אמרו חכמים תיפח רוחם של מחשבי קיצים אלא יחכה ויאמין בכלל: *non occupetur homo in hisce mysteriis, nec diu immoretur talibus dictis in hoc vel simili negotio. neq; habeat illa pro fundamento; quia nil proficiunt ad charitatē vel timorē* DEI. *praesertim verò nō computet articulos temporū. dicunt enim sapientes:* INTUMESCAT SPIRITUS *eorum qui tempora supputant! sed praestoletur & credat universaliter.* Prohibitio quam allegavit, ex-at in supradicto capite Chelek. fol. 97. b. med. א"ר שמוא' בר נחמני א"ר יוחנן תיפח עצמן של מחשבי קיצין שהיו אומרין כיון שהגיע את הקץ ולא בא שוב אינו בא אלא חכה לו שנ' אם יתמהמה חכה לו *ait R. Samuel f. Nachmoni, dicere solitum R. Iohannem: inflectur corpus computantium terminos! dicunt enim quia terminus adest, ipse verò nondū comparuit, ideò nec postea veniet. Tu verò expecta ipsum, sicut dicitur (Hab. 2. 3.) etiamsi tardet, praestolare tamen.*

Sunt autem duo praecipuè offendicula, quae Iudaeos absterrent, quominus IESUM Nazarenum pro Messiâ recipiant. primò quia cū

praestò

præstò esset, tàm paucos habuit asseclas, eosq; non de primoribus populi sed obscurâ plebe. deinde quoniam infirmitatibus humanis obnoxius fuit, varia passus & cōtemptim quoq; mortuus. Melach. c. 11. § 6. אף אותו שדמה שיהיה משיח ונהרג בב״ד כבר נתנבא בו דניא׳ שנ׳ ובני פריצי נכשלו וגו׳ כי יש מכשול מזה שכל הנביאים דברו שהמשיח גואל לישראל ומושיעם ומקבץ נדחיהם ומחזק מצותם וזה גרם לאבד ישראל בחרב ולפזר שאריתם ולהשפילם ולהחליף התורה ולהטות רוב העולם ולעבוד מבלעדי השם׃ *etenim de illoquem putarunt esse Meßiam, qui capitali supplicio damnatus est, vaticinatur Daniel (c. 11. v. 14.) filij latronū scandalizabuntur &c. Est sanè magnum offendiculum, postquā omnes Prophetæ Meßiam promiserunt redemptorem Israëlis, salvatoremq;, qui dispersos eius recolligat, & legem corroboret, quod iste causatus est internecionem Israëlis per gladium, & dißipationem residuorū, legem mutavit atq; maximā partem orbis ad alienū cultum traduxit.* Sed respondeo è traditionibus majorū vestrorū: annon fassi sunt Messiam fore spretum & neglectum? à paucissimis agnoscendum? perek chelek. p. 93. b. med. א״ר אלכסנדרי מלמד שהטעינו מצות ויסורין כריחיים *R. Alexandri ait, docemur quod* DEUS *Meßiam oneret castigationibus quasi molaribus lapidibus.* Et modò supra recensui quod eum R. Iosua non apud magnates, sed inter pauperes invenerit ac ægrotos. Eod. c p. 111. a. ר׳ סמאי א׳ ביאתן לארץ שנים מששים רבוא א׳ רבא וכן ליםות המשיח *R. Sinai dicit, intreibant terram Canaan bini tantùm è sexaginta myriadibus. Raba inquit. idem fiet in diebus Meßiæ (h. e æquè pauci salvabuntur.)* Quid ergò scandalizamini amplius, ô duri cervice? quousq; vos luditis Ipsi? quoties à pseudo Messijs turpiter decepti estis: non jam repetam quanto sanguine constiterit vobis unicus *Bar-Cochab*, ab eventu per meritā agnominationem *Bar Cozba* dictus, cujus stragē æstimat R. Iohannes in Echa Rabathi c. 2. v. 2. octoginta myriadibus occisorum: in quâ illud miserrimum erat, quod nè imbelli quidem turbæ puerorū pepercerunt. אמר רבן גמליאל חמש מאות בתי סופדים היו בביתר וקטון שבהם לא היה פחות משלש מאות תינוקות והיו אומרים אם יבאו השונאים עלינו במכתבין הללו אנו יוצאין ודוקרין אותם וכיון שגרמו העונות ובאו השונאים כרכו כל אחד ואחד בספרו ושרפו אותם *ait R. Gamaliel: quingenta domus scholasticæ fuerant in urbe Bethoron, quarū minima continebat nō pauciores trecentenis scholaribus. ideò (multitudine freti) dixerunt: si venerit hostis, egrediemur cū istis graphijs & confodiemus illos. at postquam Romani vicerant, involverunt quemlibet suo volumini, & sic urà cōbusserūt Ibid. paulò anterius.* והיו הורגים בהם עד ששקע הסוס בדם עד חוטמו והיה הדם מגלגל אבנים של ארבעים סאה והולך בים ארבעה מילין׃ *tātopere mactabāt, ut equus immergeretur sanguini usq; ad capistrum nasi, & fluxus cruoris*

protruderet lapides quadragenarios, adeoq; deflueret per quatuor miliari^a usq; in mare. tunc ſcilicet impletum eſt, quod occinuiſtis Pilato: Sanguis eius ſuper nos! Hoc tamen nihilo cautiores facti, tempore Maymonidis iterum vos decipiendos præbuiſtis, impoſtori cuidam de quo ipſe ſcribit in Epiſt. ad Iud. Maſſil circ fin. בארץ תימן עמד איש אחד יש לדבר כ״ב שנה ואמר שהוא שלוחו של משיח מישר דרך לפני ביאתו ונתבאצו אנשים רבים ע״ו יהיה מטעה אותם: לאחר שנה נתפש וכרתו ממנו כל הנלוים אליו ויאמר לו מלך מה זאת עשית ומה התופת שלך ענה חתוך ראשי וא״כ אקום ואחיה *in regione auſtrali ſurrexit quidam ante hos 77. annos, præcurſorem Meſſiæ profeſſus, qui viam eius præparare debeat. huic adhæſerunt plurimi, quos decepit. poſt annum captus fuit, tunc aufugerunt complices. Cùm autem Rex rogaret; qua fiduciâ id feciſti? quo miraculo probas? reſpondit, amputa mihi caput & reſurgam (quòd poſtea factum eſt, ſed non revixit.)* Quid veteribus exemplis inhæreo, cum nova & recentia ſuppetant? avi noſtri meminerunt cujuſdam R. Læmlin, qui ſe pro Meſſiæ prodromo venditavit, populares ſuos vanâ ſpe ſic dementans, ut indicto ſolenni jejunio, ad reditum in terram ſuam ſe pararint omnes. audi quæſo narrantem R. Ganzium in Zæm. f. 61 רבי לעמלין היה מבשר על ביאת משיח בשנת ר״ס ובכל תפוצת ישראל האמינו לדבריו גם בן הגוים היה הקול הולך וגדול וא״ם זקיני זליקמאן גאנז ז״ל הרס ונתץ תנור המיוחד למצות בהבטחתו הגמורת של שנה הבאה יאפה מצות בארץ הקדושה: *R. Læmlin prædicabat adventum Meſſiæ Anno 260 (h.e. Chriſtiano 1500. ut non tantùm in totâ diſperſione Iudæorum plurimi hoc crederent, ſed & ea fama percrebeſceret apud Chriſtianos. Dominus avus meus Selikman Ganz p.m. jam demolitus erat furnum ſuum paſchalem quòd placentas azymas ſequente anno in terrâ ſanctâ piſ ſere certò confideret.* vah, quàm magnificis ſpebus vos fruſtra toties impleſtis! agnoſcite vel tandem ô miſelli quòd hæc expectatio nimis ſera ſit Adveniet Meſſias, fatemur & fortè in propinquo eſt: ſed non eâ ratione quâ vos perſuaſi eſtis. Maymonides operum ſuorum cap. ult §. med. כל אלו הדברים לא ידע אדם היאך יהיו עד שיהיו שדברים סתורים הם אצל הנביאים גם החכמים אין להם קבלה אלא לפי הכרע הפסוקים ולפיכך יש להם מחלוקת *nihil horum præſcit homo qualiter futura ſint antequam fiant. ſed omnia ſunt abſcondita penes prophetas. ipſi etiam ſapientes nihil de hoc noverunt è Kabalâ, ſed quicquid habent tantum eſt ex præponderantibus ſententiis: propterea tantoperè diſcrepant invicem.* Ipſa diſſonantia poſſet vobis argumentum incertitudinis eſſe. Sed in hoc nimius fui deſinendum erat pridem. Aperiat vobis oculos & corda emolliat, qui ea ſol^9 habet in ſua poteſtate, DEUS in ſecula benedictus, Amen.

SVMMA-

SVMMARIVM
LIBELLI.

QVoniam loco absens, & aliis intentus pleniorem Indicem Alphabeticum colligere non potui qualis tamen ob rerum varietatem necessarius esset: visum est ejus vice brevem tantùm Ανακεφαλαίωσιν subnectere, quæ servato tractationis ordine, seriem Theorematum & præcipua commentaria obiter ostenderet; simul ut Methodi ratio evidentius appareret, & scires quâ occasione ad multa specialia descenderim, quæ sub generali titulo non expectasses.

ELECTIO Cap. I.

Cerdones

PIETAS Cap. II.

at Divi-

BELLVM. Cap. V.

MORS ET SVCCESSIO. Cap. VI.

ERRATA.

Quamvis communiter in hujusmodi libris Hebraico-latinis, extra conspectum Authoris excusis, errores sint crebriores quàm alibi; cautum est tamen huic libello singulari industriâ & attentione Ven. & Litt. Dn. M. Süeſſij Amici mei colendi, Typographeo interim aſſiduè advigilantis, ut non ita multi subirrepſſerint, (quo nomine magnas ipsi gratias deberi profiteor) aut qui fortè oculos eius effugerunt, (quod in exemplari meo multis lituris inducto facilè contigit.) exiles sint & nullâ difficultate agnoscantur. verbi gratia pag. 97. שערך p. 103. על 113. בית 126. תושב 133. תרע & in

latinis

latinis p. 7. *eligendi.* 16. *scribenti.* 12. *& 24. obthurare (cum aspiratione)* 27 *detinuit*, 74. *disse entem.* 106. *quando.* 109. *everrunt.* Paucula sunt quæ sensum remoratur, ut p. 23. *eiusdē. pro cuiusdā.* 86. *mina pro ruina* 114 *prædicanuo pro pædicando:* 116. *campos pro compos.* Et in nominibus proprijs p. 9. *Schefsos.* 100 *Tybertas. ibid. Kaba'a* 105. *Garizim.* 113. C *alipbta* una vox *alienæ* deest p. 129 lin. 5. à fin. Et in ipso titulo scribitur *luci pro luce* quamvis & illud excusari posset. Sed omitto hæc leviuscula, quæ pueros tantùm movent, viros autem monere nil opus est: & ad calcem obiter aliqua majoris momenti noto, quæ inter relegendum inciderunt.

Pag. 39. circ fin. negatur Samaritanos characteres esse primitivos Hebræorum. Quia verò Anonymus quidam author (qué ego coniecturis quibusdam minimè obscuris, *Capellum Professorem Salmuriensem* esse auguror) virum sanè judicij & doctrinæ non vulgaris) in eruditissimo tractatu suo *de Punctis vocalibus Leydæ nuper edito* fol. 37. post Hieronymum & Scaligerum id affirmat; oppono dissentientibus novum argumentum, ex itinerario R. Benjamin Tudelensis, qui pag. 40. ab experientia testatur Samaritanos habere quidem multa sacra cum Iudæis communia, sacerdotes de familiâ Aaronis, & adhuc suâ ætate (ante annos ferè quingentos) sacrificasse in monte Garizim, super aram è lapidibus Iordaninis constructam sed carere tribus literis עהח quasi ex totidem nominibus patriarcharum Abraham Isaac & Iaycob elisis; unde quidam eos illorum filios genuinos esse negent. Quod si ergo his aspirationibus carent, judicet Lector an Pentateuchus olim ante Esdram, eâ scripturâ exarari potuerit? quod illi contendunt. Idem Rabinus pag. 47. testatur se Patriarcharum quoque monumenta in peregrinatione suâ vidisse, cum inscriptione tali: *Sepulchrum Abrahæ (Isaci vel Iacobi) patris nostri super quem sit pax &c.* addens literas fuisse legibiles: si legibiles Iudæis, ergò hebraicæ, non Samaritanæ. obierunt autem plusquam mille annis ante Esdram, & diu etiam ante ipsum Mosen: inde lector æstimet illius seculi scripturam.

Pag. 61. init. dicitur Synedriales à suis Regibus insolentiorum factorum rationes poposcisse, ac in jus etiam vocasse. Si cui Herodis exemplum ibi allatum ideò non sufficit, quia tunc nondum totius Iudææ Dominus erat, sed Galilææ tantùm præses; habeat jam hoc alterum de Alexandro Ianæo pontifice simul & rege, viro maximè strenuo, & insignibus victorijs nobilitato, qui huic populo universaliter & absolutè dominabatur. Is enim in leviori causâ, ob culpam non suam sed alienam, in jus vocatus fuit, & quod mireris,

stare jussus prohibitusq; sedere. Talm. Mass. Sanhedr cap. 2. pag. 19. a circ. fin. מעשה היה דעבדיה דינאי מלכא קטל נפשא אמר להו שמעון בן שטח לחכמים תנו עיניכם בו (פי׳ לא תחניפו לו ולא תשאו פנו) ונדוננו שלחו ליה עבדך קטל נפשא שדריה להון טלחו תא אנת נמי להכא והועד בבעליו אמרה תורה יבא בעלה שור ויעמד על שורו (פי׳ דעבדו כחמורו) אתא ויתיב אמר לו שמעון בן שטח ינאי המלך עמוד על רגליך ויעידו בך ולא לפנינו אתא עומד אלא לפני מי שאמר והיה העולם אתה עומד שנ׳ ועמדו שני האנשים אשר להם ריב וגו׳ אמר לו לא כשתאמר אתה אלא כמה שיאמרו חבריך נפנה לימינו (פי׳ לידע אם יאמרו כמותו) כבשו פניהם בקרקע (שהיו יראים ממנו) נפנה לשמאלו וכבשו פניהם בקרקע אמר להן שמעון בן שטח בעלי מחשבות אתם יבא בעל מחשבות ויפרע מכם: *Historia. contigit ut aulicus quidam regis Iannai homicidium committeret. ibi (præses Synedrij.) Simeon filius Satach dixit collegis: cavete ne id impunè dimittatis, aut personæ adulemini! ideò significarunt illi: servus tuus occidit quempiam! misit eum rex judicio. citarunt ipsum regem; veni tuquoq; huc. nam lex dicit (de bove cornupetâ Exod. 21. v. 29.) contestetur coram domino suo, id est, veniat possessor bovis & stet pro ipso in judicio. Iumentis autem æquiparantur servi. comparuit ergò Rex & assedit. dixit ipsi Simeon ben Satach ô rex Iannai surgens sta super pedes tuos, & sic testentur contra te. non stas coram nobis, sed coram eo qui dixit fiat, & factus est mundus. sicut scriptum est (Deut. 19. 17.) stent ambo viri qui litigant. respondit non faciam quia tu jubes, sed quando collegæ tui consenserint. respexit ergò Præses dextrorsum, an haberet suffragantes; at ipsi vultus in terram defigebant præ metu; conversus deinde sinistrorsum, ut vidit similiter facies non attollere ausos, dixit: ô vos cogitabundi! veniet alius cogitabundus, & sumet de vobis vindictam.* Apparet autem simul exinde causa quare hanc potestatem suam rarius exercuerint Synedriales, quia nempe timuerunt à regibus, in ordinem cogi nolentibus; nec omnes præsides eâ præditi fuerunt fiduciâ, qua parchesiastes ille Simeon, aut ejusdem successor Schammai & tandem animos omninò ipsis ademit Herodes, quando legisperitos occiderat, qui dictum illud, Deut. 17. 15. *è medetullio fratrum tuorum eligas tibi Regem &c.* in ipsum velut alienigenam quadrare negabant, de quo R. Mosche Mikozi, præc. aff 12.. è prim. cap. Basæ posterioris, unde postmodum Agrippæ palam adulati sunt. contra conscientiam ipsi acclamantes אחינו אתה *Tu es frater noster!*

Denique si cui aliud quippiam prisci juris hebræi paradoxum vel incredibile videtur, cogitet nos plura veterum nescire quàm sciamus, & libros Iudæorum unde talia cognosci poterant, (nescio an idio-

an idiomatis difficultate vel contemptu gentis) hactenus nimis ſecurè neglectos eſſe : multa verò mea confirmatum, & alia inſuper minus credibilia erutum iri paulatim, quando hæc lingua inter eruditam poſteritatem, ampliora ſumpſerit incrementa. quod unicè opto. Si quis verò tàm bardus eſt, ut etiam ea quæ magno antiquitatis conſenſu traduntur, tantùm ideò non credat quia cum ſuo cerebro & receptis opinionibus non congruunt, ei per me quidem licet abundare ſuo ſenſu, & Americam quoque negare, quia ipſe nunquam vidit, Hiſpani autem vel Hollandi nautæ ſibi ſuſpecti ſunt. finge legem de vaccâ rufâ vel potu Zelotypiæ non expreſsè ſcriptam in Moſe, à Iudæis autem oraliter propagatam, bone Deus! quàm exſibiliarentur? quot ſtatim ratiunculis ab aliquo Magiſtello, rei tùm abſurditas tùm impoſſibilitas demonſtraretur? Itaque ſurdis auribus horum clamores præternavigandi ſunt. Ego quidem qui ad imperitorum cachinnos jam occallui, intelligenti maequiori judicio fretus, rudera hæc effodere non deſinam; quamvis pro theſauro poſt longam fatigationem, ſæpenumerò etiam carbones inveniam.

Tu benigne lector ave & fave!
conatibus.

FINIS.



TARICH
h. e. Series
REGVM PERSIÆ,
Ab Ardſchir-Babekan, usq; ad
Iazdigerdem à Chaliphis expulſum,
per annos ferè 400.

CVM PROOEMIO LONGIORI,
in quo vetuſti quidam Aſiæ magnates, maximè Reges Adarbigan:
Item Genealogia Chriſti Salvatoris, quantum de illâ
tenent Saraceni.

Omnia ex fide Manuſcripti Voluminis,
Authentici apud Muſulmanos; quod à Turcis
ex Archivo Fillekenſi reportavit, & primus
in Germaniam invexit

VITVS MARCHTALER
ULMANUS.


Veſtita tamen liberiori Commentario, ex alijs Arabum & Hebræorum libris: aliquibus vel non editis hactenus, vel nunquam viſis latinè.

Opuſculum recens, varium & paradoxum: Specimen ſecuturi
majoris: Serviturum Hiſtoricis, Philologis, Geographis,
& quibuslibet curioſis.

Indicibus quoq; ornatum

AUTHORE
Wilhelmo Schikardo, Prof. Hebr.

TUBINGÆ,
Typis Theodorici Werlini, Anno 1628.



Invictiss°. & Potentiss°.

Cæsari ac Dn°.

DN. FERDINANDO II.

ROMANORUM IMPERATORI
SEMPER AVGVSTO

GERM. HVNG. BOH.

DALM. CROAT. SLAVON. &c.

R E G I

ARCHIDVCI AVSTRIÆ,
DVCI BVRG. STYR. CAR. &c.
E T C.

P. F. P. P.

Domino multùm Clementissimo.

INVICTISSIME CÆSAR,

IMPERATOR AUGUSTISSIME,

Domine omninò Clementissime!

IUcundam esse laborum ante-actorum recordationem, non modò alij, qui Ulysseo more ac fortunâ terras peragrarunt, attestantur; sed & ego, quamvis illorum nemini comparandus, modestè profiteor. Maximè cùm in memoriam revoco Bellum illud, quod superiori tempore adversus Muhammedicolas, felici marte susceptum erat (cuius & ego, fatis ita volentibus, pars aliquantilla fui) solet reminiscentia eorum quæ tunc formidolosa experiebamur, mentem nunc suaviori sensu titillare. Subeunt enim hodieq; animo meo expeditiones illæ velut recentes; ac videor mihi adhuc intueri victorias ipsas, quibus magna pars agri Ungarici, ab iniquo possessore Turcâ, recuperata est: ut oculis etiamnum obversentur cannæ grandiores flammivomæ rotis innixæ, pyroboli omnis generis, item varia supellex militaris, maximè vexilla, in manus Christianorum redacta. Tunc non modò legionum antesignani, ductores ordinum, vexilliferi, aut quibus erat aliqua statio sublimior, sed & inferiores atq; gre-

gregarij milites, Imperatori exercitus, de manubijs proprio ſudore partis, quilibet pro modulo ſuæ fortunæ aliquid obtulerunt: quod etſi ſæpè minutum eſſet, ab Auguſtali tamen illâ & ſemper-ſerenâ fronte, adeò benignè ſuſceptum fuiſſe memini, ut etiam exile Labarum Chiauſicum, pedibus victoris humilimè obiectum, Invictiſſimus ille non aſpernaretur. Eam potentiſſimi Pannonum Regis Humanitatem, adeò ſibi honorificam habuerunt offerentes; ut de illâ palam gloriarentur, ac ſuis quoq; liberis olim gratè recinendam commendarent.

Scilicet hæc ſeros clarat quoq; fama nepotes.

Atq; ut de memetipſo repetam, erat mihi ſuaviſſimæ voluptatis nectar, cuius memoria ſalivam hodieque movet, fuiſſe tunc ſuſceptum Clementiſſimè Commentariolum, quem Invictiſſ°. RUDOLFO CÆS. AUG. &c. pientiſſimæ recordationis, humillimè porrexeram; de rebus à Sigiſmundo, Ill^mo. quondam Tranſſylvaniæ Principe, feliciter adverſus Turcas geſtis, à me concinnatum. Nempe temporum felicitas, quæ Auguſtiſſimo Imperatori circumplaudebat, mihi etiam publicæ lætitiæ participi, tantum animi addiderat, ut ex qua dixi laureola, ſacratiſſimam frontem redimere fuerim annıſus. Et pro-

fectò non displicuisse Cæsariano supercilio, lætor etiamnū post hosce XXXIII. annos, quot interea fluxerunt, ex quo illud Hypomnemation, de Sigismundi contra Sinonem Bassam prosperis successibus, & Daciæ Alpestris recuperatione, Ipsius Maiestati, in sede Sacratißimi comitatus, Pragæ obtuleram. Debuissem tunc quoq; fateor, exhibere VOLVMEN GENEALOGICVM Turc-Arabicum, quod bienno ante, cùm famosißimum illud Vngariæ Castellum VILLEK expugnaremus, in direptione Templi Muhammedani, (Mesgidam vocant,) propitio DEO nactus sum, elegantißimè scriptum, ac propter immanem longitudinem convolutum in spiras: sed cohibuit me nescio quæ solicitudo, ut huic Thesauro, non sine discrimine parto, instar Gryphis auro incubantis, tenerrimè hactenus caverim, nè fortunam experiretur eandem, quam olim Annales Turcici, AVGVSTISSIMO, SAC^æ. CÆS^æ. MT^is. V^æ. AVO, COGNOMINI, sanctiß. recordationis, ab Hieronymo Bekio de Leopoldsdorf, viro præstrenuo, ex Horeb Monte ac Jerosolymis reduce, oblati: qui totis XXXV. annis in abstruso delituere, donec eiusdem Acquisitoris curâ & hortatu, nobilis ille Polyhistor Joh. Levvenclaius, indignæ sortis libri misertus, eum

latinè

latinè publicaret. Itaq; hanc operam dedi potiùs, ut interpretatione quadam vestitum se sisteret Augustalibus oculis. Proinde paßim in Transsylvania & limitaneis Ungariæ locis, maximè verò cum Dragomannis Turcarum hoc egi: sed ut ubiq; frustrarer, fecit partim imperitia illorum, partim mea diffidentia, qui barbaricis ingenijs concredere timebam, quod ipsi suis tantùm Dynastis deberi, à nobis verò indignè poßideri existimabant. Cumq; nec inter Christianos, quos ego noverim, huc usq; offendissem, qui dextrè mihi singula exponeret, factum est ut literariæ opes istæ, pari cum Bekianis fato, ad totos XXXV annos, in capsulis adversus blattas & obliviosam temporis pigritiam, ægrè se defenderint. Novißimè verò singulari fato contigit, ut quem apud exteros tamdiu quæsivi frustra, eum ex improviso invenerim in vicina Tubinga, VVILHELMUM SCHIKARDUM, inter Hebrææ Linguæ Doctores Academicos hodie non postremum; qui peregrini voluminis argumentum statim agnovit, eiusq; interpretationem in se recepit. Is nunc quidem de XVII familijs ibi comprehensis, exhibet VI. tantùm priores, inter quas præcipua est Persica: reliquas etiam suo tẽpore subiuncturus, ubi S^æ. Cæs^æ. M^ti. V^æ. præsentem conatum suum probari resciverit.

Ego

Ego autē, qui sub victricis AQVILÆ remigio Authenticum illud Exemplar, mea manu primùm acquisivi, hunc inde deductum Commentarium, ceu tenellum eius fructum, S. Cæs. M. V. cum humillima devotione & confidentia nunc sisto. Sed quia vereor ut emersus frequentiam ferre possit, adiungo ei comitem, hanc Præfationem, quæ subiectißimo gestu verecundetur primùm, mox animo resumto exponat, me, cùm patriæ nomine (quæ Ulma est) S. Cæs. Mtis. V. devotißimum esse Subditum; tùm annis abhinc XL ferè, non tantùm tribus AVGGG. CÆS. continenter, verùm etiam Serenißimæ Pieq; Prudentißimæ Archiducissæ Austriæ Dn. MARIÆ CHRISTIERNÆ, V. C. Mtis. amantiß. Sorori Transsyl. Principissæ. Sanctæ memoriæ, fidelibus ministerijs piè serviisse: ad spem deniq; plenißimam erigi, fore ut, quod de tempore RVDOLFINO mihi pollicerer, si volumen meum tunc innotescere DEVS voluisset, illud ævum hoc FERDINANDICVM (quod ex etymi tenore Procul-nominatum *h. e. longè lateq; celebratum notat, quasi* Fern-ernant) *Imperiali gratia & favore suppleat abundè.*

Acci-

Accipiat igitur Cª. Maiestˢ. Vª. latinum hoc velut Salgama, ex Arabico penu meo depromptum, & recipiat eo vultu, quo militare munusculum non despueret: donec Authographum ipsum, sub Aquilæ signis partum, ad eiusdem Aquilæ alas remittam, in Augustali Bibliotheca reponendum: quod vel tunc fiet, cùm cætera erunt exposita Latinè, vel nunc statim facere paratus sum, si Sª. Mᵗˢ. Vª. visundi desiderio ita iusserit. Hoc extremum supplice prece rogo, velit Sª. Cª. Mᵗˢ. Vª. non Patriæ tantùm Ulmæ, (cuius spes omnes in Imperatoris Clementia recumbunt) ac mihi servulo eius, sed & scriptori Schikardo, Cæsariana Serenitatis Suæ radio benignissimè affulgere.

Ita vigeat, floreat, sospitetur ac diurnet Augustissima Domus Austriaca, Sibi & Imperio Christiano, in perpetuum! Fiat! ita Fiat!

ex voto calidiss.

Sacª. Cæsª. Majestⁱˢ. Vª.

humilimi ac devotiss.

Viti Marchtaleri.
qui dabat in Imp. Ulmâ
KL. VIIbr. MDCXXVIII.

PRÆFATIO

BENEVOLO LECTORI

Salutem dicit Author.

AVtographum illud, de quo ad Sacratiss. Dn. Dn Imperatorem nostrum, &c. V. Marchtaler jam præfatus est, & cui ego in præsenti commentario præcipuè innitor, meâ divisione Septendecim continet Familias: quarum nudissimas in hoc vestibulo summas enarrabo, ut scias Candide Lector, quid amplius de hoc argumento in posterum expectare debeas, ac interim judices, an & illa luce digna sint futura. 1. *Prima est*, Antediluvianorum, *à parente generis humani Adamo usq; ad eius reparatorem Noam.* 2. *Altera* Patriarcharum, *à Semo ad Mosen usq;. Et hæ ambæ cum Biblÿs nostris (quod in Ethnico mireris) non malè congruunt.* 3. *Tertia* Regum Adherbiganiæ, *qui Assyriacam postea Monarchiam pepererunt, inde à Cajo Maratho (quem parùm abest, ut Nimrodum esse credam) ad Zabum usq;, qui omninò Sardanapalus videtur: quamvis intermediâ serie, aqua mihi crebrò hæreat, ob historiæ defectum, ex tantâ vetustate.* 4. *Quarta* Persarum priscorum, *qui etiam Græcis innotuerunt; quanquam hîc alÿs plerunque nominibus indigitentur: ubi similiter non omnia sunt sana.* 5. *Quinta* Salvatoris *nostri, ab Abrahamo, per Davidem, ad Iesum virginis Mariæ filium: cui tamen alieni quidam immiscentur, ut infra prolixè docui.* 6. *Sexta* Regum Persiæ posteriorum, *ab Ardschiro ad Iazdigerdem; quos ex professô nunc recenseo, ÿsq; finio librum præsentem. Quæ verò deinceps consequuntur, sunt hæ duodecim: scilicet.* 7. *Septima* Muhammedis *& agnatorum, qui genus hîc palam ducunt à Keidar Ismaëlis filio; tantùm abest ut ex Hagar ancillæ se natos esse negent, quod imperiti quidam tradidere. Habetq; Pseudopropheta inter pro-*

ter proximos avos Cudaium, Abdomenaphum, Haschimum, & Abdolmutalibum, sat celebres Arabiæ reges: è quorum postremo, per filium Abytalib, etiam Haly nepos descendit, Muhammedi patruelis: ut omninò errent, qui ex obscuris parentibus natum dicunt. 8. *Octava* Ommiadum, *è quibus nobis etiam oritur ipse Othmanus Calipha; secus quàm existimant vulgò.* 9. *Nona, Pontificum* Abbasidarum *catena, quæ in libro Iuchasin fol.* 152. *XXXV. articulis constare dicitur, & ibid. ad Mustäezimum usq; deducitur, nobis hic ideò pauciores habet quia postremi solo titulo Domini erant, sine tamen jurisdictione. unde non domo tantùm se continebant, in publico, extra solennitatem Ramadhan haud visi. sed & manibus ipsi suis aliquid laborabant, ex voto sibi voluntariè indicto, ut solitudinis ac longi temporis tædia fallerent: quod R. Benjamin de sui ævi Chaliphâ Mostazio testatur, fol.* 16. *fecisse* מחצלאות *Storeas, & sigillo suo signatas, in foro publicè vendi curasse, magnatibus aulæ suæ, adeò nempè degenerârunt à pristino splendore.* 10. *Decima* Samanæorum, *qui gubernacula tenuerunt in regione Maor-annahar sive trans-Oxianâ: deducti à Samano gentis authore, usq; ad Abul-charith filium Nuchi, quem Chan-Ilech Rex Turkestaniæ, captâ metropoli Bucharâ, exoculavit.* 11. *Undecima* Puianorum, *qui è Iazdigerdis Persæ seris nepotibus enati, Bagdadense imperium arripuerunt, & per annos ferè* 130. *obtinuerunt continuè assumptis Addolæ cognomentis & avitâ regni gloria, postliminiò quasi reductâ.* 12. *Duodecima* Sebutakinorum, *Indicæ originis, puta Mahmudi, Masudi, Abusaidi, &c qui Balchæ sedem figentes, Chorasan divexârunt, atq; cum seqq. Salgukijs multa gesserunt bella.* 13. Chovvarazmiorum, *Abu-schogæ, Abulmutaphari, Abul-phatachi & successorum.* 14. Salgukiorum, *inter quos clariores erant Togrulbek, Albarsclan, Melich-schah, & Suleiman, quorum notitia etiam ad Latinos pervenit, sed obscura, & nominibus corruptissimis.* 15. Mahanensium, *in Turkestan, inde à Bulchascho Iapeti filio, usq; ad Ertogrul Othmani parentem, quorum plurimos etiam habet Iuchasin, sed non omnes: ut vix uspiam alibi adeò diligenter consignatos existimem, nè in Arabum quidem libris.* 16. Ginkizæorum, *Tatariæ Principum: ut Ockotai, Tuli, Halacho, Abakai, &c. omnium quos volumen istud habet, meo iudicio, potentissimi; qui velut inunda-*

tione, universam ferè Asiam subemerseunt. Deniq. 17. Othmanidarum, *Turciæ Sultanorum, sedusq. ad Moradem f. Selimi tantùm, cuius tempore hoc Exemplar descriptum fuit: cæteros quatuor, qui nostrâ ætate successerunt hactenus, facilè supplemus. Quamvis verò postremam hanc progeniem, Ioh. Levvenclavvius V. CL. pridem diligenter satis exposuerit, suppetunt nobis tamen hîc nonnulla, unde is alicubi corrigatur: quod fieri Eruditissimus vir, si supervixisset, adeò non ferret ægrè, ut ultrà potius & gratè amplecteretur. Quid autem de alijs dicam orientalium rerum scriptoribus? Proh DEVM! quanta est confusio in familijs? quot monstra nominum barbarorum? quorum orthographia verior feliciter ex hoc volumine nostro restitui potest. Quid enim obsecrò* Calepinus *agit inter Sultanos? quis est* Allau, Aptasalom, Ascajorth, Belchiaroccus, Bubakus, Cinglzis, Clizasthlanes, Cyriscebeles, Daribindar, Dogrissa, Ebutaleb, Ectais, Gampses, Gilderum? *quinam sunt* Malecla, Hezedin, Orthobules, Sadok, Saladin, Sapor, Syroës, Tamerlan, Vararanes, Zingis? *& ipso penè sono tremendus* Tangrolipix? *quantoperè sudant interdum docti, ut genuina eruant etyma? & si quid assequuntur divinando, felix potius est conjectura, quàm scientifica demonstratio: perinde ac si cæcus, ut ajunt, equi soleam reperiret, quod casu contingit aliquando, vix unquàm investigatione. Hîc verò se omnia ultrò, vel non quærentibus offerunt, ut universis eiusmodi tenebris jam nova lux accendatur, unde correctius posthac Onomasticon habere liceat: quod Historiæ felix faustumq. siet! Non equidem nego de Arabibus, ut nos ipsorum, sic vicissim ipsos nostra depravare nomina; veluti cùm dicunt* Ibrahim, Harun, Musai, Davud, Taluth, Iscender, Iachiay, &c. *pro Abraham, Aaron, Mose, David, Saul, Alexander, Iohannes: ut stultum foret ex illis ista emendare velle, quæ nos integriora possidemus. At hoc ideò contingit, quia ipsis peregrina sunt, & qualibet natio suæ sequitur linguæ genium, unde nec inter nos omnia ubiq. uniformiter enunciamus. verbi gratia, nomen meum Germanus effert* Wilhelm / *Gallus* Guilaume, *Græcus* Ἰλέλμος, *alius aliter. Quis tamen dubitabit Arabes Arabica, h. e. sua propria, legitimo scribere modo? ad quorum libellam ego quidem libenter mea expendo, ut non facilè dicam Mahomet (nisi fortè apud imperi-*

peri-

peritum vulgus, aut ubi Novatoris odiosum nomen metuo; quamvis hæc potius veterrima sint,) sed Muchamed*: quod vel idcirco retinere præstat, quia evidentius distinguit à cognatis* Achmed *&* Machmud, *quæ à multis quidem (etiam Christmanno, in not. ad Alpharg.) perinde habentur. sed mihi æquè non idem sonant, ac latina Constans, Constantius & Constantinus, quæ, licet ex uno fonte deriventur, formis tamen & usu differunt omninò. Sic enim tres numero fratres, unius Bajazidis filios, eodem tempore cohabitantes, totidem nominibus in hoc volumine discerni video. Idem de cæteris cogitato, Personarum & Locorum appellationibus, quas hîc passim usurpo; quamvis insolitæ videantur, esse tamen genuinas, non in hoc solo Tarish, sed & Hebræorum libris, magno consensu plerunq; ita scriptas.*

Porrò, missis nominibus, res ipsæ dubitationem habent aliquando, maximè in anterioribus, quæ ad Vetus Testamentum pertinent. Ideò ea velut ἄδηλα *quibus utiq; priscum illud & forense N. L. prænotandum esset, à reliquis seclusi, atq; sub unum* Procemij *titulum conjunxi: quod moneo, ne mireris eius prolixitatem, aut existimes velut à rudi pictore proportionis ignaro, grande caput exilibus membris impositum esse. non equidem nimium esset, respectu totius corporis, cuius hic scapulas solùm aut vix illas exhibeo: sicut in exiguis tabellis vultus tantùm spectantur pectoretenus. quòd si cui displicet iste titulus, expungat eum, per me licebit, & alium substituat, modò meminerit ea quæ sic exemi, non esse paris cum cætero authoritatis. Quoniam v. statim initio prævidebam longius fore hoc filum, quàm quod unico glomeri simul obvolvere possim, unde necessariò abrumpendum sit mihi, non ad continuum unius studij tædium satis patienti, sed alacritatem ex vicissitudine potissimùm ac laboris varietate captanti: constitui quidem primò eam Genealogiæ partem publicare, quam gratiorem Lectori futuram credidi, nempe* Tataricã Ginkiz-chani, *quòd illa non tantùm reliquis multò sit ignotior, sed & ob eius Imperij magnitudinem, scitu omninò dignissima. Et in hunc usum jam omnia præparaveram, conquisitis undiq; Authorum testimoniis, Hebræorum primò, qui meæ Professionis proprij sunt, deinceps Græci Pachymerij* ἐξ ἀνεκδότων*, cujus exemplar pridem ex Augustanâ Bibliothecâ descriptum, benevolè communicârat mecum V. CL.*

Dn. Matthias Berneggerus Prof. Argent. unde multa eruderavi, quæ publicè nondum innotuisse scio. Postquam v. Proœmium illud ferè impressum erat, admonitus fui ab interveniente Amico, non iri benè actum, si temporis ordinem pervertero, vel, ut ille per jocum dicebat, Campanula mea undecimam sonuerit ante secundam; h. e. si Tataricos reges in hac serie penultimos, descripsero ante priores. Itaq; meritò locum dedi huic saniori consilio, & substitui, quos hîc vides, Persas. Hinc ergò factum est, ut Exordium vetus, & illa quæ pagin. 12. proposui, non benè congruant cum eventu: quam culpam à tua, mi Lector, benevolentiâ deprecor! Cumque huic errato mederi nemo possit meliùs quàm forfex, postulo ut excindas illud folium, quod Ginkizi nomen gerit in fronte; *sic reliqua benè sibi constabunt. Libuisset quidem hâc vice provehi ulteriùs, & septimum Genealogiæ membrum attexere, quod Pseudoprophetæ natales continet, multis utiq; memorabilibus refertos: at incremento libelli obstitit Vidua Typographi, ob causas domi notas, dum ad instantes nundinas, hoc tantùm breve specimen præmittere destinavit, sciscitatum, an sit emptores reperturum? nam quæ me quidem meliùs sperare jussit materiæ peregrinitas, ea ipsam facit meticulosam: cùm experimentis didicerit, rustica Kalendaria vendi multò numerosiùs, quàm ipsas Ephemerides, unde illa desumuntur. Cæterùm de meo labore; non est ut excusem operosè cur tàm vario sermone sim usus? tot exotica inseruerim, Hebræa & Arabica! fateor esse vitiosum in seriis & sublimibus materijs, perinde ac si quæ matrona gravior, ad templum itaret in pallâ, ex diversicoloribus pannis variegatâ. sed alia est Philologicorum Tractatuum conditio, merentur hanc veniam, ut liceat ipsis esse picturatis, imò non possunt hæc talia doceri absq; mistura illius idiomatis, unde desumuntur. Ego igitur, qui non Historiam scribo ex professo (quod & supra vires foret) sed aliâ occasione ad ista sum abreptus, memor primariæ functionis meæ, volui simul studiosis harum linguarum inservire, ut vel sic intelligerent, quàm latè pateret Hebraismi usus. Vale Lector optime, ac hisce conatibus fave!*

PROSAPIAE

PROSAPIAE PERSICÆ ex Archivo Turcico nunc primùm erutæ

PROOEMIVM.

IN QVO,

Post Scripti huius occasionem, enarrantur Anteriores quidam Asiæ Reges, & Genus Christi Salvatoris, de sententia Muslimorum.



ERSICOS REGES, ET ALIOS Asiæ Dominos, dicere aggredior: opus novitate quidem, ut spero gratum, sed hac ipsâ tamen arduum, & quod non è promiscuis rumoribus compilari, minimè verò ex alicujus opinatione privatâ confingi debeat, verùm è genuinis Authoribus exponi, ut sua certa relationi fides constet. Sentio igitur ante omnia de narrationis meæ fundamento, mihi præfandum esse, ut in re abstrusâ, & doctis etiam parùm cognitâ hucusq;, appareat quibus adminiculis obscurus ego, & illorum nemini comparandus, in earum cognitionem primus devenerim: néve à meis studijs aliena tractare, aut extra Professionis metam temerè divagari, cuipiam fortè videar.

Incidit æstate proximâ, bono quodam casu in meas manus, Volumen aliquod manu-scriptum, ipsâ formâ æquè ac literis peregrinum, quod ab Amico, inspiciundi gratiâ communicatum erat. cumque id perlustrassem avidius, deprehendi esse Genealogias regum orientis, orbi Europæo *Occasio præsentis Scripti.*

ropæo

ropæo maximâ parte ignoratas hactenus, scitu tamen omninò dignissimas. Major inde lubido, penitius ista pervestigandi, me incessit; qui semper campos à vulgo derelictos arare malui (modò spes ulla segetis appareret) quàm agellum in suburbano, ad quem è trivio colonus quisque properat: quòd isthæc studia minus contentionum haberent, licet laboris plusculum. Itaq; librum illicò descripsi, & intra præstitutos dies ad Possessorem gratè remisi. Est is in vicinâ & imperiali urbe Vlmâ, vir ampliss. Dn. Vitus Marchtaler, illius Reip. Senator & Consiliarius rei bellicæ prudentiss. qui hanc prædam ante annos plus triginta, è Turcico bello domum retulerat. nam cùm in ætatis fiore experiundi animo, patrios lares egressus esset, non solùm Vngariam utramque, quà eum secundus Ister deducebat, & tres Dacias, longè latéque pervagatus est; scilicet Ripensem quam Tibiscus alluit, Mediterraneam, quæ vulgatiori nomine Transsylvania dicitur, & Alpestrem, cui Walachiæ notior appellatio est indita: sed etiam bellis, quæ contra Christiani nominis hostem tunc maximè fervebant, adfuit plerisque, potissimùm illis expeditionibus, quas nomine S.æ Cæs. M.tis. &c. ibi locorum suscepit Illustr. Baro Tieffenbachius, interfuit ad finem usque perseveranter; ut in istâ peregrinatione totos viginti annos & amplius contriverit. Cæterùm in Vngariâ superiori castellum est famosissimum, nomine Fillek, historicis benè notum, nec minus loci naturâ, quàm arte muniendi firmissimum, triplex quodammodo, & in præruptâ rupe situm. Id olim Christianæ potestatis existens, devenerat in manus Turcarum; unde ipsi postea velut ex officinâ latrociniorum, vicinos circumcirca divexabant excursionibus miserrimè. Contigit autem illo tempore, ut prædictus Heros, opportunitate usus, id castrum unà cum adhærente oppido, ab iniquis possessoribus recuperaret. die $\frac{26}{16}$ Novemb. Anni 1593. victoriâ sanè memorabili, quâ plurimus Christianæ religionis

coetus

cœtus, è duriſſimâ ſervitute liberabatur. Eius igitur expugnationis etiam pars aliqua fuit Marchtalerus, & inde hoc Volumen Turc-Arabicum reportavit, in ſacello Arcis mediæ, velut Archivo repertum, atque Muſulmannis procul dubio carè habitum. Quamvis verò res contineat antiquiſſimas, quippe ab Adamo, generis humani fonte repetitas, recens tamen fuit exemplar, integrum, legibile, nec uſpiam attritum: deductum ſcilicet uſque ad Moradem III. eius belli authorem, qui biennio pòſt, antequam id plenè conficeretur, naturæ ceſſit. Huius authentici voluminis à Marchtalero tot iam annos aſſervati, copiam (conſcio & permittente Dn. Poſſeſſore) mihi fecit M. Vlricus Schmidt, Eccleſiaſtes Vlmenſis, ob hebræa ſtudia, quæ ſimul ibi docet, notus familiariter: cui propterea non minor debetur gratia, ſi quem ex publicatione fructum ſenſerit Lector. Sentiet autem, niſi me omnis ratio fallit, locupletiſſimum; quando de origine ac progreſſu populorum orientis, quorum tanta nobiſcum hucuſque fuit obſcuritas, è genuinis ipſorum annalibus, certiora nunc diſcet, atq; vera etiam nomina cognoſcet, quæ hactenus monſtroſiſſimè depravata erant: unde multis authoribus nova lux orietur, aliqui etiam, qui pugnare viſi erant, pulchrè conciliabuntur, ut ſic utrique, ſublatis difficultatibus, deinceps fiant utibiliores. Rabinorum quoq; libri, qui meam Profeſſionem attingunt propius, inde illuſtrabuntur. fateor enim ingenuè, Seder-olā & Iuchaſin mihi tàm clarè non intellectos, antequam hæc lucerna facem alluxiſſet. Atq; optarem nunc redivivos, Iovium aliquem, Levvenclavvium, vel Reineccium, ut læti cernerent, quàm propè ſcopum quisque tetigerit, dum eiuſmodi adminiculis ætate ſuâ deſtituti, per coniecturas aliquando, & ſolâ ingenii ſagacitate, rem venati ſunt, homines perſpicaciſſimi. Spero itaque tàm de Hiſtoricorum quàm Philologorum gente, nos benè merituros, ſi talia publicè communicemus, quorum ſecre-

æ possessio nec Marchtalero nec mihi, absque amico participe, unquam foret jucunda. Cæterùm, quia prolixius est, quàm quod simul totum edatur, hoc præsertim difficili tempore, quando de studiorum eventu vel ocio, minimè certi sumus, placuit illud in membra dispertiri, quæ tamen singula per se tractatum absolvant iustum; & nunc quidem à familiâ Ginkisanâ regum Tataricorum ordiri; quoniam eius potentia, non modò cæteris Asię regnis longè maior fuit, quæ vel Magno cum Alexandro certare possit, sed etiam vulgò ignotior, ut vix quisquam nostrûm, eius nomen inaudiverit: quod de tanto imperio, quale vix sol vidit aliud, miror vehementer. Culpa hæc est famæ, quæ in multos injuria, sæpe res minimas ebuccinat latissimè, maximas contra prorsus negligit; ut sola in mundo proportiones ignorare, nec judicio regi videatur. quis obsecrò fuit Priamus ille, quem tamen poetæ, tot quondam populis terrisque superbum Regnatorem Asiæ salutant? anne præter Troiam ac vicinum Phrygiæ territoriolum possedit aliud? qui tamen in historiâ nominatissimus est? quantillus verò Vlysses? unius Ithacæ dominus, insulæ & ambitu minimæ, & sterilibus saxis asperrimæ. Iupiter autem, quia maiorem aliquanto Cretam tenuit (quæ tamen hodie tria vix agnoscit oppida,) illicò Dominus universi orbis creditus est, & Deus quoq; habitus à stultâ gentilitate. breviter: si quis urbeculam fortè cum agello, aut maris quendam scopulum pugillo limi tectum occupavit, statim ab Homero *ποιμὴν λαῶν, ἄναξ, κοίρανος, ἄρχων, βασιλεὺς, populorum Gubernator, Dominus, Princeps, Imperator aut Rex*, titulis omninò superlativis fuit appellatus, quem hodieque admirari cogamur. Quotusquisq; verò novit Ginkisium, cuius isti vix stabularij fuissent? possem eius regni amplitudinem Geographicis rationibus comprobare, sed meo hîc judicio credi nolo; audiatur Politicotatus ille Boterus, imperiorum æstimator accuratissimus, qui de magno Chan Tatarorum

rege

rege scribit: ditionem eius in Asiâ extendi, ratione longitudinis ab orientalissimâ extremitate, in Armeniam usque, latitudinis respectu, à Volgâ versus Bengalam; nec tamen accenset excursiones in Africam & Europam, ad Nilum usq; & nostrum Danubium. addit: *inde percipi, quòd ipsius Alexandri (quondam pro maximo habiti) regna, cum hoc imperio conferri neutiquam possint*; ut sanè fatebuntur qui Asiæ chartas inspicient. Hæc me causa movit, ut ex universâ Genealogia, istam potissimùm familiam nunc elegerim, explicatiùs tractandam: consultis tamen ante Patronis, & de proposito edoctis, quos huic studio favere, ac discernendi judicio multùm pollere sciebam; inter quos eminet Vir Nob. & Magnif. Dn. Henr. Hillerus, IC. atq; Consil. VVirtemb. &c. huiusmodi conatuum meorum Fautor singularis, de cuius candore simul & dexteritate, patria sibi mecum gratulatur. Ne verò cætera, quorum fortè Lector prægustum habere optet, omninò reticerentur, censuit ad rem fore: si eorum quoq; Summas præmitterem: quod in hoc prooemio facere decrevi; atq; nè sola personarum nomenclatura sterilis esset vel tædiosa, subinde meas cogitationes, si quæ obiter incident, annotare: non ut iam cuncta, quod aiunt, resecem ad vivum, sed ut vel sic Doctiorum correctiones, aut aliorum qui similia fortaßè scripta, taciti hactenus possederunt, adjumenta, in futuros usus operis perfectioris, interim eliciam.

NVnc ad voluminis particularia. Scriptum est in chartâ Turcicâ, multò quàm nostrâs densiori, & summè lævigatâ, pedes 45. VVirtemb. longâ, latâ circiter unum; quæ in marginibus per totam longitudinem, firmitatis ergô duplicatur, & superinductâ papyro subflavi coloris, ad oram fimbriatur quasi, sine tamẽ incisuris. Cæterũ non est complicatus liber, sed in orbem vel cylindrum potius, more spirarum circumvolutus, ut solent orientales populi ab antiquo facere; quod latinis propriè *Volumen* dicitur, & He- *Voluminis huius figura & pictura.*

 bræis

bræis מְגִלָּה *Megilla*, à גלל volvendo. qualis apparet in Synagogis ipſorum, liber legis Moſaicus. Vnde ultrò intelligitur, non eſſe Opiſthographum, ſed tantùm altrinſecus inſcriptum. Adhibuit Scriba (ſi quis hæc minuta ſcire deſiderat) præter nigrum, etiam alios colores; non tàm ornatus gratiâ, quàm diſcretionis. lineas quidem & circulos omnes Rubricâ pinxit; perſonas verò variè: ſcilicet minores Dominos atramento: (cuius conficiendi, Turcæ meliores ſunt artifices, quam noſtri) eminentiores viros, puta Prophetas aut familiarum ductores, colore rutilo notavit: eminentiſſimos, ut Chriſtum noſtrum, aut Muhammedem ſuum, viridi; qui cenſetur omnium præſtantiſſimus apud hanc gentem, in colorum varietate admodùm luxuriantem. *Ater* enim ipſis pro fœdo habetur & infauſto, ut pullus incedat nemo Turcarum, niſi calamitatem aliquam inſignem paſſus. unde & Chriſtianorum legatis olim vitio verſum eſt Conſtantinopoli, quòd nigrâ veſte, coloris inauſpicati, Baſſas accederent, quo ſe habitu ſi non ſperni, contaminari tamen hilaritatem querebantur. Multò ei præferunt *Rubrum*, magis verò belli quàm pacis tempore, quod ſanguinem referat. Huic tantùm excellere putatur *Cæruleus*, quantùm & ipſum cœlum inferiora ſuperat; unde Alkurani veſtibulum, tanquam cœli portam, eo plerunque pingunt, ut non ſemel obſervavi. Rurſus hunc excedit *Flavus*, auri in terrâ & in cœlo ſolis æmulus. cum tamen ipſum antecedit *Candidus*, velut immaculatus, & innocentiæ ſignator, Lunæ proprius, quam circa Kalendas cum Iudæis venerantur, & in ædium culminibus ac vexillis, ubiq; repræſentant. Super omnes hos eminere creditur *Viridis*, cunctorum fruticum & herbarum color, atq; magnæ nutricis terræ velut indumentum, quo Sultani veſtiuntur, & impenſiſſimè delectabatur Suleimannus; imò ipſe Propheta eorum Muhammedes, iam ſeneſcens, conſpici gaviſus eſt: ideò tota eius poſteritas, è filiâ Phatimâ & genero

Praſina ſcriptura Turcis magni æſtimatur.

Haly

Haly prognata, in hoc volumine, non equidem arbitrio amanuensis, aut temerè, sed religione quadam & privilegio singulari, literis viridibus describitur. quod ex historiâ eius firmabo, quam tradit R. Abrah. Zakut, libri *Iuchasin* folio 146. a. וימלוך מאמון בן רשיד אחיו תחתיו והיה אוהב החכמה ואוהב החכמים ואנשי השם ולקח את עלי בן מוסי בן געפר בן מחמד בן עלי בן חסין בן עלי בן אבוטאלב והשליטו על כראסאן וכנה את שמו רצא וצוה לו שאנשי משפחת בית עלי לא ילבשו עוד שחור כי אם ירוק כרפסי וזהו הסימן שלהם וקנאו בו כל משפחת העבסיים שהיו מכבדי אויביהם ומת עלי בן מוסי פתאום מאכילת ענבים ונחה שקטה קנאה ביניהם: *successit ei (Alamino scilicet Chaliphæ, jugulato) frater Mamon f. Reschid. (prænomine Aaronis, qui ad Carolum M. legatos in Europam miserat) Philosophus & amator sapientum atq; celebrium virorum. Is tulit Halyn filium Musy, fil. Gafari, f. Muhammedis (non illius notissimi, sed unius è nepotibus) f Halys (junioris, qui in præsenti Genealogiâ non Aly, sed Imam Zainul-Abadin dicitur) f. Chuseini, f. Halys (Magni, qui Phatimam duxerat) f. Abutalib (qui fuit Pseudoprophetæ patruus) ac præfecit eum Chorasan (provinciæ inter Persiam & Indos) atq; cognominavit eum RADA (nam Za- di punctatum instar D. pronunciandum est: sed scribunt hoc epitheton Arabes per Iod, cumq; articulo* الرَّضِي *ARRADI, h. e. favorabilis ille, κατ' ἐξοχὴν, quem sibi successorem in regno destinaverat) ac præcepit ei, ut qui sunt de familiâ domus Haly, non amplius vestirentur pulligine, sed virenti vel prasino: (in hebræo est Carpasi, quod neutiquam rubrum significat, ut vulgò ex Esth. 1. v. 6. malè colligunt.) & ut hoc sit insigne ipsorum. Propterea oderunt illum omnes, qui erant de familiâ Abbassæorum, quòd sic honoraret hostes eorum. At mortuus est Hali f. Musy subitò, propter esum uvarum (non utiq; nimium, qui abstinentiæ nomine singulariter commendabatur, sed procul dubio, quòd lethali veneno ab æmulis essent tinctæ, ut alij Authores prodiderunt) ita cessavit simultas inter illos.* Cæterum, è Nicetâ Choniato conjecturam capio, quòd idem color Prasinus, etiam apud

etiam Græcis Imperatoribus pridem.

apud Græcos, in Imperio Sultanorum antecessores, magnī habitus fuerit, & in diplomatum subscriptione usurpatus. refert enim in vitâ Porphyrogeniti, fol. 116. edit. Basil. cum aliqui Imperatorem adhuc adolescentem καὶ καρυατίζοντα ἢ ῥιμμῷ λιθιδίων προσανέχοντα, h. e. *juglandibus ludentem, aut jactui lapillorum intentum*, circumvenirent, & hâc opportunitate abusi, quas vellent literas ab ipso facilè impetrarent; quòd Alexius Proto-Sebastus, administrationem sibi vendicans, edictum procurâverit, quo caveretur, μὴ ἄλλως εὐπαράδεκτα οἴεσθαι, ὅσα ἡ βασιλικὴ χεὶρ ὑποσημαίνοι τὰ γράμματα εἰ μὴ πρότερον ἐφθείη τῷ Ἀλεξίῳ, καὶ οὕτω τὴν δεξιὰν τῷ βατραχείῳ ἐπιδοὺς χρώματι, τὴν τοῦ Ἐτηρήθησαν ἐπισημασίαν βραβεύσειε: *nè quid tale ratum foret, quamvis regia manus subscripsisset, nisi prius ipse reviderit, & Ranali colore (quem omninò viridem interpretor) subsignârit vocem* ΕΤΗΡΗΘΗΣΑΝ. h. e. *observata sunt vel recognita; sive, ut nostri, PLACET.* Non quidem nescio aliàs Murice usos in diplomatibus. quod idem Author tradit in vitâ Manuelis, statim initio libri 1. fol. 26. magnum Domesticum, pro Immanuele Imperium à civibus mercantem, scripsisse ad Clericos templi, γράμμα ἐρυθροσήμαντον, σφραγῖδί τε χρυσῇ καὶ σηρικῷ νήματι ἔμπεδον κόγχης ἀναδεδευμένῳ αἵματι. *scriptum rubricâ signatum, sigillo aureo, & serico filo, firmatum conchæ imbuente sanguine.* quod ipsum inter cætera, eidem Manueli, exprobravit Sultanus Persicus lib. 6. post. init. fol. 88. τὸ πλείσταις μὲν ἐκεῖνον ἐπαίρειν φιλοδωριῶν ὑποσχέσεσι, καὶ βασιλικαῖς ὑποσημαίνειν ταύτας γραφαῖς καὶ βαφαῖς, ὀλίγα δὲ χορηγεῖν: *plurimis quidem illum efferre se Donorum pollicitationibus, easq; Regalibus subsignare Tincturis, (h. e. purpureis) pauca verò erogando præstare.* Parabant hanc βαφὴν è contritis purpuræ chonchis, adiecto eius cruore, atque vocabant ab adurendo vel coquendo *Encaustum*: quo non nisi solis Imperatoribus uti licebat, cæteris omnibus eius usu, imò & confectione, sub bonorum proscriptione & pœnâ capitali interdictum, ab Imp.

Leone

Leone. l. *sacri affatus. C. d. Divers. rescript.* Sed è diverticulo in viam est redeundum, ad volumen hoc nostrum, quod non picturâ tantùm, sed & literis more Turcico est adornatum. *Turcica Scriptura.* quamvis enim eas cum Arabibus habeant communes, à quibus unà cum religione acceperunt; ijs tamen paulò aliter utuntur ac illi, & insuper duas novas adsciscunt, differentiæ causa cum triplici puncto, instar hebræi Sægol infernè notatas; P scilicet duriusculum, Arabibus inauditum, quod ab illorum B molliori formant: & compositum sibilum ZG. (vel TSCH) idiomati suo familiarem, quem ab Arabico G mutuantur. Hoc utrumque tàm evidens est, ut etiam linguæ omninò imperitus, è solo punctorum ∴ conspectu inter Arabismum & Turcismum discernere possit facillimè. Præterea differunt in ipsis quoq; *Propriorum nominum terminationibus*, quæ alioquin privilegio singulari sunt immutabilia, & sola diversissimis etiam linguis uniformiter enunciari debuissent. nam & hîc sequuntur Turcæ genium suum, ac ultimam vocalem, in quam Arabicè desinerent, sive simplex ea fuerit seu duplex, per quandam Apocopen abijciunt. verb. g. pro eo quod illi scribunt per Dhama vel Raphe suũ آدمُ مريمُ محمّدٌ عثمانُ *Adamo, Marjamo, Muchammedon, Othmano,* scribunt isti omisso Birothro vel Ikotro, per simplex Gesmon vel Zghim, aut eo ipso etiam neglecto, simpliciter آدمْ مريمْ محمّدْ عثمانْ *Adam, Marjam, Muchammed, Othman.* quod ad nostram pronunciandi rationem propius accedit, & eapropter moneo, nè quis temerè vel errore mutilata esse suspicetur, si ea *sine Nunnatione* protulero, prout exemplar meũ tradit, atq; bona fides omninò transcribere iubet. Quod de literis & terminationibus dixi, hoc idẽ de Cognominibus & Epithetis intellige, quæ sæpiùs adduntur merè Turcica.

Ex. cauſ. بيغمبر شاه خان اغا پاشا چلبي بك *Begamber, Schah, Chan, Aga, Baſcha, Gelebi, Beg. &c.* hoc eſt, Propheta, Imperator, Princeps, Dux, Capitaneus, Nobilis, Dominus. aut quamvis Arabicæ ſint originis, tamen & îpſa Turciſant aliquando; unde mixta naſcitur forma, qualis eſt quando nos latina vernaculis noſtro more immiſcemus, eaque corrumpimus, ut نبي امام سلطان ملك امير ابو عبد الله بالله المصطفى اكبر اصغر *Nabi Imam, Sultan, Malik, Emir, Abu, Abd-alla, Billa, al-Muztaphi, acbar, azgar.* h. e. Propheta, Doctor, Dominator (unde nomen Soldani) Rex, Præfectus, Pater, Servus-DEI (Gottſchalkh in priſca Germanicâ) cum-DEO (von Gottes Gnaden.) Egregius (electus vel ſegregatus, vulgò Muſtaffa) maior, minor. &c. quo etiam pertinent Euphemiæ ſanctioribus paſſim additæ, ſcilicet عليه السلام رضي الله عنه *ſuper quem pax*: vel *Beneplacitum Dei cum eo.* quæ ſuis locis explicabo clariùs. Nunc de Argumento.

Argumentum generale, & Circulorum ratio.


QVamvis liber titulo careret, ipſe tamen aſpectus facilè proderet eſſe GENEALOGIAS. ſunt enim omnia circulorum plena, rectis lineis connexorum, & alicubi confertim poſitorum, alibi ſeparatorum longius, prout vel generandi ſeries, vel temporum ratio popoſcit. Nam video *Synchroniſmum* fuiſſe obſervatum, ut coætanei, qui ſimul vixerunt, etiam ſimul & juxta ſe ponerentur, licet à diverſiſſimis deſcenderent ſtemmatibus: id quod Annorum abſentiam, aliàs in hiſtoriâ intolerabilem, ſupplere poteſt quodammodo. Hâc de causâ fit aliquoties, ut catena ſit perplexa, & lineæ torqueantur interdum, vel omninò decuſſentur, donec in ſpacium liberius exeant, ubi paralleliſmus

ſmus ille circulorum reperiat locum. Aliquando longiſſima & ſterilis trahitur linea, non quòd nemo interea natus videri debeat, ſed quoniam illæ generationes intermediæ neſciuntur: ut inter Benjaminum & *Taluth* ſive Saulem; quòd ità eius tribum innuiſſe, forſan ſufficere putârit Author. Sic inter Perſicos Reges à Saracenis extinctos, & *Iſmaelem Abul-chaniſam* ex illorum ſeris nepotibus ortum; Doctorem in Muhammedanâ lege maximum, ad cuius ſacellum Sultanus Gelal-addolas Melich-ſchah Salgukius, celebre Gymnaſium erexit, in metropolitanâ urbe Bagdat, literarum ſtudijs quondam florentiſſimum. Contra, ubi unius parentis multi ſunt filij, ut Iacobi & Iſmaelis, item Haly, Ginkiſi, Tuly, Halachonis, &c. ibi complures lineæ arctiores, ex uno communi angulo, ſed diverſis longitudinibus egreſſæ, *Scoparum* referunt figuram, vel Ariſtarum potius in ſpicis, quas nominum circelli ambiunt ordine, ceu grana quædam: ut ferè primogenitus ſtirpi ſit proximus, cæteri longius emittantur. Excipitur Othmani progenies, ubi Bajazidis prioris filij, velut *alæ* patris, ad ambo latera diſtenduntur: poſterioris, in ſpeciem *tecti* utrinq; declivis ordinantur: Suleimani verò *lunari formâ* circumſtant patrem, quaſi ſolem, limbo etiam cæteris inſolito amictum. In antiquioribus familijs non ſemper filij, ſed aliquando *Succeſſores* in regno quicunque, etiam invaſores Tyranni, deſcendentium more cohærent; ut ibi propriè loquendo non ſit Genealogia, ſed Imperantium ſeries tantùm, nec de natalibus aliquid inde concludi poſſit: quod certis tamen indicijs deprehenditur, ut ſuis locis monebo. *Extra catenam* denique identidem aliqui locantur ſeorſim, juxta coævos, qui celebritate nominis meruerunt annotari, quamvis obſcuro genere nati eſſent. ut propè Moſen *Schaybus* Midianitarum Propheta, cuius in Alkurano fit mentio, Suretâ Hudi, quæ Arabicâ numeratione eſt unde-

cima. Sic & circa Davidem Goliathus: circa Salomonem *Lucmanus* ille ſapiens mythologus, Perſarum alter Æſopus, cuius fabulæ extant etiamnum, & à quo eiuſdem Alkurani Sureta 31. denominatur, quia ibi commendatur prolixè, quòd filium ſuum ad unius Dei cultum, & obedientiam parentibus debitam, atq; alios mores bonos, diligenter inſtituerit. Eſt tamen, nè diſſimulem, in hâc ipsâ collocatione extraordinariâ, manifeſtum *Erratum*, & imperitia Chronologiæ magna, quando v. g. iuxta Chriſtum velut coætaneos ponit Georgium, Ionam & Samſonem, quorum iſti longè priores, ille verò poſterior eſt, & fortaſsè ſolius religionis intuitu, velut magnus Eccleſiæ Doctor, Salvatori ad latus fuit appoſitus. Suſpicor etiam prædictum Lukmannum impertinenter locatum eſſe, nec tàm temporis, quàm ſapientiæ reſpectu Salomoni adiunctum, adeoq; poſt Chriſti natalem demum vixiſſe; quia in allegato Alkurani textu introducitur, quaſi filium Dei negans, niſi Muhammedes impoſtor id ipſi ſuo more, h. e. ſolitâ mentiendi libidine affinxit.

Quod *Titulum* attinet, eſt is in hanc formam conceptus:

Titulus: TARICH.



Tavvarich Beni Adam, Æláihi-Ssalam. h. e. Recenſiones filiorum Adami; ſuper quem pax. Vbi huius linguæ ſtudioſus obiter notabit Calligraphiam, quomodo in hâc ſcripturâ *Schulſchi*; h. e. concatenatâ, etiam Eliph aliàs pro inconnexili habitum, per tenuem lineolam eleganter annecti ſoleat præcedentibus, non eiuſdem tantùm, ſed & diverſæ dictionis. item quòd bina puncta interdum ſupra Iod ſuum erigantur. tùm quòd He finale propter evidentiam, formâ

minu-

minusculâ supernè: Sin verò tribus punctis cassum, infernè repetatur. & si quæ alia sunt à vulgari charactere discrepantia. Nec moveat quenquam ultimarum vocalium Apocopa. monui enim jam pridem, in hoc Arabica nostra Turcizare. Cæterùm prima vox *Tavvarich* est pluralis, à singulari تاريخ *Tarichon* quam Iudæorum Rabini, multa ex Arabismo mutuati, per suum Caph, cognati soni literam exprimunt תַּאֲרִיךְ *Taarich*, quasi ab אָרַךְ radice descenderet, & prolongationem significaret, sive prolixā deductionem; cum tamen certò sit ab Arabico ارّخ quod cum superiori puncto, literæ Nun proprio scribitur, monente Chet illud per nares & cum Rhoncho, ut dormiturientes solent, enunciandum esse quasi *Arancha*; N tamen haud sonoro, neq; clarum tinniente. id respondet hebræorum כָּפַר & significat, enumeravit, supputavit, descripsit, recensuit. ut illorum TARICH nihil aliud sit quàm horum סֵפֶר *Sepher*; unde & Chaldæus in Targum Ios. 15. 15. Iudic. 1. 12. Kiriat-Sepher, exposuit קִרְיַת אַרְכֵי urbem bibliothecarum, mathematum, vel studiorum, h. e. Academiam, scilicet Phœnicum illud vetus Gymnasium, de quo Xenoph. in æquiv. Itaq; significat variè, prout de re aliquâ usurpatur. Si de personis aut familijs, notat Genealogiam, catalogum vel stemma, ut hoc loco, imitatione phraseos Mosaicæ, Gen. 5. 1. & Apostolicæ, Matth. 1. 1. si de rebus ipsis; innuit earum seriem, computum, historiam aut poema: denique si de tempore; signat eius vel initium, ut æra & epocha chronologorum, vel progressum, id est, diarium, calendarium, annales. Altera vox *Bani* est ex وابن *ibnon* singulari, quæ ab hebræo בֵּן oritur, & filium significat, pro quo Turcæ aliàs suum *Oglan* usurpant. Quamvis autem sub hoc titulo & mentione Filiorum Adami, soli Mares comprehendi videantur, exclusis Filiabus, Fœminas tamen aliquot celebrio- *etiam Fœminas continet.*

res etiam complectitur, ut *Mariam* Salvatoris matrem κεχαριτωμένην καὶ εὐλογημένην ἐν γυναιξίν. item فاطمة *Phatimam* (q. d. ablactatam vel pinguem) impuri illius Prophetæ Muhammedis gnatam unicam, ex Aischâ Abubekri filiâ progenitam, ac famosissimo Aly, Persarum Deastro nuptam; unde genus suum ducere se iactabant *Phatimæi* Antichaliphæ quondam in Africâ, qui primùm Segelmessæ & Cairavvani sedem fixerunt, principatum inde usque ad Siculos extendentes, pòst condita urbe maximâ Cahiro in Ægyptum se transtulerunt, potestate nemini magnatum orbis inferiores: ut præter alios authores, dilucidè tradit R. Abrah. fol. 147. b. sui Iuchasin. propter cuius potentiæ successum, Saracenis cæteris formidabilem, huic eorum generi semper contradictū fuit à Caliphis Bagdadensibus, & è suggestu illis maledictum solenniter, natalibus etiam publico scripto refutatis, in quo docerentur esse בני רגי *Charigæi*, minimè verò פאטמיים *Phatimæi* de prosapiâ Muhammedis: ut idem Rab. fol. seq. refert. Sic etiam alibi, potissimùm in serie regum Persicorum, interseruntur fœminæ, nescio an historicis nostris cognitæ. v. g. inter posteriores توران دخت *Tuvvan-docht* filia Chosrois secundi, quæ post fratrem Schyroëm parricidam, eiusque filium Ardschirum, regnaverit parùm ultra unum annum: inter priores verò, sive priscos illos Persiæ monarchas, ante Christi tempora florentes, ponitur همای *Homay* vidua Bahmani *Daras-dast*, h. e. longimani, qui alio cognomine à Magis Persarum, primus اردشیر *Ard-schir*, hoc est, farina & lac fuit appellatus, unde Græci suum Ἀρταξέρξην, Hebræi verò אחשורוש *Achaschvverosch* efformârunt. fœmina hæc virilibus curis sexum suum supergressa, mille pyramides struxisse dicitur, quas deinde Alexander Macedo, gloriæ illius invidens,

dens, diruerit. A moriente marito gravida fuit relicta, & peperit posthumum داراب *Darab*, quem Græci Δαρεῖον, Hebræi דריוש *Darjávæsch* appellant, Astrologorum jussu in fluvio Gihon expositum, sed mirè servatum. de quibus aliàs. Nunc ad viros revertor, quales sunt pars maior, & numerantur universim in hâc Genealogia DCXXXV. personæ, omnes inter populos orientis celebres, plerique verò etiam Illustres, & vel summo loco nati, vel illuc evecti suâ virtute. ut si à potiori denominationem indere velimus, hoc volumen non ineptè MAGNATVM ASIÆ Catalogum possimus appellare. Præcipuus tamen scopus Authori præfixus fuisse videtur *Othmanus*, ut demonstret, eum universos qui in illis locis unquam claruerunt, sanguinis communione quodammodo attingere, si non in propinquo gradu, saltem in remotiori, aut utique in communi stirpe generis humani, Adamo vel Noah: quoniam apud Turcas alius nemo natales numerat, præter Sultanos. quorum prosapia illustris habetur sola; cæteri omnes plebeii non tantùm censentur, sed reverâ sunt, postquam oppressis nobilibus familijs, honores officiorum etiam obscurissimis contingunt, ut quilibet evnuchus vel bubulcus, modò aut consilio valeat, aut manu sit strenuus, ad supremam dignitatem Veziri vel Bassæ possit conscendere, non hæreditariam nec ad liberos, nisi cum simili virtute propagandam.

Summa personarum illustriũ 635.

QVamvis verò totum hoc volumen, multiplicibus lineis connexum, ita cohæreat, ut non ubivis, commodè dirimi possit; aut etiam pro diversâ consideratione lectoris, alias fortasse distinctiones admittat: ego tamen perspicuitatem secutus, dispertior id in septendecim familias insigniores: quarum Argumenta hoc loco breviter indicabo, donec singulas totidem libris describam prolixius. Prima

Argumentum speciale XVII familiarum.

est

1. Ante-diluviani. est *Ante-diluvianorum*, ab Adamo ad Noam usq; . congruit ea quidem in plerisq;, satis pulchrè cum relatione Mosaicâ, in sacris literis nostratibus; qui profanarum gentium consensus, Christianum quoque pectus delectare potest, & in veritate amplius confirmare: habet tamen etiam aliqua, ubi discrepat non nihil. ut quod Adamo, præter nobis cognitos, alium insuper filiũ assignat, nomine عبد الحارث *Abdol-chariths*, quem nostræ reticent scripturæ. an igitur credibile putamus, per Cabalam quandam, inter illius loci populos fuisse conservatum, & de manu quasi in manus traditum? equidem nemo negat genuisse plurimos utriusq; sexus; miramur saltem unde hoc nomen Asiaticis cognitum fiet? si non est supposititium. deinde Cainis progeniem recenset aliter quàm Moses, ubi manifestum est mendum; etiam in appellatione, quando ipsum قابيل *Kabel* nuncupat, voce quasi ad Habel, fraterni nominis formam pravè deflexâ. Tum Enochum quoque insueto nobis modo ادريس *Idris* appellat, nec alium innuere potest, quia inter Iaredum & Methusalam locat, addito *Nabi*, tanquam insignis Prophetæ cognomento. unde posthâc intelligemus, quemnam sub hac notione passim in Alkurano describat Muhammedes: qui de ipso nugatur, fuisse in quartâ Sphærâ, nempe Solis, à se repertum, cum in cœlos abriperetur (si deliras eiusmodi visiones credere fas est!) fortè quia inaudivit vivum è terrâ sublatum. unde Iudæi quoque illum transformant in Angelum, nomine מִיטַטְרוֹן *Mitatron*, quem Ionathas in Targum Gen. 5. v. 24. vocat סַפְרָא רַבָּא *Scribam magnum*, quasi cœlitum Secretarius sit vel omninò Cancellarius. Lamechi quoque nomen depravatum est, & in ملكي *Malchi* transformatum, per Methathesin; procul dubio Amanuensis errore, cui proclive fuit ل pro م arripere, ut fatebũtur facilè omnes qui Manuscri-

ptorum

ptorum talium sunt periti. Verùm, præ cæteris observatu dignum censeo, in hac primævorum hominum serie, quòd à Kainan magno rege prioris mundi (cuius sepulchrum Alexandro M. in Indiâ monstratum esse fertur. Iuchasin f. 6. b.) præter Mahalalelem aliam deducit lineam, per quendam کیومرث *Kajomaraths* usque ad Reges Persicos: *quasi ea pœnas universalis Diluvij, extra Noæ arcam effugerit*; quod nos credere pietas vetat. Colligo autem è diligentissimo scriptore huius ævi, Petro Teixerà Lusitano, unde error iste natus fuerit, nimirum ex ambiguitate nominis ADAM, quod Persæ non primo tantùm parenti generis humani tribuunt, sed & eiusdem reparatori Noæ. Hoc ergò non benè discernens, Genealogiæ nostræ Author, fecit Kajomarrathum, Cainani filium, qui potius erat Arami: ut idem Hispanus ex indigenarum traditione refert, in Relac. de los Reyes d. Pers. f. 3. *Kayumarras fue hijo de Aram, hijo de Sem, hijo de Noë, à quien los Farsios llaman* Adam-assany, *que quiere dezir, Adam segundo, por ser el que segunda vez fue padre de las gentes. Tanto que Kayumarras fue criado Rey, y metido en possession del gouierno, mando sob grave pena, que todos le llamassen Adam, y de aquy nasscio un error, entre los gentiles de Persia, que aun siguen y tienen los que lo son, de que este fuera el primiero y verdadero Adam padre de las gentes.* Græcæ quidem religionis Christiani, statuunt plures quàm nos credimus personas, intra ipsam arcam fuisse salvatas; quando Noe filias etiam & generos attribuunt. ut fecit Constant. Manass. fol. 19. edit. Meürs.

Τῷ Νῶε δὲ συνέπλεον υἱοὶ. καὶ θυγατέρες,
Γυνὴ, γυναῖκες τῶν υἱῶν, νυμφίοι θυγατέρων.
Cum Noah navigarunt filij & filiæ,
Vxor, uxores filiorum, sponsi filiarum.

nos verò simpliciter acquiescimus calculo divi Petri, 1. Epl. 3. v. 20. quòd octo tantùm animæ per aquas servatæ sint,

D neque

neque concedimus verba (τουτέστιν ὀκτὼ) in textum ab aliâ manu, velut declarationis gratia, per parenthesin esse inserta. Crassius absurdum committit Iudæorum credulitas, quod Ogus extra id navigium, evaserit aquas diluvij; quamvis non benè consentiant, in illius persona. plerique nominis homonymiâ decepti, opinantur fuisse illum Regem Basan, Mosis coætaneum; alij verò ad temporis intervallum cautiùs attendentes, aiunt illius fuisse parentem, & ipsum valdè longævum, ut Abrahamum attigerit. unde Gen. 14. 13. dicatur הַפָּלִיט *evasor*. Discrepant etiam in modo liberationis. multi credunt proceritate corporis fretum enatasse, quia fuerit è posteris הַנְּפִלִים *Nephilim*, h. e. gigantum, Gen. 6. 4. qui in Targum Ionathæ nominatim exprimuntur שַׁמְחַזַאי וְעוּזִיאֵל *Schamchatzzai & Vziel*. alij contra, quòd aquas ferventes statuant, asserunt arcæ ipsum extrinsecus inequitasse. quas lites nunc discutere nil attinet: qui vult consulat idem Targum, Genes. 14. 13. & R. Sal. ad eund. text. item R. Bechajum in Pars. Lech-lecha, & alios ibid. Etiam Nicol. Damascenus author antiquissimus, à Iosepho laudatus lib. 1. ant. cap. 3. tradit *in Armeno monte Baris, multos profugos diluvij tempore servatos, præter illum, qui arcâ vectus, in vertice montis hæserit*. Minus difficultatis habet, quòd urbes aliquæ, ultra diluvium servatæ sint, ut Solinus c 47. de *Ioppe* innuit, *orbe toto antiquissimâ, & ante inundationem conditâ*; lapides enim, quamvis disijciantur, non moriuntur tamen: & memorat etiam Berosus, multas turrium ruinas, post cataclysmum superfuisse. de quo iam satis.

2. Noæ posteritas usq; ad Mosen & Samuelem.

Altera pars generationum incipit à Noacho, qui è tantâ vetustate, inter orientis populos hodieq; nominatissimus est, ut etiamnum Arcæ reliquias, & certa quietis eius vestigia demonstrent. id quod jam olim Fl. Iosephi temporibus, ante XVI. ferè secula, pro magno antiquitatis monu-

monumento fuit habitum. lib. 1. Archæol. c. 3. ubi se multò vetustiorem Berosum citat, qui testetur aliquos inde bitumen, quasi pro Amuleto abrasisse. Heraclium sanè Imp. incessit cupido tàm celebrem locum proprijs oculis lustrãdi. proinde cum Persas in Armeniâ vicinâ prelio vicisset, digressus est inde ad oppidum ثمانين *Themanin*, quod ipse Noachus cum suis, post egressum ex arcâ, ibidem & condidisse creditur & incoluisse; atque conscenso monte altissimo, situm loci & reliquias diligenter investigavit. ut refert Elmacinus Arabs ab Erpenio nuper editus, lib. 1. circ. fin. c. 1. ubi tamen erratum est in nomine montis. neq; enim جودي *Gudi*, sed جردي *Gurdi* vel *Gordi* potius legendum censeo, quoniam utrumq; Targum, eodem ferè modo קַרְדוּ & קַרְדוֹן *Kardu* & *Kardon* exposuit, Gen. 8. 4. item Geographorum princeps Strabo, libb. 11. & 16. Gordyæos montes inter Armeniam ac Mesopotamiam agnoscit; imò etiam hodie Cordæorum ibi degentium, & latrociniis nunc infamium, in Persicis itinerarijs vulgatissima est mentio. Scilicet facillimè contingit in charactere Arabico, maximè quidem in M. S.tis, sed unde tamen excusa transumuntur, ut Vav habeatur pro Resch, vel contra. Hinc igitur etiam emendandus est consimilis locus in Geographia illius Nubiensis Anonymi authoris (libro rariori, & cuius usum ego benevolentiæ Dn. Besoldi nostri acceptum refero, viri professione quidem IC. sed possessione παντεπιστήμονος) ubi de situ montis ita scribit, fol. 234.

من الموصل الي مدينة بلد احد وعشرون ميل ان شيت في البر وان شيت في الدجلة ومن بلد الي جزيرة ابن عمر تسعة وسبعون ميل وهي متصلة بجبل يمنين وباسورين وفلسابور جميعها في الجبل الذي

منه جبل الجودي المتصل بسامه من جهة الثغر
وجبل يمنين هو الجودي الذي استقرت عليه
السفينة سفينة نوح عليه السلام *De Mozel (urbe ad ripam f. Tigris, ex oppoſito ruinarum veteris Nineve) ad civitatem Balad, ſunt 21. miliaria (ſcilicet parvula & Italicis minora, qualium tria unam* فرسخ *Pharſancha faciunt, partem vicesimā quintam gradus* quamvis Indi, ex traditione vetuſtiſſimi Doctoris ſui هرمز *Hormos, id eſt, Hermetis, gradibus ſingulis præciſè 100 tribuant, ut Author in Præfation. monet fol. 3.) ſive velis extrinſecus (itinere pedeſtri viam conficere) ſive in ipſo Digla (h. e. fluvio Tigride.) Et de Balad verſus Gezir ibn-Omar (h.e. inſulam filij Omar, in eodem flumine, loco ſuperiori ſitam) ſunt 69. mil. Ea conjungitur (ferè, niſi quòd alveus amnis intercedit) cum monte Iemanin (ſuſpicor legendum eſſe Themanin, duobus punctulis supernè locatis; ut mons adhærenti oppido ſit homonymus.) Et Maſurin atq; Kilſabur, ambæ ſunt in illo monte, de quo eſt mons Al-Godi (lege nunc Al-Gordi) qui pertingit ad Amid, (urbem eiusdem ripæ, ſatis celebrem) ex parte arcium. Iſte mons Iemanin (vel Temanin. q. d. auſtralis) eſt ipſe Godius (iterum lege Gordius) in quo requievit navigium illud, navis nempe Noachi, ſuper quem pax.* Animadverto hic etiam ipſum Haythonem (qui tamen vulgò ibi natus, & Armenus creditur, cum revera Cilix fuerit) hallucinatum eſſe, quando Arcæ reliquias adhuc dum ſuo tempore, A. C. 1300, in vertice montis fuiſſe ſpectatas, tradit, ad fin. c. 9. ſeductus nimirùm à plebis credulitate, quæ nigellum apicem inveteratæ nivis, quâ inacceſſus mons à multis ſeculis veſtitur, pro putreſcente ligno habuit. Certiora nos docet Iudæus Benjamin, peregrinator fide digniſſimus, priori plus quàm ſeculo antiquior, & quo vix alius quisquam in mediterranea loca penetravit intimius. is fol. 15.

Itinera-

Itinerarij ſui refert, eas reliquias multò ante, ab Omaro Chalifa, in prædictam Inſulam ipſi cognominem, de monte translatas fuiſſe, ac pro tabulato templi ab eo extructi adhibitas: ſive lignum illud גֹּפֶר cedrus fuerit, ut plerique credūt, ſeu cupreſſus, quod ſonus vocis arguit. verba ſunt:
משם שני ימים לגזיר בן עמר והיא בתוך נהר חדקל
לרגלי הרי אררט מהלך ד' מילין למקום שנחה שם תבת
נח אבל עמר בן אל כטאב לקח את התיבה מעל ראש
שני ההרים ועשה אותה כנסת לישמעאלים ובקרוב
התיבה כנסת עזרא הסופר עד היום הזה וביום ט'
באים יהודים להתפלל שם והם בגזירה כמו ד' אלפים:
inde (ſcilicet ab urbe Nezibin) duo ſunt dies (iter bidui) ad Gezir-ben-Omar, quæ ſita eſt in medio flumine Chiddékel (h. e. Tigride, ſic à celeritate fluxus nominato, quòd unâ die ſeptidui ſpacium percurrat) juxta pedes montium Ararat, itinere 4. miliarium (diſtans) à loco ubi requieverat arca Noe. veruntamen Omar filius Al-Chitabi (circiter annum Chr. 640.) tulit eam de vertice montis duplicis, (adhæret enim altiori monti alius minor, cui tamen etiam æſtate totâ nives incumbunt; teſte Ioſepho Barb. in itin. Perſ.) atq; ſtruxit inde fanum (vel Mesgidam) pro Iſmaelitis (in uſum religionis illorum) prope quam Synagoga Esdræ ſcribæ, adhuc extat hodie (circ. A. 1170.) ubi diebus feſtivis orandi gratiâ congregantur Iudæi, quorum in ſola inſulâ ſunt ferè quater milleni. Hæc cum ita ſe habeant ratione ſitus, ut ex idoneis authoribus probavi hactenus, non eſt cur ſe tantopere torqueat Nic. Fullerus, l. 1. miſcel. c. 4. quomodo inde in terram Sinear, מִקֶּדֶם *ab ortu* potius, quàm à ſeptentrione, profecti eſſe dicantur Gen. 11. 2. ſimulque ruit totum illud, quod de monte Loubar, vel Doubar, vel Imbar, vel Nibar, vel Bar ſimpliciter, magis operosâ quàm felici conjecturâ propoſuit ibid. & l. 2. c. 1. iterum repetijt. Iſta Geographi examinent accuratius: Chronologi verò illud; quòd in magnâ coniunctione ſigni aquei ♓ contigiſſe dicitur

 tur

tur, ab astrologis Arabibus. Iuchasin fol. 148. b. בימיו
אמרו התוכנים שבא תי הזמן יבא מבול אבל לא
כמבול נח וקרא הכליפה לתוכן אחד ואמר לו שבזמן
נח היו כל השבעה כוכבים במזל דגים וכעת היו
הששה לבד משבתאי ופחדו על בגדאד שהיא עמוקה
וסגרו כל מעברות המים וכן היה שאותה השנה
כל הישמעאלים ההולכים לחג במקום הקדוש שלהם
נטבעו בזרם מים זולת אשר נצולו על ההרים הרמים
הכליפה הלביש את התוכן בגדי מלכות: *illius (nempe Mustalis Aegyptij Chaliphæ) diebus (post annum Hegiræ 487. h.e. circ. nostr. 1100.) prædixerunt Genethliaci Diluvium, non tamen quale illud Noachi. vocatus enim aliquis eorum à Chaliphâ, respondit Noæ temporibus omnes septem planetas versatos esse in piscibus, præsenti verò ætate solos sex, excepto Saturno. Itaq; solliciti fuerunt de urbe Bagdad (metropoli Babyloniæ, Musulmannici Pontificatus sede) quòd humilis esset (situ) atq; obthurarunt omnes transitus aquarum (tàm vada quæ naturalis exundatio f. Tigridis faciebat, quàm incilia, quibus flumen arte derivabatur multipliciter, objectis utrinque aggeribus.) Et ita contigit (eventus prognostico respondit) ut illo anno Ismaelitæ omnes, quotquot (solenni & anniversariâ peregrinatione magnis agminibus) profecti erant ad festivitatem (paschalis mensis Ramadhan) in locum sanctuarij sui, (scilicet Meccam, prope maris rubri sinum, sub tropico cancri) submersi fuerint inundatione (quod omninò admirandum est in Arabiâ siccissimâ, ubi sæpè aliquot dierum itinere, vix haustum aquæ reperiunt, quo linguas irrigent arescentes) exceptis tantùm illis, qui in altos montes evaserunt. Itaque Chalipha induit Astrologum (honoris & præmij causa,) vestibus regijs.* Inde computa, Cl. Dn. Keplere! diluvij momentum, si placet, ac ope calculi tui Rudolphini, emenda nobis veteres fastos. Ego ad Noam revertor. Is habet in genealogiâ præsente, præter notos 3. filios, Iaphet, Sem, Cham, etiam quartum كَنْعَان *Kenuan* sive Canaan; unde apparet orien-

orientales verba Gen. 9. v. 24. 25. aliter accipere ac nos. Id verò minus etiam concoquere possum, quod Aben-Ezra, celebris alioquin Rabinus, & mihimet magni habitus, nos Germanos ab hoc Canaano deducere conatur, velut fugitivos, utique non ferendâ nostræ gentis iniuriâ; in suis Comm. ad penult. vers. Obad. שמענו מפי גדולים כי ארץ אלמנייא הם הכנעניים שברחו מפני בני ישראל בבואם לארץ גם ככה צרפת היא פרנסיה ותרגם יונתן בן עוזיאל ספרד אספמיא; *audivimus ex ore magnatum, quòd (veteres) Alemanni sint Chananæi, qui fugerunt à facie filiorum Israel, eas terras occupantium. sic etiam Zarpath in hoc textu est Francia (occidentalem intelligit, sive Galliam) & Ionathas Vzielides interpretatur Sepharad Hispaniam.* A Iapetho per filiũ بولكاش *Bul-Chasch* & nepotẽ مازغين *Mazghin*, propagat author noster Turcas, ut infra, perspicuitatis causa seorsim dicetur: à Semo autem derivat Patriarchas. & inter hos tertio statim loco ponit هود نبي *Hud Prophetam.* quis verò sub hoc nomine intelligatur, obscurum est: nam & hìc Turcis inter Arphaxad atque Peleg, una persona redundat, ut nobis in græco textu novi Testamenti, Luc. 3. v. 36. unde quis eum pro Evangelistæ nostri Καϊνὰν habere possit: presertim quia عامر demum sequitur, quem omninò ex عابر *Eber* depravatum esse censeo, quoniam & pater Pelegi statuitur, & literæ tàm parùm abludunt. Hermannus quidem Dalmata, Scholasticus olim Legionensis in Hispaniâ, non linguæ tantùm, sed & dogmatum Arabicorum suâ ætate peritissimus, in libello de Nutriturâ (h. e. educatione) Muhammedis, expresè scribit, Hud esse ipsum Heber: ego tamen assensum suspendo etiamnum, donec alter nodus mihi solvatur, quem Alkuranus nexuit, Sur. XI. ubi hunc Hudum, عاد *Aadi* fratrem facit, qui nostro volu-

mini

mini eſt, vel pater, vel filius Amalek; nam utrobiq; ponitur, non ſine magni erroris ſuſpicione. Poſtea in ſerie Patriarcharum ſatis benè pergit, uſque ad Abrahamum, niſi quòd lineare vinculum ab ipſo ad patrem Tarach eſt omiſſum, & ad fratrem (etiam pravè ſcriptum) perperam translatum. Illum Arabico more vocat (ابرهيم) *Ibrahim*, aſſignans ei filios octo, ſine matrum diſcrimine, 6. nimirum quos è Keturâ genuit, reliquos ex Hagar ancillâ & coniuge Sarâ. De hoc Patriarchá narrationes habent plurimas paſſim in Alkurano, Iudaicarum perſimiles; quomodo primùm fuerit Idolorum cultor, deinde iam quadragenarius, agnito ex aſtris creatore, ſculptiles illos Deaſtros diffregerit, eaque de cauſa patrem ſuum, profeſſione Statuarium, graviter offenderit: item à Chaldæis in ignem ſit coniectus, liberatus autem à Deo mirabiliter. tùm, quod ædem ſacram orandi cauſa fundârit, ipſo loco ubi poſtea templum Mecchenſe conditum eſt; & filium Iſaac in vicino monte Arafet immolare decreverit. ac alia, quæ nunc amplius explicare, locus non patitur. Id ſolum inſuper attingo, quòd huic Patriarchæ, quâ faciem, ſimillimus videri voluerit impoſtor Muhammedes; nempè gravis aſpectu, colore vividus, capite grandiori, quod promiſſior barba decoraret, nondum plenè cana; tùm oculis alacribus, facie ſubfuſcâ, toto denique vultu, ad maieſtatem ſimul & humanitatem, amicabili temperie compoſito, adeoq; qualem in ἐκστάσει ſuá viderit Abrahamum, inter cœlites loco ſupremo, in ſphærâ ♄ magnificè reſidentem. Ab eius filio Iſmaele, huius Pſeudoprophetæ genus deducitur, ut infra dicam. Ab Iſaaco autem Iacobus & Eſau: atq; ab hoc, primogenito quidem, ſed per ſui juris venditionem poſteriore, Iobus; quod facit pro Aben-Ezra, quando in præf. ſui com. ſ. h. l. eos reijcit, qui à Nahor derivant. unde porrò etiam oriundus eſt יוסף צלאח א— דין בן נגם אל דין

Iuſuph

Iusuph Zalach-addin, filius *Negam-addin*, vulgò Saladin vocatus, celebris ille Sultanus Ægypti, qui Mamlukorum Collegia primus instituit. Iuchas. f. 149. b. A priore verò, scilicet Iacobo, undecim tantùm filii propagantur, totidem tribuum Antesignani, omisso Gado, & cæterorum quoque nominibus alicubi depravatis. Inde porrò à tribu Iudæ deducit sacros Reges, omniumque Opt. max. Christum, ut suo loco dicam. A tribu Iosephi, Iosuam: quem annales veterum Cuthæorum faciunt gigantem 5. ulnas altum, ut annotavit R. Sam. Schüllam, in append. Iuchas. fol. 154. ubi etiam inseritur exemplar Epistolæ priscorum regum Assyriæ & confœderatorum, quâ Iosuæ bellum denunciârint. in cuius titulo, per contumeliam ab ipsis appellatur זאב ערבות *lupus vesperarum*, h. e. prædator sive latro, phrasi biblicâ Ier. 5. 6. Hab. 1. 7. Zeph. 3. 3. Denique à tribu Levi trahit Mosen, Aaronem & Prophetas aliquot usque ad Samuelem, quem ineptè facit cuiusdam Vzairi, etiam Prophetæ filium. Mosen genealogia nostra, voce leviter deflexâ vocat مُوسَى *Musai*, sicut & passim ipse Alkuranus: in quo libro, nugarum alioquin feracissimo, nesciuntur eius cornua. & Iudæi quoque nos rident, quando Mosen cornutum pingimus. Error ex unius voculæ קרן Exod. 34. 30. ambiguitate ortus est, quæ & *cornu* significat, & splendorem vel *radios*, cornuum instar emissos; ut etiam latini suum Iubar, à similitudine iubarum deducunt. Crine quidem rufum credunt Musulmanni, & Crispum, quòd in cœlesti visione talis apparuerit Muhammedi eorum: ut refert Rodericus Ximenez Archiepiscopus Tolet. cap. 5. hist. Arab. qualis etiam effictus est in nummo, quem asservat noster Th. Lansius, rarâ eiusmodi supellectilis copiâ non minus felix, quàm est beatus penitiori talium, ut & omnis eruditæ antiquitatis cognitione: unde bonâ pace Dn. Possessoris ego schema







præsens trammum, & rudi quidem manu, seu qua potui fide (pro spectatore curioso) expressi; ut neq; literarum figuras, ubi vetustate vitium fecêre, quicquam immutaverim, quas tamen è textu Exod. 20. v. 3. restituere fuisset facillimum. Æneus est, huius præcisè quantitatis, quam assignavi, pendetque unciam cum sextante, aut paulo plus. Quamvis autem non adeò sim absurdus, ut credam ab ipso Mose, vel eius iussu à Bezaleele, cusum; nil tamen dubito, quin sit antiquissimus, & ab illius gentis artifice quodam formatus, cui per Cabalam plus de Mosis personâ constare potuit, quàm nobis, tempore multò posterioribus. quemadmodum etiam inter Romana numismata reperiuntur hodie, quæ privata tantùm & Honoraria fuerunt, nec unquam usualis monetæ vices publicè perfuncta. Non verò me fugit quid obijci soleat vulgò, eiusmodi nummis hebræorum: non licuisse ullum sculptile aut imaginem fabricari, Exod. 20. v. 4. unde religiosiores Iudæi, ne characteres quidem ☉ ☾ ✱ aut ♈ ♉ ♄ ♃ tolerant, etiam in suis *Luchot*, h. e. Calendarijs, aut Astronomorum libris; neque ceras quovis annulo signant. & ipse Maymonides anxiè distinguit, ratione formæ, materiæ, obiecti vel finis, inter צלם ורקמה *statuam & acupictum*: בולטת ומשוקעת *prominens & incisum* צורת אדם ובהמה *figuram hominis aut animalis* לעז או לנוי *id quod ad latriam vel ornatum sit*, lib. Madd. tract. 4. cap. 3. quorum illa prohibeantur, hæc concessa:

concessa sint: Elido tamen has eorum subtilitates universas, unicâ praxi veteris Reip. quando Siclis ex unâ parte מקלו של אהרון עם שקדיה ופרחיה *baculum Aaronis cum amygdalis & fructibus suis*, ex alterâ צנצנת המן *scutellam mannæ* imprimebant, ut ipse R. Mose bar Nachman, experientiâ doctus confitetur, in append. Perus. harthor. nè quid de Abrahami זקן וזקנה *sene ac vetulâ*, de Iosuæ שור וראם *tauro & monocerote*, Davidis תרמיל ומגדל *perâ & turri*, Mordechai שק ועטרה *sacco & coronâ*, repetam, è veteri traditione R. Chelb. Beres. Rab. pars. 38. & facit pro me contra recentium Iudæorum superstitiones R. Mose Mikozi, qui in suo Semag, præc. neg. 22. mutilas imagines, quantumvis humanæ sint, excipit disertè: עם לחשר באנדרטי לפי שהוא צלם גמור ויש בו כל הגוף אבל פרצוף אדם לבד לא מצינו שיהא אסור ואני שאין להקל בזה: וכו׳ *culpat iconas virorum ubi statua est integra & corpus totum; at faciem hominis solam seorsim, non invenimus prohibitam esse. ego tamen ajo, nil hîc temerè admittendum.* Qui plura scire volet, conferat ipsum Talmud, Mass. Afod. Zar. cap. 3. fol. 40. & seq. ubi huius materiæ propria sedes est: & inter cætera Raban Gamliel à Proclo, philosopho an hæretico? reprehensus esse legitur, cum balneum Ptolemaidis intraret, in quo Ἀφροδίτης statua erat locata. Sed hæc Iudaica me parùm feriunt: fortius urgerer dicto Pauli 2. Cor. 3. 7. quòd nemo potuerit ἀτενίσαι εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως, διὰ τὴν δόξαν αὐτοῦ, itaque nec Apelles huius faciei maiestatem depingere. Iudicium esto Lectoris: ego vel tandem ad cætera pergo

Nempe ad Reges priscos, quorum genus à *Kajomarratho* propagari, supra indicavi. Fuit is de sententiâ Persarum, non multò post Noë tempora, primus Rex Adsarbigan, h. e. provinciæ circa Tabriz, & extendit inde suum imperium longissimè in orientem, usque ad urbem Balk, 3. *Reges Adsarbigan* اذربيجان

Vzbekiæ metropolin, quam idem condidisse fertur ministerio servorum jure belli captorum; & in memoriam fraterni Amplexus ita nominasse: ut P. Teixera prodidit, illorum locorum hodie, si quis alius, ab experientiâ scientissimus. lib. 1. c. 2. ad fin. *Tenia Kayumarràs un hermano en tierras de Mogareb (que quiere dezir, azia el Poniente) el qual de la parte donde rezidia havia venido abuscalle hasta Damaoand, y nole hallando, passó hasta adonde supo que estava; Violò y conoçiolo Kayumarràs y abrassandolo estrechamente, por mostrarle el contento que recebiá con su vista, llamò à là Ciudad que fraguava,* Balk, *que quiere desir* Abrasso, *como aun oy se dize, y es delas mas famosas que hay en la provincia de Vzbek, populoza, rica & belicoza, como son las de mas delas de aquellas partes.* Sed in hoc non convenit nostro volumini, cum Teixeræ relationibus, quòd eæ Kajomaratho filium *Naçek* ascribunt, quem præsens Genealogia nescit. fortassis ideò nobis omissus est, quia politicarum curarum vacuus, totum se dedidit philosophiæ studio, quâ etiam de causa, procul ab aulæ strepitu, seorsim vixisse memoratur, in monte quodam, ut speculationibus rerum physicarum, sine obstaculo indulgeret attentius. quod ipsi tamen malè cessit, quando latrones quidam opibus insidiati, eum oppresserunt vitæ suæ nimis securum nec opinantem, atque vulneribus aliquot inflictis occiderunt: ut idem tradit, init. cap. eiusd. *era Kayumarràs casado y tenia hijos, de los quales el mayor por nombre Nacek, por ser afficionado à la vida solitaria, y contemplacion de las cosas naturales: vivia con su muger, recogido en una sierra de las de Damaoand, ciudad entonces puesta, en la provincia de Aderbaion, de donde la sierra tomaua el nombre: y aora en la Hyerak. y como era hombre sincero y de buen entendimiento, algunas vezes, por recrearse, iua su padre à estar con el, el tiempo que de las occupaciones le sobrava, a aesciò que yendo un dia à ville, entrando por su pobre casa, lo fue hallar, en lo mas escondido della, muerto de muchas y crue-*

crueles heridas. Et aliquibus (de ritu cremandi cadavera) interiectis: *El qual celebrado el entierro de Naçek, se recogiò triste dezcoso de saber quien huuisse sido el agressor de aquella maldad, como despues supo, que hauian sido Salteadores de tierras vezinas, que discurriendo por las suyas, hallaron ally su hijo, y lo mataron.* Itaque successio regnorum ad eius posthumum, Kaiomarrati nepotem devoluta est, quem nostrum exemplar avo immediatè subiungit, quasi filius fuisset; rectè tamen سیامک *Syamek* appellat. Sed nec iste diuturnus erat. cum enim avus ætatis & gloriæ satur, imperio se abdicasset, idq; huic Syameko tradidisset consensu procerum, volebat musteus ille juvenis, cuius calidum pectus, prudentiæ tepor nondum temperaverat, mox in administrationis vestibulo, virtutis suæ specimen edere, unde subditi etiam de futuro benè augurarentur. Verùm temeritatis pœnam sine morâ luit, accepto ab hostibus lethali vulnere: quo factum est, ut grandævus ille Kajomarraths, denuò ad Reip. curas animum alligare coactus fuerit, nî regnum industria suâ partum, turpiter dissipari permittere vellet. hic patheticè depingit nobis Teixera morientis gestum & ultima suspiria, quomodo jam saucius, ad uxoris tentorium deportari voluerit, & cædis suæ ultorem, ex alvo maternâ evocârit. cap 3. *Huuo cara la vittoria, porque recibiò una herida mortal, hizosse llevar con presteza à su tienda, adonde estaua su muger prennada, y hablando con la criatura que aun estaua en el vientre, le pidiò, que nasciendo hombre tuuiesse cuidado de vengarlo, y quasy con estas palabras en la boca espirò dexando el Reyno con harto pezar.* Is fuit هوشنگ *Huschank*, qui cum regno diu præfuisset, ictu tandem lapidis, capite in prelio excepti, periit; relicto successore طهمورث دیوبند *Tahmuraths*, qui à victorijs & strenuitate suâ *Diuband*, h. e. Dæmonis lictor, cognominatus fuit. Celebratur tamen eius clementia, quod populis bello

attenuatis, tributum in aliquot annos remiserit. Ab hoc descendit nobis جمشيد *Gamschid*, qui Persis creditur esse prioris frater potius vel consobrinus. iste pacis artibus celebrior habetur quàm belli, quòd nempe plebem in tribus distinxerit (ut Romulus Quirites) & instituerit opificum collegia, legibus præscriptis; item Granaria passim condiderit, unde pauperes olim famis tempore juvaret: vini denique usum publicarit, postquam eius virtute, puellam in suo gynecæo convaluisse sensisset, cum antea in apothecis tantùm & pro medicamento asservaretur, exiguâ quantitate. Huic etiam regi primordia sua debet شيراز *Schiraz*, inter Persiæ urbes nunc facilè princeps, in regni meditullio sita, duodecim Pharsanchas; h. e. 36. Mil. Pass. in ambitu complexa, temperati aeris nec ita ferventis ut ad australem oram; unde rosetis abundat & rex iste florum ibi tàm numerosè habitat, ut aquis inde maximâ copiâ destillari solitis, vel navis vehi possit. itaq; nec mirum est, eorum idioma cæteris Persiæ dialectis præferri, quorum ager tàm suavem spirat odorem, cerebri quamvis enecti vivificatorem potentissimum. Vitio tamen datur huic regi, quòd eâ prosperitate tandem elatus, affectârit honores divinos, & statuas nomini suo consecratas, coli voluerit; quo fastu, in ipsis quoque magnatibus exoso, procerum animi sint abalienati, ut inde agnatus quidam ضحاك علواني *Docchak-Alvvanaus* occasionem arripuerit, invadendi regnum. Is mihi extra successionis catenam notatur, quamvis etiam de regio sanguine descenderit: homo trucis aspectus, & qui solo vultu terrere potuit; nec factis mitior, quòd è crudeli eius medicinâ satis apparet. cum enim lumbricorum intestino morsu, graviter vexatus decumberet, non nisi humani adipis inunctione curari voluit, è fortissimi cuiusq; corpore parati; sive seriò id sibi profuturum imaginatus fuerit, seu prætexuerit

erit tantùm, quod credibilius est, ut hoc titulo paulatim optimates tolleret, quorum iusta in se odia concitasset. Atque per somnum de infortunio suo præmonitus, quæsivit quidem apertè Antecessoris filium, cumque non invenisset, sustulit pro eo repertum Aspeon, è matre avum; sed mox ipsemet sublatus est à quodam nobili Capitaneo كاو اصفهاني *Cao Izphahanense*, & cæteris Tyranni huius coniuratis vindicibus. Ita regnũ legitimo hæredi, scilicet Gamschidis filio, restitutum fuit, qui clanculum interea delituerat: Regi bono, & per ætatẽ caliganti tandem. Is mihi vocatur فريدون *Phiridun*, & in hâc Genealogiâ locatur ante Abrahamum, cui tamen ad latus poni debuisset, iuxta ratiocinationem Teixeræ. cap. 8. fin. nisi eo ipso etiam posterior fuit. Ab hoc Phiridune, generationis linea divaricat in tres ramos, non pro nativitatis ordine, sed iuxta terrarum situs, dispositos; quibus totidem eius filij, ut gubernatores præficiebantur. Medius enim nomine ايرج *Irag*, à patre habuit medias regiones, nempe ipsã Persiam, cum adhærentibus Assyriâ & Mesopotamiâ, item satrapias infra mare Caspiũ, quibus inde nomen Hircaniæ, antiquitus videtur inditum fuisse; quamvis hodie paulò aliter, literis tamen æquivalentibus عراق *Hirak* scribatur, & situ non nihil mutato, propius ad Tigridem accedat; ut apparet è Nub. Geogr. Clim. 4. sect. 6. Ab hoc ad occasum locatur سلم *Salm*, ad ortũ verò تور *Tur*, è superioris Dhocchaki filiâ natus uterq; avi pessimi nepotes nihilo meliores qui primùm vivo patri, deinceps etiam Irago fratri, & maiori natu & nobiliori quâ matrem, rebellare nil dubitarunt. Hîc verò minimè assentiri possum Teixeræ, quando Turcas ab hoc Turo propagare nititur, cap. 8. hisce verbis: *Este Tur llegado que fue à la tierra que su padre le auia dado, en el lugar que juzgò por mas dispuesto y acomodado, fundò una ciudad*

à que

à que de su nombre llamò Turon, *y lo mismo tuuo aquel Reyno y la region toda,* Turquestam *como aun oy se llama. Està cituada junto al már Caspio por enscima del, hazia oriente, en las tierras, que dizen de* Maurenahar. *Este fue el principio origen, y nascimiento de los* Turcos, *de aqui salieron, y de aqui occuparon lo que oy posseen. De suerte que no di Teucros ny de Tracios mas de Tur, hijo de Frahydun tomò el nombre la ciudad y Reyno Turon, y Turquestam; que quiere dezir Provincia ò Region de Tur, y en el mismo sentido dizen: Industam tierras o Region de la India: Arabistam tierras ô Region de Arabia. &c.* quamvis enim eos à Teucris vel Thracibus oriri rectè neget, ac vera sint etiam, quæ de situ & nomine regionis Turkestan refert (nisi quòd provinciarum terminatio STAN ستان Arabicè per N scribi debet) imò & hoc verissimum, quòd illa Turkestania, post mare Caspium sita, vetus eorum patria fuerit, undè primùm ad Euphratem & occidentaliora loca emigrârunt, cum à Tataris pellebantur, ut Iuchasin docet, fol. 152. & infra clarius cognoscemus: nostra tamen Genealogia, ex istius gentis archivo deprompta, disertè negat ab hoc Turo descendere. imò nè à ترك *Turako* quidem, altero Gamschidis filio, ad quem tamen etymi sonus accedit proximè: sed à supra nominato Bul-chasch Iapheti filio, qui etiam cum Levvenclavvi Musulm. Histor. congruit melius, f. 90. Quamvis ipse mirer (nè celem quomodo tàm consona vox, extra seriem cadere potuerit! Nec scio quid in hoc sententiarum divortio suspicari debeam, aut ad conciliandum afferre aliud, quàm ut statuatur quidem ille Turak, gentis Turcarum conditor; sed cuius stirpi, mox in 8. generatione, apud فرمروز *Phramarutzum* deficienti, successerit in regno posteritas Bul-chasi à quo suum genus omninò, nec ab alio, deducunt Imperatores Othomanidæ hodierni: quos respectu temporis, ad ultimam distributionis meæ partem, reservo. Cæterùm,

Irago

Irago successit كوشنك *Kuschang*, quem Teixera non habet: & huic demum منوجهر *Manughir*, longævus ille, qui cùm priorib. ann. 50. in pace continuâ regnasset prudenter, consiliario usus quodã *Samo fil. Narimon* (nobis ibi ad latus posito) tandem bello petitus fuit ab افراسياب *Iphrasiabo* Rege Turkestan, agnato suo (qui etiam iuxta locatur) sed victor evasit, & tranquillitatis causâ deinceps inter Persiam atq; Turcas, fluvius Gichon pro termino constitutus est. Non tamen hæc transactio duravit ultra Manughiris vitam; proinde cum fato functus esset, instauravit Iphrasiabus bellum, contra filium نوذر *Nodhar*, eumque captum decollavit, occupatâ possessione regni; à quâ tamen pòst iterum deiectus fuit, virtute زال *Zali* nobilis Persæ, qui cum prolixo capillitio virilitatis omine, in hunc mundum editus esse memoratur. Itaq; pulso tyranno, rediit imperium ad legitimos Dominos, traditũq; fuit زاب *Zabo* Nodhari ex fratre طهماسب *Tahmasb* nepoti, qui propter ingravescentem senectam, in administrationis consortium assumpsit كرشاب *Karuschab* fratris ابناسب *Ibnasbi* filium; quem Teixera l. 1. cap. 12. vocat *Garxaçef*, & illum priorem, cum prosthesi, *Bazab*; consobrinos, regnique socios: quorum iste, quantumvis vetulus, fuerit *muy gloton, y amigo de comer y bever, y inventor de muchos Guizados y varios Potages*, h. e. gulosus, comessator, heluationi deditus, author singularium cupediarum & poculentorum. Hæc epitheta si considero diligentius, in mentem venit esse fortassis ipsum Sardanapalum; præsertim cum alia quædam congruere videam: scilicet. 1. Antecessorum aliquot nomina, 2. ipsius viri mores. 3. denique successorum defectus & lineæ terminum. Annon enim noster

F *Phiri-*

Phiridun Metasthenis Pyrithido? noster *Iphrasiab* illius Ofracco? *Karuschab* Ascrazapi, belle consonant? quid verò de morum conformitate dicam? loquatur pro me Iustinus, lib. 1. *postremus apud eos regnavit Sardanapalus, vir muliere corruptior. Ad hunc videndum (quod nemini antea permissum fuerat) præfectus ipsius, Medis præpositus, nomine Arbactus (alijs Arbaces) cum admitti magna ambitione ægrè obtinuisset, invenit eum inter scortorum greges, purpuram colo nentem, & muliebri habitu, cum mollitiâ corporis & oculorum lasciviâ omnes fœminas anteiret, pensa inter virgines partientem. Quibus visis, indignatus tali fœminæ tantum virorum subjectum, tractantiq; lanam, ferrum & arma portantes parere, progressus ad socios suos, quid viderit refert. Negat se ei parere posse, qui se fœminam malit esse quàm virum. Fit igitur conjuratio, bellum Sardanapalo infertur: quo ille audito, non ut vir regnum defensurus, sed ut metu mortis mulieres solent, primò latebras circumspicit, mox deinde cum paucis & incompositis in bellum progreditur. victus, in regiam se recipit, & extructâ pyrâ, se & divitias in incendium mittit, hoc solo imitatus virum.* item Diodor. Sicul. lib. 2. *Sardanapalus, trigesimus à Nino, & postremus Assyriorum rex, omnes suos majores luxuriâ & ignaviâ supergressus est. &c. nec tantùm cibo & potu ad voluptates titillandas dum viveret jugiter abusus, &c. sed & sepulchro suo post mortem, Epitaphium tale inscribi voluit, quod de moribus apud posteros testaretur. Id ex Assyriaco idiomate, Græci hoc modo expresserunt:*

Ταῦτ' ἔχω ὅσσ' ἔφαγον, καὶ ἐφ' ὕβρισα, καὶ μετ' ἔρωτος
Τέρπν' ἔπαθον, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια κεῖνα λέλειπται.

Quod Cicero ad fin. ult. libri Quæst. Tusc. ita expos. latinè.

Hæc habui, quæ Edi, quæq; exaturata libido
Hausit; at illa manent multa & præclara relicta.

Strabo autem lib. 14. refert, in Anchiala urbe minoris Asiæ ab illo conditâ, repertum fuisse, cum titulo; EDE, BIBE, LVDE: & his quoque versibus, ante priores:

Εὖ εἰδὼς

Εὖ εἰδὼς ὅτι θνητὸς ἔφυς, τὸν θυμὸν ἄεξε
Τερπόμενος θαλίῃσι, θανόντι τοι οὔτις ὄνησις.

Hoc est: *Cùm te mortalem noris, præsentibus exple*
Delicijs animum; post mortem nulla voluptas. &c.

Nunquid hæc ipsa Zabo nostro quadrant examussim? sir-
mior tamen est ratio, quæ magis etiam persuadet, quia po-
stremus fuit, illius lineæ successorem habens neminem.
Nec quicquam obstat nominum ista diversitas, à Græca
tantùm loquacitate orta, quæ Σαρδανάπαλον vocat, quem
Metasthenes ex annalibus Persarum, in Susianâ bibliotheca
publicè tunc extantibus, longè alio etiam cognomine,
Tonosconcoleron appellavit. l. d. Iud. temp.

Transeo ad Persas, quos nostro more sic distinguo. *4. Reges Persi-*
nam Arabibus omnes cohærent & in hâc etiam Genealo- *ci priores.*
giâ natales repetunt à regibus Manughir & Nodharo, suprà
commemoratis. Non autem est in historiâ veteri quic-
quam perplexius, aut ubi longius dissentiant Authores,
quàm in serie regum Persicorum: maximè verò Chrono-
logos ea lis exercet, ut concilient sacra scripta cum pro-
fanis. Itaque nemo miretur, si etiam Turcæ nobis iam di-
versum quid attulerint. Nec ea differentia recens est, heri
modò nata, sed antiquissima: Metasthenes enim origine
Persa, numerat aliter quàm Herodotus, & iste licet histo-
riarum pater habitus, redarguitur tamen à coævo Ctesiâ,
qui scire vult melius, quòd medicus fuerit Artaxerxis co-
gnomento Mnemonis. aliter quoq; Xenophon qui regis
pædiam scripsit, & cæteri Hellines, quibus occasione bel-
lorum innotuerunt Persæ. rursus aliter Philo & Iosephus,
atque à Græcis maximè recedunt Iudæi, quorum tamen
patres sub istis regibus servierunt. Talmudici, secundum
capitula sui Eliezeris, quatuor solos agnoscunt, in S. Scri-
pturâ memoratos; quos verò rectè castigat & ex semetipsis
redarguit R. David. in Zæm. part. 2. fol. 11. b. quoniam iux-

ta Don Isaac Abarbinel אמרו בלבד אותם שקבלו ישראל מהם ט״ב אי רע *illos tantùm recensuerunt, à quibus Israelitæ passi sunt bona vel mala (cæteris neglectis, non abnegatis.)* Nemo tamen omnium, ad præsentem Genealogiam accedit propius, quàm sæpè laudatus Teixera, suam relationem totam habens à recentibus Persis, quibus præsens adfuit; quamvis & ipse à nostro volumine discrepet aliquoties, ut suis locis fideliter indicabo. Primus ergò qui hanc mihi familiam ducit, & evidentiæ causâ in exemplari nostro, rubricâ notatur, est كيقباد *Kaikobad.* is Teixeræ lib. 1. cap. 13. dicitur nepos fuisse Nodharis, mihi verò est eiusdem trinepos, in generatione sextâ, intertextis nimirum ماسوي برکان دان ماشور کي‌کامه *Masivvay, Barkan, Dan, Maschur & Cai-cama*, quos longa insuper & sterilis linea sequitur, ac si plures etiam deessent: ut credibile non sit (quamvis hi soli intercederent) bella cum Iphrasiabo Nodhari coætaneo gessisse, ut idem tradit: nisi fortè alius fuerit homonymus, aut illud cognomen pluribus Turkestaniæ regibus commune sit; absque quâ excusatione, per temporum rationem, id aliâs impossibile foret. Habet iste Caikobad in hâc Genealogiâ quinque filios, omnes eodem prænomine CAI pariter insignitos, videlic. کي‌ترك کي‌ارش کي‌افتد کيکاوس کي‌نشين *Cai-thiruk, Cai-aresch* (quasi כורש hebræorum) *Cai-aphted; Caikaus, & Cai-naschin,* quorum tres priores, velut ex aliâ matre geniti, ponuntur seorsim & absque liberis: è posterioribus verò genus propagatur. De Caikauso refert Teixera, cap. 14. successisse patri Caikobad in imperio, & primùm rebelles Mazandarinos, Caspij maris accolas, cohercuisse, illorum urbe astu magis quàm per vim receptâ: copijs deinde in Arabiam traductis, regem Zaul-zogarum subegisse; cuius tamen postea filiam,

filiam,in quodam castello custoditam, nomine Saudabam, duxerit, raræ pulchritudinis virginem,pro initæ pacis confirmatione. Sed fuit hæc Arabissa turbarum author in aulâ Isphahaniensi. cum enim Cai-causus antea filium suscepisset è legitimâ cõjuge qui nobis hîc سیاوش *Sijavvosch* nominatur, cumque in spem regni à capitaneo رستم *Rustam*, supra memorati Zal pilosi filio, bellicâ laude clarissimo, educari curasset, invidit ei hanc fortunam noverca, suç fortassis proli successionem destinans, atque ut patri exosum redderet, finxit se à privigno inceste amari, néve calumniatrici fides desuat, evulsis capillis accurrit illacrumans,quasi per vim petita: sed inquisitione habitâ, mox astus muliebris deprehensus est, & severo exemplo puniri decretus, nisi deprecationes intervenissent. innocens verò Sijavvosch bona cum gratiâ in militiam dimissus. ubi postquam cum hoste pacem rogante fecisset inducias,iterum patri delatus fuit quasi perfidus: ab eo igitur exauthoratus, præ desperatione dedidit se fidei eius, quo cum nuper conflixerat, & securitatis firmandæ gratiâ,duxit Frangissam illius filiam. Regni verò proceres hanc affinitatem novi ex hoste hospitis, periculo non carere veriti, sustulerùnt è medio miserum exulem; cuius viduaprægnans relicta, peperit filiolum, quem nostrum quidem exemplar æquè ac Teixera,nominat کیخسرو *Cai-chosravv*,sed vix poterit alius esse quàm ipse *Cyrus* prior, sive magnus, quia dicitur metu similis exitij, clam in campo educatus, maternum avum postquam adolevisset, bello superasse; quod utrumq; de Cyro authores classici prodiderunt unanimiter, licet in circumstantijs, & etymo, ipsi etiam inter se dissentiant. pleriq; enim à Cyro flumine, iuxta quod sit expositus, denominatum dicunt. Suidas ab authoritate, quam inter colludentes puerulos arrogârit sibi, κῦρον vocatum. Plutarchus in Artax. Solem Persicè sic

 appellari

appellari tradit; quod conveniret cum hebræ חֶרֶס unde noſtrum חכרו fortè per metatheſin deflexum: niſi potius ab Arabico خسر quod pati vel dare damnum ſignificat, voluminis noſtri author denominârit, in educationis miſeræ memoriam. canis enim ubera ſuxiſſe refert Iuſtinus lib. 1. & Iudæi propterea pecudem hanc à Perſis in pretio haberi. Iuchaſ. f. 136. b. כורש המלך נקרא בן הכלבה על שם שזקנו צוה להמיתו והשליכוהו במדבר אחד וינק מחלב הכלבה ונתגדל והרג את זקנו במלחמה ולזה היו מכבדים מלכי פרס את הכלבית וזהו שאמרו ז"ל והשגל יושבת אצלו רב אמר כלבת' במסכת ראש השנה ונקרא משיח על פי ה': *Coreſch rex vocatur* Ben-calba, *h.e. filius canis, quia cùm avus (Aſtyages) eum mandaſſet occidi, projectus fuit in deſertum aliquod, & ſuxit lac (fœtæ) canis. cumq; creviſſet, interfecit avum in bello. (Iuſtinus non vitam, ſed regnum abſtuliſſe ait, & nepotem in illo magis, quàm victorem ſe geſſiſſe) propterea honorant reges Perſiæ canes (fœminas) ſicut annotant Magiſtri noſtri. p. m. ad textum (Nehem. 2. v. 6.) Scheleg accubabat iuxta regem. &c. Rafid interpretatur de cane (prope thronum laſciviente) Maſſichta Roſchhaſſchana (id eſt tractatu Talmudico) qui agit de novo anno. (nos verò de concubinâ, propter aſſidente.) Et nominatur Meſſias, ex ore Domini (Eſai. 45. v. 1. diutiſſimè antequam naſceretur.)* Sed Herodotus in Clio. fabulam eſſe contendit, è nutricis nomine natam, quæ Medorum linguâ *Spaco*, i. e. canis appellata ſit. Cteſias verò Aſtyagen attigiſſe, ullâ ſanguinis propinquitate, pernegat. quiſnam è tot litibus extricaret ſe facilè? Cæterùm Cyro reliqui authores Cambyſem aſſignant, filium ac in regno ſucceſſorem, crudelitatis & ſacrilegij ſceleribus infamem: qui non Ægyptij tantùm Apis fanum diruerit, ſed & Hieroſolymitani templi fabricam à patre decretam, impedierit; atque cùm expeditione adverſus Æthiopas ſuſceptâ, commeatus deficeret, decimum

mum quemque militem pro cibo mactârit. Sed noster Caichosravv filium ex se genitum non habet, ideò succedit agnatus nomine لهراسب *Lahrasb*, Arvvandi filius, Cainaschini supra-dicti nepos. qui quantumvis appellationes varient, moribus tamen & gestis Cambysi non dissimilis fuit, asper scilicet atq; crudelis, unde ipsius electioni ab aliquibus contradictum esse refert Teixera, cap. 16. addens; misisse capitaneum Gudarz cum exercitu in Syriam & Palæstinam, quas ille fecerit tributarias, Iudæos quoque rebus novis studentes compescuisse: ut parum absit quin credam fuisse Philonis Assuerum priscum, qui Holofernem illuc miserit, frustrâ deprecante Iesuâ Pontifice. Post hunc sequitur nobis جاماسب حکیم *Gamaasb Sapiens*, qui non tàm propter hoc epitheton, quàm ipsius regni seriem, unus è Magis fuisse videtur. Et mox کشتاسب *Kischtasb*, quem omninò Hystaspen credo, quia nomen tam propè consonat. Quamvis verò inter coniuratos fuerit Magicidas, & forte tantùm, scilicet Equi manè primùm hinnientis indicio, ad regnum ascenderit, imò astu potius equisonis Ebaris, ut Valer. Max. inter vafrè facta refert l. 7. c. 3. unde ab hoc sanguine regum alienus videri possit; accensetur tamen eidem in volumine nostro, & excusat id etiam Iustinus, ad fin. l. 1. asserens, non tantùm cognatione pristinis regibus iunctum fuisse, sed effecisse insuper novo matrimonio, ut regnum in familiam Cyri rediret. Post eum ponitur اسفندیار *Isphandiar* quem Teixera quidem, cap. 17. ad imperium actu pervenisse negat, quòd immaturâ morte præreptus fuerit, & in duello cæsus, alioquin bonus eques: ego autem non modò regnasse dico, quoniam in exemplari nostro, velut insignis persona, minio pingitur; sed omninò ipsum Xerxen fuisse, quem celebrant historiæ Græcorum, nec alium facilè credi posse, quia

inter

inter Hyſtaſpin & Longimanum locatur. Hic opus non eſt, repetere geſta eius maxima, quorum fama orbem replevit, quomodo centum myriadas armatorum eduxerit, multitudine navigiorum opplèrit maria, monten Athon diffregerit, denique repertori novæ voluptatis propoſuerit præmium, & alia jam pueris nota. videantur Herodotus in Polymn. Iuſtin. l. 2. Diod. Sic. init. l. 11. Ioſeph. lib. 11. ant. c. 5. Qui verò ſequitur کی بهمن *Cai-Bahman* fallere nos minus poteſt, quin ſit Græcorum μακρόχειρ, quia *Daras-daſt* Perſicè cognominatur, ut pridem f. 22. indicavi. Iudæus R. David hic intempeſtivè ſubtilis eſt, quando id quod verum erat manus accidens, de longitudine poteſtatis exponit figuratè, in ſuo Zæmach. part. 2. f. 13. a. נקרא אורך היד על דרך משל כלומר כאלו היתה ידו ככ אירך שיכול להשיג את אויביו בקצה הארץ *nominatur Longus-manu, per metaphoram; quâ innuitur extendi cousq;, ut hoſtes apprehendat vel in extremo terræ.* nam quid obſtat quo minus ad literam credere liceat, habuiſſe brachium unum altero reverâ longius? cum in naturâ quotidie contingant multò monſtroſiora, & hoc ipſo membro reperiat ſimiles etiamnum. teſtatur enim Teixera, cùm A. Sal. 1597. in Perſiâ peregrinaretur, urbi Mazandaron regionis Geylan, præfuiſſe quendam Gubernatorem, eiuſmodi longâ manu ſpectabilem; qui animo non minus fuerit fortis, quam hoc excellente brachio ſtrenuus. lib. 1. c. 13. *era Governador de aquella ciudad y provincia, un Malek Sultan Mahamed, Parſio, hombre de raro esfuerzo y valor en las armas, tenia un braſſo, notablemente mas lenguo que el otro, que le paſſaua por baxo la rodilla; eſte diò clara preuena de ſuo animo, cerca de aquel tiempo, porque corriendole las tierras. un enemigo con ſiete mil ſoldados, el con ſolos trezientos ſele oppuzo, y cogiendolo en campanna le diò la batalla, y lo venciò, matando dellos la mayor parte.* addit etiam in Indicâ urbe Cochin, familiariter ſe noviſſe

noviſſe alium quendam ſimili brachio notabilem, patriâ Choromandelenſem (ubi B. Thomas eſt ſepultus) quem Rex absque ſpeciali veniâ in publicum prodire vetuerit, nè vulgus ipſum admirando, fortè turbas daret. Indigenas enim omne rarum, quantumvis ridiculum aut vile ſit, veneratione proſequi, velut prodigium cœlitus immiſſum. *ſuelen los gentiles orientales, venerar como a coſa ſobre natural, todo aquello, que paſſa los terminos ordinarios de naturaleza. como entre los arboles, al que es mayor notablemente que los de ſu genero ò eſpecie, un buey de dos cabeças, como yo vide uno en Goa, una piedra que tenga alguna figura y forma extraordinaria. &c.* Cæterùm de Longimano diſputant Rabini, an fuerit maritus Eſtheræ nec ne? Zæm. Dav. ibid. הוא החזיר ליהודים כל כלי המקדש והטיב ליהודים טובות רבות ויש שכתבו שהיא אחשורוש וס׳ מעשה אסתר היה בימיו וי״א ע׳ אינני מפני שאמרו שהיא ארתחשסתא אשר עזרא ונחמיא כתבו דבריו ואלו היה מעשה המן בימיהם לא היו מחרישים המעשה ההוא *iſte reſtituit Iudæis vaſa ſanctuarij, & benefecit eis; ut ſcribunt aliqui, fuiſſe Achaſuerum, & hiſtoriam Eſther contigiſſe diebus illis. Alij hoc negant, dicentes fuiſſe Artachſaſtam, de quo Esdras & Nehemias loquuntur. nam ſi factum Hamani eo pertineret, nequaquam id illi ſilentio præterijſſent.* In noſtro exemplari habet quidem filium, nomine ساسان *Saſan*, ſed quoniam is Philoſophiæ ſtudio, & maximè artibus Mathematicis fuit deditus, contempſit hunc inquietum ſplendorem, atq; ſpeculationum dulcedini regnum poſtpoſuit; exemplo ſuperioris Naçek, de quo pag. 36. Itaq; matri *Homay* ſucceſſionem lubens & ſine ambitu reliquit. Ea imperium prudenter adminiſtraſſe dicitur, donec id filio *Darabo* traderet: quem poſt regis mariti obitum peperit, & expoſuit iuxta flumen, infauſtam naſcendi horam cauſata. num illegitimè potius, in viduo thoro conceptum ſuſpicabimur? ut ſit Darius ille cognomento Nothus? quem ſequitur *Darab* ſive Darius alter, dubio procul Ochus, à cubicula-

biculario Bagoâ interfectus. Deniquc ordinem claudit اشك *Aschek*, qui ab Alexandro Macedone: post multa & variæ fortunæ prælia, regno exutus est; ut non possit alius quàm Codomannus intelligi, quem Curtius libb. 3. 4. 5. Arrianus l. 2. 3. Iustinus l. 11. Plutarchus in Alex. & alij passim describunt. Hæc paucula nunc sufficiant de Regibus Persicis, & quomodo scripta veterum, quæ ad nos ferè tantùm per Græcos devenerunt, cum relationibus indigenarum hodiernis, concilianda existimem. Qamvis verò nè sic quidem (ut quod res est fatear) intricatissimo negotio plenè satisfactum esse sciam, spes tamen superest, olim hæc mea ulterius emendatum iri, cum Deus aliquem Persicæ linguæ gnarum suscitaverit, qui eius populi Annales, nativâ linguâ scriptos, nobis exponat latinè. id quod omnium quos hodie novi, præstare posset optimè (si præ curis Reip. vacaret) vir Nobiliss. & Ampliss. Dn. Sebast. Tengnagel, I.C. Invictiss. Imperatoris nostri, &c. Consiliar. Præf. Senat. Viennens. & Augustalis Bibliothecæ curātor; quo digniorem, & Asiaticis in literis peritiorem, Sacrat. Cæs. M.ts huic librario thesauro suo præficere potuisset neminem. Is enim, ut est, præter Hebræas, Chaldæas, & Syras, etiam Arabicæ, Persicæ Turcicæque linguarum, inusitato exemplo & sine compari hodie callentissimus, ita pro se quoq; instructissimus libris horum idiomatū rarioribus, publicè nondum extantibus, plerisq; manu in Asiâ exaratis, & suo privatim sumptu sanè magno, sibi passim coëmptis; ubi copia cum peregrinitate certat: quod ex illorum catalogo, ab hoc Fautore mihi benevolentissimè pridem communicato, clarè deprehendi. Habet verò inter cæteros præsenti negotio profuturos, امير خواند *Emir-chowand*, historicum Persidis facundissimum, duobus tomis in folio, eleganti manu exaratum, qui velut alter Plutarchus, omnium orientis heroum, & Philosophorum

phorum quoque vitas, maximè gesta regum indigenarum, linguâ Persicâ descripsit luculenter. item, succenturiatum ei filium تمُور خان *Themur-Chan*, qui patris modò nominati libros, haud inelegantiori stylo in compendium redegit. Inde lux nova melioribus olim studiis orietur, & his quoque tenuibus rudimentis meis perfectio accedet, si quando talia doctis innotescent publicè: quod non voveo tantùm, sed omninò etiam de laudatissimi Dn. Possess. ingenuâ liberalitate, nobis polliceor.

Sequitur nunc ordine temporis in volumine nostro Genealogia Christi; quem licet Muhammedani filium Dei coëssentialem esse negent, ineffabile mysterium illud ratione suâ stultè metientes, quòd scilicet pater cœlestis uxorem non habeat: agnoscunt tamen esse summum Prophetam, Patriarchis olim promissum, &, quod in tantâ caligine mireris, recensent eius prosapiam ab Abrahamo per Davidem, eodem ferè modo, quo S. Matthæus; nisi quòd anteriora nomina, Ethnici amanuenses transcribendo nonnihil depravarunt, in posterioribus autem, cum Resp. Iudæorum labasceret, genuini reges aliqui deficiunt, extranei verò recipiuntur, ut mox ostendam. Iuvat enim fidei nostræ veritatem, vel per medias gentilium errorum tenebras, alicubi transparentem, intueri. Cum itaque Iacobo filios undecim attribuat, ut supra notavi fol. 33. rectè quidem à Iehudæ tribu regiâ, genus Christi repetit, & numeros etiam personarum inter illum atq; Davidem, velut articulos in hâc generandi catenâ, probè computat: sed perperam scribit nomina pleraque, sic tamen ut Arabismi perito facilè appareant errandi occasiones. nimirum قاص عُمر دارم عمیران عیسوان نامون جابر عوبی ایشا داوُد *Katz* pro Pharez, *Omar* pro Hesron, *Daram* pro Ram, qui etiam in Lucâ est Aram, *Amiran* pro Aminadab, *5. Genus Christi Salvatoris.*

Hiſuan pro Nahaſſon, ***Salmun*** quod ſatis bonum eſt, ***Gabis*** pro Boas, ***Ovven*** pro Obed, ***Inſcha*** pro Iiſchai vel Ieſſe, ***Davvud*** pro David. Quamvis autem in Latino hæc ſcriptura tantoperè diſcrepet, ut arte nulla videatur conciliari poſſe; unde fortaſſis non-nemo de meâ explicatione dubitat: eſt tamen in Arabico ea literarum affinitas, ut unam pro alterâ è Mſcr°. arripuiſſe, fuerit in proclivi, v. g. Nun finale pro Dhal blæſo, vel duplex punctum, pro ſimplici, quod calamus divaricans pinxiſſet ambiguum, unde Kaph cum Phe facilè fuit confuſum. Porrò à Davide diſcrepant Evangeliſtæ deinceps: Matthæus per Salomonem ad Ioſephum deducit; Lucas per Nathanum ad Eli. quæ diverſitas jam olim interpretes mirè torſit, ut in obſcuro itum ſit ad varia, & nodum aliqui diſſecuerint potius quàm ſolverint, velut enſis Alexandri, fatalem illum in plauſtro Gordio. Simpliciſſimum videtur, ut ſtatuamus Lucam non ad Ioſephi patrem, ſed ſocerum ſcilicet B. Mariæ parentem deduxiſſe, quia non dicit ἐγέννησεν ut Matthæus, ſed ſimpliciter, fuiſſe τοῦ Ἡλὶ; quâ phraſi etiam Adamum τοῦ Θεοῦ vocat, utique non filium, ſed creaturam: & alibi quoque ſcriptura ſic loquitur, quando v. g. ſocrus nurum appellat filiam, Ruth. 2. v. 22. Cæterùm uſque ad Davidem benè conſentiunt inter ſe, & cum utriſque noſter etiam Turca, qui hoc ipſo profitetur, Chriſtum eſſe ſurculum è Ieſſæâ radice propemodum intermortuâ repullulantem, adeoq; ſanguinis regij, à Davide oriundum; cuius multa & celebris extat mentio in Alkurano. ſtatuunt enim fuiſſe unum è quatuor maioribus Prophetis, quorum libri ſoli ſint authentici & cœlitus à Deo immiſſi, ſcilicet توریة موسی زبور داود انجیل عیسی وفرقان محمد *lex Moſis, Pſalterium Davidis, Evangelium Ieſu, & Phurcan (h. e. Alkuranus) Muhammedis.* quibus Pſeudopropheta ſemper aſſociari nitebatur, ut illorum laudes participaret, quas hoc ſolo fine toties inculcat.

&in

& in specie de Davide memorat, eloquentem fuisse, fortem & pium, qui montes etiam & aviculas (nescio quo novo miraculi genere) habuerit obsequentes, atq; in celebrando Deo sibi auxiliares. Suretâ Sad, quæ est num. 38. post init.

اصبر على ما يقولون واذكر عبدنا داود
ذا الأيد إنه أواب ۝ إنا سخرنا الجبال
معه يسبحن بالعشي والإشراق ۝ والطير
محشورة كل له أواب ۝ وشددنا ملكه
وآتيناه الحكمة وفصل الخطاب ۝

sustine (patienter, inquit Deus ad Muhammedem) id quod dicunt (vel exprobrant tibi, scil. Doctrinæ novitatem) & recordare servi nostri Davidis, illius magnanimi, qui utiq; fuit pius. Nos sanè adegimus montes, ut cum ipso psallerent, vesperi & manè. atq; corroboravimus regnum eius, dedimus illi sapientiam & excellentiam sermonis (h. e. facundiam) fortè ad psalmum 114. v. 4. allusit, ubi montes instar arietum subsilijsse leguntur, in exodo Israelis; nisi potius cum Poëtarum Orpheo confudit, *Carmine qui sylvas & saxa sequentia traxit*, Ovid. init. 11 Metamorph. Id etiam alibi repetit, addens artificem fuisse singularis armaturæ, quæ ipsum præstiterit impervium telis adeoque vulneribus inviolabilem. Suret. Elanbia. hoc est, prophetarum Num. 21. post. medium.

سخرنا مع داود الجبال يسبحن والطير
وكنا فاعلين ۝ وعلمناه صنعة لبوس لكم
لتحصنكم من بأسكم فهل أنتم شاكرون

impulimus cum Davide montes, ut laudarent; item aves. Et hoc nos fuimus facientes (ita semper de se loqui fingitur Deus in Alkurano, pluraliter, Majestatis causa.) Docuimus eum fabricam indumenti (militaris) etiam pro vobis (jam per apostrophen alios alloquitur)

alloquitur) ut præmuniret vos ab infortunio vestro! nunquid ergò gratias agitis? Nimirum id commentum, ut & pleraque cætera, didicit Muhammedes à præceptore suo R. Abdallâ, Iudæi enim de מגן דוד *Magen. i.e. scuto Davidis,* multa splendidè nugantur, habuisse duplex triangulum, oppositâ ratione sibi mutuò implexum (quale in præsenti schemate



delineavi) cuius quatuor apicibus ad latera, nomen Dei tetragrammaton יהוה fuerit insculptum, cæteris duobus supero scilicet ac infero, eiusdem abbreviatio יָהּ medio autem spacio hieroglyphicum nomen אגלא *Agla*, quod in explicitas voces resolutum, sonat אַתָּה גִּבּוֹר לְעוֹלָם אֲדֹנָי *tu fortis es in æternum, ô Domine!* hinc fieri ut in Psalterio Deum toties appellet *scutum* suum, velut psal. 3. v. 4. & alibi passim. atq; hoc eodem signo etiam in vexillis, item pro tesserâ militari feliciter usum esse: sicut Iudas Hasmonæus literis מכבי quæ per Rasche-thesot significant מִי כָּמֹךָ בָּאֵלִים יְהוָה *quis nam tibi similis est inter Deos? ô Domine!* Exod. 15. 11. unde ipsi postea cognomen *Maccabai* fuit inditum. Antiochus verò Soter, contra Galatas exercitum ductans, haud multùm dissimile signum usurpavit, nempe τριπλοῦν τρίγωνον δι' ἀλλήλων καὶ πεντάγραμμον, vulgò Trottenfuß / non sex, sed quinque tantùm lineis constans, atque in totidem literas græcas, ὑ γ ί ει α resolubile, quæ *BONAM VALETVDINEM* notabant. Genial. d. Alex. l. 4. c. 2. Et illud scutum Davidis, id ipsum est, quod superstitiosissima gens Iudaiaa, etiam contra ignes valere credit, atque ut incendia restinguant, vel massæ panis inclusum, vel eius crustæ saltem extrinsecus cretâ inscriptum, unâ cum hebræo versu Num 11. vers. 2. *clamavit populus ad Mosen, & oravit Moses ad Dominum, atq; repressus est ignis,* postquam ter circum-

circumtulerunt, in flammas conijciunt: quod pijs Magistratibus revelare volui, nè huiusmodi abusum S. Scripturæ ferrent. Ipsis verò Iudæis, ut redarguantur, experientia opponi potest, quæ illos non rarò frustravit, ut cum Anno 1617. Lublini plus mille: aut A. 1544. Thessalonicæ supra 5000. habitationes eorum, intra sextam horam in cineres redactæ fuerunt. imò ipse Talmud, liber gentis opinione sanctissimus, maximo numero passim per Italiam universam crematus est, ut R. Dav. in Zæm. annotavit, p.1. f.22.a. בשנת ש'יר נשרפו כל הגמרות הנמצאים בככל ארץ איטליאה: *Anno 314. (supputationis Iudaicæ minoris, h. e. Christiano 1553.) combustæ sunt omnes Gemaræ, quotquot reperiebantur per cunctas regiones Italiæ.* an igitur è tot Rabinis nemo fuit, qui tàm triste fatum libri miseratus, שמות *schmos*, i. e. sacra nomina pro remedio admurmuraret? ecce vanitatem vestri Magen-David! quo nec ipsum corpus à flammis tutari potestis! nam si quæ verba eam vim haberent, utique codex Mosaicus, quo ad hoc artificium abutimini, præstaret id vel maximè. at nil iuvit Rabinum, quem Imp. Adrianus olim cremavit, quamvis eo totus involveretur. Afod. Zar. fol. 18.a. ר' חנינא בן תרדיון יושב ועוסק וספר תורה מונח בחיקו הביאוהו וכרכוהו בס"ת והקיפוהו בחבילי זמורות והציתו בהן את האור והביאו ספוגין של צמר ושראום במים והניחום על לבו כדי שלא תצא נשמתו מהרה אמרה לו בתו אבא אראך בכך א"ל אילמלא אני נשרפתי לבדי היה הדבר קשה לי עכשיו שאני נשרף וס"ת עמי מי שמבקש עלבונו של ס"ת הוא יבקש עלבוני א"ל תלמידיו ר' מה אתה רואה א"ל גליון נשרפין ואותיות פורחות אף אתה פתח פיך ותכנס האש א' להן מוטב שיטלנה מי שנתנה א"ל קלצטונירי ר' אם אני מרבה בעלהבת ונוטל כפוגין מעל לבך אתה מביאני לחיי העולם הבא א"ל הן השבע לי נשבע לו מיד נטל ספוגין ויצאה נשמתו במהרה אף הוא קפץ ונפל לתוך האור יצתה בת קול וא' יש קונה עולמו בשעה אחת: וכו' *R. Chanina filius Tardion, (ad suppli-*

supplicium quæsitus) sedebat & meditabatur in libro legis, quem sustinebat gremio receptum. nihilominus abduxerunt illum & involverunt libro (Megillæ membranaceæ grandiori,) atq; circumligarunt funibus musicis (h. e. constrinxerunt fidibus, vel chordis) & ita succenderunt ignem. Attulerunt verò spongiam è lanâ confectam, & imbuerunt aquis, atq; imposuerunt pectori eius, nè spiritum citò exhalaret. Tunc eum allocuta est filia, dicens: pater, tenè cerno talem! respondit, si arderem solus graviùs id ferrem; nunc quia liber legis mecum conflagrat, confido illum, qui contumeliam libri vindicabit, injuriam quoque meam ulturum. Dixerunt discipuli (cum oculos distorquere martyrem animadvertissent) Magister, quidnam vides? respondit, pergamenum quidem consumi, literas verò efflorescere (nempe ob atramenti naturam, diutius igni reluctantis) itaq; (dixerunt illi) os aperi, ut ingrediantur favillæ (si fortè juvet sacras vecum reliquias deglutire) regessit, melius esse ut ad eum revertantur qui dederit (evolent ad Deum) inquit ei Calcarius (qui reum in calcem & cineres redigere debebat, miratus viri constantiam) Rabi, si multiplicem ego flammas & auferam à corde tuo spongiam, nunquid me (pro isthoc benefacto) tecum intromittes in æternam vitam? jubens illum jurare (quod fidem fallere nolit) cumq; jurasset, abstulit spongiam, ita mox animam efflavit. ipse verò (carnifex) in rogum insilijt, auditâ voce cœlesti: sic acquirit iste paradisum uno momento! (quem alij vix tot annis merentur.) Sed quò dilabor, mei oblitus? de Davidis scuto, Turcis æquè ac Iudæis memorato, sermonem institui. si ergò virtutem id ab hostilibus præservandi habet, cur ipsummet primarium eius artificem deseruit? cum à Iischbigigante Nobensi (qui tercentum pondo æris, in lanceæ solo mucrone, quassabat leviter) penè obtruncatus fuit, nisi eum Abisæus Zerujades opportunè liberasset? 2. Sam. 21. 16. quod periculum ipsi etiam Talmudici, more suo exaggerant amplius, *Magen* sive scuti huius immemores, in Perek-chelek (ultim. tr.

tim. tr. Sanhedr.) fol. 95. a. יומא חד נפק לשכור בזאי אתאי שטן ואדמי ליה כטביא פתק ביה גירא ולא מטייא משכיה עד דאמטייה לארץ פלשתי' כד חזייה ישבי בנוב אמ' היינו האי דקטליה לגליו' אחי כפתיה קמטיה אותביה ושדייה תותי בי סדייא (פי' הכניעו תחת הבד של זתים ויתיב עלה למעכה) אתעבד ליה ניסא מכא ליה ארעא מתותיה (פ' נתרככה ולא הזיקו:) *die quadam exÿt venatum prædam. obviavit ei Satanas assimilatus damæ. tunc ejaculavit (rex) spiculum, sed nequicquam ferÿt. sic abstraxit eum (larvata fera) usque dum pertingeret ad fines Philistæorum. Cum hoc animadvertisset Iischbi Nobensis, dixit: ecce is est, qui occidit fratrem meum Goliath! (nec mora) ligavit eum, & sic (instar quadrupedis) miserè constrictũ, projecit sub trapetes. (gloss. R. Salom. explicat vectes, vel prelum torcularis olearÿ, quòd scilicet eius sanguinem ibi exprimere cogitasset) sed contigit ei miraculum, ac emollita fuit terra subtus, nè quicquam noxæ daret. &c.* Quin pergimus in genealogiâ Christi à Davide, ad filium eius Salomonem, de quo utrique authores, Turcæ nimirum & illorum informatores Iudæi, multas habent & lepidas narrationes, quarum aliquas hâc occasione, in gratiam lectoris recensebo. Spectant autem omnes illuc, ut Salomonem ostendant fuisse Magum, qui per Dæmones plurima præstiterit admiranda. Si naturalem dicerent magum, h. e. Physicum sive Philosophum, equidem facilè assentiremur, qui è libris Regum, præsertim 1. cap. 5. novimus, excelluisse in omni sapientiâ, divinâ pariter & humanâ; prout id in libro Σοφίας cap. 7. v. 17. 18. & seqq. confirmatur amplius; quem Salomonis nomine Philo scripsisse creditur, unde nobis est Apocryphus: quamvis etiam Chaldaicè ab antiquo extiterit, ut è præfat. R. Mos. B. Nahm. in legem, ego pridem demonstravi, in meo Bechin. happ. f. 44. Quòd verò damnatæ illius & incantatricis Magiæ Salomonem insimulant, qui cum dæmonijs familiare habuerit commercium, ut post Iudæos facit Alkuranus, Sur. 2. v. 98. & alibi sæpius, id ex

hebræis biblijs perspicuè probari posse, vix credo: è Chaldæis quidem (ubi & alia multa sunt paradoxa) potest facilius. quod ipsum tamen, si quis admittere vult, ita est accipiendum, ut inter grandia illius degeneris regis peccata referatur, quibus reprobationem à justo Deo meruerit. Targum Kohelet, quale est in genuinis editionibus Iudæorum, item in biblijs maioribus Venetis, dubito an hodiernis Basileensibus, vel opere Regio, cap. 1. v. 12. אתחתן בעממין
נוכראין מן יד תקיף רוגזא דיי עלוהי ושדר לותיה אשמדיי
מלכא דשידי וטרד יתיה מן כורסיה מלכותיה ונטל גושפנקיה
מן ידיה בגין דיהך מטלטל וגלי בעלמא לאוכחותיה נהוה
מחזר על כרכי פלכי וכרכי ארעא דישראל בכא ובכן יאמר
אנא קהלת דהוי שמיה שלמה מתקרי מן קדמת דנא הויתי
מלכא על ישראל בירושלם: *affinitatem contraxit cum populis extraneis, itaq; commota est ira Domini adversus illum, ut immiserit Aschmedai regem Dæmoniorum, qui detrusit eum à throno regni, atque abstulit signatorium eius annulum de manibus. Hinc ivit vagus & exul per mundum, ad castigationem suam, circumambulans arces regionum & oppida Israel, flendo ac plorando dicens: (hunc textum) Ego nunc sum Ecclesiastes (concionator vester, cuius exemplo sapere discatis.) qui vocor Salomon, & nuper eram Rex Ierosolymitanus.* Carmina sanè, quæ magno numero edidit, 1. Reg. 5. v. 12. ex parte Magica fuisse opinantur Iudæi. & Fl. Iosephus scriptor alioquin probus ac publicè jam receptus, lib. antiq. 8. c. 2. refert palam, nec ullâ circuitione utens, fuisse authorem Incantationum, quibus morbi pellantur: quin etiam pro posteris reliquisse præscriptas à se formulas Coniurationum, quibus Dæmones tàm certò fugentur, ut nunquam redire ausint. inde hoc sanandi genus apud Iudæos adeò invaluisse, ut artis eius specimen se spectante, coram Imp. Romano aliquis exhibuerit. verba sunt hæc, ex interpretatione Gelenij. *vidi è popularibus*

meis

meis quendam Eleazarum, in præsentiâ Vespasiani & filiorum ac tribunorum reliquorumq; militum, multos arreptitios percurrentem. Modus verò curationis erat hic: admoto naribus dæmoniaci annulo, sub cuius sigillo inclusa erat radicis species à Salomone indicatæ, ad eius olfactum per nasum extrahebatur dæmonium; & collapso mox homine, adjurabat id nè amplius rediret, Salomonis interea mentionem faciens, & incantationes ab illo inventas recitans. Volens deinde Eleazarus, his qui aderant ostendere, suæ artis efficaciam, non longè inde ponebat poculum aut pollubrum aquâ plenum, imperabatq; dæmonio, hominem exeunti, ut his subversis signum daret spectantibus, quòd reliquisset hominem; quo facto nemini dubium erat, quanta fuisset Salomonis sapientia. Et quoniam Eccl. 2. v. 5. hortos plantasse memoratur, omni genere fructuum consitos, non vident nasuti homines, quomodo exoticę stirpes Ierosolymis provenire potuerint, nisi ad Magiam referrentur. hinc adeò ipsum quoq; Targum, editionis indicatæ, Spiritibus eam curam, plantas nimirum è diversis terræ regionibus conquirendi, attribuit. עבדית לי גינת שקיין ופרדסין ודרעית תמן כל מיני עסבין מנהון לצרוך מיכלא ומנהון לצרוך משתיא ומנהון לצרוך אסותא כל מיני עסבי בוסמין נציבית בהון אילני סרק וכל אילני בוסמין דאיתיו לותי טלני ומזיקי מן הנדקא וכל אילן דעביד פירין ותחומיה מן שור קרתא דבירושלם על בית מיא דשילוח: *colui hortos irriguos, & pomaria. seminavi ibidem omnium specierum herbas, aliquas ad necessitatem cibi & potus, alias in usum sanitatis (medicinæ) & omnis generis aromata. plantavi in eis arbores tàm steriles quàm odoriferas, quas attulerunt mihi Lemures (nam vox* Telane *ad marg. explicatur de* מזיקים ההולכים בצל הלילה *spiritibus noctu in tenebris oberrantibus) atq; Dæmones, ex* Hindekâ *(regione quam glossa marginalis ait esse* הודו *Indiam: ego illam intelligo, quæ circa Gangem est, & nunc Bengala vocatur. quia*

Ionath.Gen.2.11. nomen Havila, quod aliàs Arenosum significare putatur, sic exposuit. quamvis hæc ipsa potius infra Aegyptum, circiter Æthiopiam, quærenda videatur, indice Targ. eod. c.10. v.7. & 25. v. 18.) item arbores, quæ ferunt fructus. Et (huius horti) terminus fuit à mœnibus urbis Ierusalem, usq. ad receptaculum aquarum Siloah. (piscinam Ioh. 9. v. 7. quod congruit cum Nehem.3. 15.) Modestiùs verò Raschi, ex sententiâ Tanchumæ, ad subterraneos meatus, & genium telluris refert, cuius vim occultam noverit rex perspicacissimus. in Com. ad d.l. Eccles. היה שלמה מכיר בחכמתו את גידי הארץ איזה גיד הולך אל כוש ונוטע בו פלפלין ואיזה הולך לארץ חרובין שכל גידי הארצות באים ליון ששם משתיתו של עולם שנ מציון מכלל יופי. *scivit Salomo per sapientiam suam, nervos terræ; quænam vena tenderet versus Chusch, i. e. Æthiopiam, & super eam plantavit piper. (conformis temperamenti fruticem) aut quæ procederet ad regiones aridas, super eam plantavit sicca (ut convenienς attraherent nutrimentum.) Nam omnes nervi terrarum coëunt circa Ierosolymas, ubi est fundamentum seculi (principalis locus mundi) sicut dicitur (Psal. 50. v. 3.) è Zion est perfectio pulchritudinis.* præsertim quia certò constat è Reg. c. 6. v. 7 quòd in structurâ templi nihil fabrilium instrumentorum fuerit adhibitum, non terebra neque securis usurpata, ictus mallei nunquam auditus; quod omninò supra humani alicuius architecti, quantumvis ingeniosissimi, artem esse videtur: ideò persuasissimum habet Alkuranus, nō nisi Dæmonũ operâ id confectũ esse. Suret.21. post.sup.

وَلِسُلَيْمَانَ الرِّيحَ عَاصِفَةً تَجْرِي بِأَمْرِهِ
إِلَى الْأَرْضِ الَّتِي بَارَكْنَا فِيهَا وَكُنَّا بِكُلِّ
شَيْءٍ عَالِمِينَ وَمِنَ الشَّيَاطِينِ مَنْ يَغُوصُونَ
لَهُ وَيَعْمَلُونَ عَمَلًا دُونَ ذَلِكَ وَكُنَّا لَهُمْ حَافِظِينَ

Et Sa-

Et Salomoni ventus procelloſus currebat ad præceptum eius, (flabat quoties juberet) verſus terram cui benediximus (Palæſtinam) ac fuimus in omni negotio conſcij (tacitè id approbando.) Etiam de Dæmonijs (aliquos habuit in poteſtate.) qui profundabant ei (cuniculos agebant) & laborabant opus infernè. fuimusq; illos obſervantes. Iterum Suretâ Sad, 38. poſt loc. ſ. cit.

فَسَخَّرْنَا لَهُ ٱلرِّيحَ تَجْرِي بِأَمْرِهِ رُخَاءً حَيْثُ
أَصَابَ ، وَٱلشَّيَاطِينَ كُلَّ بَنَّاءٍ وَغَوَّاصٍ ،
وَآخَرِينَ مُقَرَّنِينَ فِي ٱلْأَصْفَادِ ، *ſubdidimus illi ventum, ut flueret ad juſſionem eius laxiſſimè, quorſumcunque contingeret. (vide qualem Aeolum nobis deſcribat.) Dæmones quoque (illius imperio ſubjecimus) cunctos ædificatores (artifices vel architectos) & urinatores. item alios copulatos in conſtrictis (compedibus ligatos velut canes, nè morderent.* Quia verò Iudæis impium habetur, dicere, quòd locus quem ipſe Deus incoluerit gratiosè, Diabolorum operâ ſit conſtructus, ideò fingunt aliud miraculum, nihilo tamen modeſtius; uſum fuiſſe auxilio cuiuſdam vermis, nomine Schamir, à Dæmonijs inveſtigati. Talm. Gittin cap. 7. poſt. init. fol. 68. a. אמר להו לרבנן היכי אעביד (פי' בלי כלי ברזל)
אמרו ליה איכא שמירא (בריא מששת ימי בראשית ואין כל
דבר קשה יכול לעמוד ממנו) דאייתי משה לאבני אפוד א"ל
היכא אישתכח א"ל אייתי שידא ושידתין כבשינהו: וכו'
שמיר בטל המקדש בית ומשחרב תוספת' *quæſivit ex eis (Salomon) è ſapientibus: quomodo efficiam id absq; inſtrumentis ferreis? reſponderunt, extat Schamir, creatura quædam primi ſextidui (in Pirk. afoth. c. 5. dicitur cum alijs novem ſingularibus, veſperâ Sabbathi creata eſſe) nec ulla res eſt tàm dura, quæ conſiſtat coram eâ. (ut vel Adamantem penetret.) Eam adhibuit quoq; Moſes, in lapidibus Ephod. (Exod. 28. 21. cum gemmis duriſſimis inſculperet nomina filiorum Iſrael) quæſivit amplius; ubi*

autem reperitur? responderunt, adducito diabolam & diabolas (an igitur etiam fœminas habent, sexu differentes?) constringito illos, &c. pudet referre cæteras nugas. id solum addo: statuere, post huius templi destructionem, Schamir quoq; abolitum esse. viderint itaq; ipsi, quomodo tertium illud olim ædificent! Kimchius ad hunc text. 1. Reg. 6. recenset utendi modum; nec à dæmone, sed aquilâ è paradiso allatum ait: in eo cæteris gregalibus suis multò modestior. Si quis tamen etiam ad ista nasum crispet, non habet aliud Rabinus, quo se defendat, quàm Traditionis antiquitatem, unicũ illud Iudaismi Asylum. לא היו פיסלין אותן בשום כלי ברזל אלא בתולע
אחת הנקראת שמיר וכשהיו נותנין אותו על גבי אבני'
מתפתחות לפניו ואמרו שהשמיר כמין שעורה הוא והיו
נותנין אותו לתוך קנה של עופרת מלאה מוכין ומלא סובין
ואם היה נותנו אפילו על ההר היה בוקעו: והנשר הביאו לו
מגן עדן: וזה אחד מן הדברים שהשליט הקבה הרך בקשה:
ובו פסל משה אבני האפוד והלוחות: וזה מדרך הקבלה היה
אצלם מימי משה רבינו ואין להרהר אחריו: *non dedolabant saxa ullo instrumento ferreo, sed vermiculo quodam dicto Schamir; qui cum imponitur lapidibus, dissiliunt coram illo. Aiunt verò Schamir fuisse (animalculum, pro tantâ vi omninò parvulum) specie grani hordeacei: quod incluserint fistulæ plumbeæ, repletæ mollibus (veluti lanâ) & oppletæ luto. Nam si vel monti (maximo & petroso) immineret, diffinderet illum. Porrò aquila eum attulit ex horto Eden. Et hæc una res est, cui potestatem dedit Deus Opt. Mx. teneræ (existenti) adversus durum. Hoc (adminiculo) polivit Moses gemmas in humerali amiculo, item tabulas decalogi (Exod. 34. v. 4.) Idq; novimus è Kabalâ (traditione orali) quæ penes illos fuit inde à diebus Mosis: nec disputare talia fas est.* Huc quoque pertinet memorabilis fabrica palatij Balbek, itinere bidui à Damasco, in viâ versus Alepum siti, cuius ruinas peregrinantes etiamnum admirantur. narrant enim pro certo, inter saxa nullum apparere intritum

Seydlitz

Seydlitz in seiner Wallfahrt / cap. 14. & constans est fama fuisse à Salomone structum; quamvis incolæ stupendum id opus, etiam ad Genios referant, ut Beniamin αὐτόπτης testatur; similia quoq; de Tadmur vicino prodens. fol. 14. a. Massaoth. i. e. Itinerarij sui משם לבעל בק חצי יום והיא בערת בבקעת הלבנון אשר בנה שלמה לבת פרעה ובנין הארמון מאבנים גדולות אורך האבן עשרים זרחות ורחבה שתים עשרה זרחות ואין בין אבן ואבן כלום ואומרים בני אדם שלא נעשה בנין זה אלא על ידי אשמדאי: ואכ גם תדמור במדבר אשר בנה שלמה כמו זה בנין אבנים גדולות והעיר מוקפת חומה והיא רחוקה מן היישוב ומבעלת הנזכרת ד' ימים וכאלפים יהודים בתדמור גבורי מלחמה ונלחמים עם בני אדום ועם בני ערב שהם תחת ממשלת נור אל דין ועוזרים לשכיניהם הישמאלים: *Inde (à Salecha) versus Baal-bek, est iter semidiurnum. Et illa ipsa est Baalath (prisca) in valle Libanon, quam ædificavit (non condidisse primùm puto, quia eius in Iosua fit mentio. c. 19. v. 44. sed collapsum instaurasse, novisq; structuris ornasse) Salomo, in gratiam filiæ Pharaonis (ut legitur 1. Reg. 9. v. 18.) Fabrica palatij constat saxis ingentibus, longis 20, latis 12. spithamas. neque quicquam (arenatum) est inter lapides. unde ajunt homines, vix ab alio quàm Asmodæo structum fuisse.* Et post pauca: *etiam Tadmor in deserto à Salomone condita (2. paral. 8. 4.) eiusmodi saxeas habet moles, atque ambitur muro sed remota est ab (aliorum) habitatione, distans à priori Baalath, quatriduo. Incolunt eam bis mille Iudæi (in exemp. Constantinop. B. Ar. Montani leguntur 4000.) bellicosi (quod in hac servili gente aliàs rarissimum est. hîc autem solitudine freti, tutiq; montium præsidio, ad excursiones animantur.) prœliantes cum Edomitis & Arabibus, qui vivunt sub dominio Nor-addini (tunc regis Damascenorum) & juvant vicinos Ismaelitas cæteros.* Ecce verò aliud non levius absurdum, ex malè intellecto textu natum: quoniam scriptura dicit 1. Reg. 5. v. 13. (vel secund. latin. c. 4. v. 33.) locutum esse Salomonem עַל־הַבְּהֵמָה וְעַל־הָעוֹף וְעַל־הָרֶמֶשׂ וְעַל־הַדָּגִים

super

super jumenta, & super aves, & super reptile, & super pisces; accipiunt nasuti homines illud *Super*, pro particulâ *Cum* (sicut usurpatur Exod. 35. v. 22.) quòd cum animalibus illis collocutus fuerit, & eorum responsa vicissim intellexerit: quasi verò hinnitus equi, vaccæ mugitus, balatus ovium, asinorum ruditus, & cæterorum voces inarticulatæ, essent significativæ. Hîs procul dubio authoribus debetur suavis fabella, quam ille Mythologorum antesignanus Muhammedes in Alkurano suo de Formicarum sermonibus recitat à Salomone intellectis. Suretâ 27. quæ propter id ipsum النمل *Anamli*, hoc est, formicarum titulo insignitur.

وورث سليمان داود وقال يا ايها الناس
علمنا منطق الطير واوتينا من كل شي
ان هذا لهو الفضل المبين ۝ وحشر لسليمان
جنوده من الجن والانس والطير فهم
يوزعون حتى اذا اتوا على واد النمل قالت
نملة يا ايها النمل ادخلوا مساكنكم لا
يحطمنكم سليمان وجنوده وهم لا
يشعرون ۝ فتبسم ضاحكا من قولها وقال
رب اوزعني ان اشكر نعمتك التي
انعمت علي وعلى والدي وان اعمل صالحا

Hæreditario jure successit Salomo Davidi, & dixit: ô vos homines! edocti sumus sermonem avium (puta crocitationem corvorum, gruum clangorem, bombos apum. &c.) & donati sumus de cunctis rebus; quæ sanè est excellentia manifesta. Itaq; congregatæ sunt Salomoni cohortes ipsius de dæmoniis & hominibus, & avibus, atq;

bus, atq; processerunt, usque dum venirent ad vadum Formicarum (videtur pratum secus amnem intelligere, ab hoc insecti genere crebris cuniculis effossum) tunc dixit (aliqua) formica (ad socias) ô vos formicæ! ingredimini habitacula vestra (cavernas) nè conterat vos Salomon & turmæ illius! Hoc ipsi non animadverterunt (cæteri comites, qui in regis exercitu erant, non intellexerunt hanc formicæ admonitionem; Salomon autem percepit) atq; suaviter habuit, ridendo, præ voce illius, dicens: ô Domine! fac me habilem, ut gratè celebrem hanc benignitatem tuam, quâ benefecisti mihi, & genitori meo (Davidi) atq; ut agam congrua. Nisi me conjectura fallit, ideò formicam potius quàm aliud animal Alkuranus adhibuit, quia Salomo Prov. 6. v. 6. ad eius industriam pigros ablegat, & Philosophi etiam, id præ cæteris tradunt sapere, adeoq; quasi inter se colloqui. Cic. 3. d. nat. D. *in eâ non modò sensus, sed etiam mens, ratio, memoria.* Plin. h. nat. l. 11. cap. 30. *est ijs Reip. ratio, memoria, cura.* paulò post: *& quemadmodum ex diverso convehunt, alter alterius ignara, quæ tunc eorum concursatio? cum obvijs quædam Collocutio atque percontatio.* Idq; Cleanthes Assius observavit, apud Ælian. d. animal. l. 6. c. 50. quòd ob cognatum cadaver, alieno loco detentum, disceptarint invicem, & post multam deliberationem mutuam, denique lumbricum velut redemptionis pretium obtulerint. unde idem Ælianus l. 16. c. 15. θυμόσοφοι ζῶον appellat, quod labyrinthos quasi Creticos effodiat, l. 9. c. 43. & Aristot. hist. anim. 9. 38. ἐργατικώτατον. Alkuranus verò, post hanc de formicis narrationem, Salomoni etiam alia quædam affingit ibi, quomodo reginam Saba, magicis artibus ad se pellectam dementârit, ut cum in palatio esset vitris incrustato, aquas sibi profundas existimaret transvadandas esse, unde coram rege crura denudârit aliquatenus: quod huic libidinoso Prophetæ Mecchensi, non minus artificiosum creditur, quàm iucundum fuisse spectaculum. Eam Abyssini

tradunt proprio nomine *Maqueda* vocatam, è Salomone filium suscepisse *Meilech*: ut prodit in Æthiop. hist. Damianus à Goës; quod tamen scriptura vix reticuisset, 1. Reg. 10. Omitto alia quàm plurima, quæ de Salomone nugantur Saraceni: ut quòd in vitâ fuerit excellentissimus magister omnis generis ludicrorum, adeoq; Latrunculorum (qui Regius inde ludus appelletur) primus inventor; deniq; in ipsâ morte, ingenio suo Dæmones fefellerit, ut defunctum nescirent, antequam vermes bacillum corrodissent, quo cadaver (veluti dormientis tantùm,) innitebatur. nimis enim prolixum foret singula hîc excutiendi: & fortasse iam pridem fui nimius, qui hoc solo fine aliqua delibavi, ut constaret nostris, quid isti gentiles de tanto rege sentirent, & quàm densis involvantur tenebris, quibus Evangelij lumen semel est extinctum. Inde pergit genealogia nostra, per رُحَبْعَم اَبْنَا اَسَا *Ruchabam, Abna (pro Abia) & Assa,* usq; ad Iosaphatum satis benè, nisi quòd eum nomine mutilato يَهُوسَا *Iahusa* vocat: deinceps verò nihil sani superest. Inserit enim Christi maioribus Philippum Macedonem, Alexandri patrem, quem voce depravatâ فَيلَاقُوس *Phailakus* nominat cum Arabibus nostrum quoque volumen; sive pro P duro, quo ipsi carent, consultò K adhibuerint, sive literam duplicem duplici puncto expresserint olim, quod ob figuræ similitudinem deinceps pro Kaph sit habitum, ut facilius crediderim. Similiter ipsius Alexandri nomen in اِسْكَنْدَر *Iscender* mutarunt, AL per Aphæresin abiecto, quasi pro Articulo tantùm habuerint. Sic etiam nobis hîc scriptũ est, addito روم *Rum* cognomento, quod Romanum notat, quales in oriente Græci appellantur, propter Constantinopolin, quæ νέα ῥώμη audit. Quicquid verò sit de nominibus, miror, quantum ad rem ipsam attinet, quâ ratione hos reges inserant

inſerant genealogiæ Chriſti! quid Philippus & Alexander inter Prophetas? aut quo colore id veriſimiliter excuſent? non equidem dubito, fieri honoris gratia, ut quicquid uſpiam illo tempore præclarum fuerit in orbe, id Meſſiæ omnium Regum opt. max°. accenſeant; quamvis eius natales, mendacio nil honorentur. ſed quoniam iſta ratio nimis eſt generalis, oportet ſpecialiora comminiſci, cur inter maiores Chriſti referantur? inquirant meliora qui poſſunt, mihi ſic videtur: ſciunt Muſulmanni, quòd Ieſus Mariæ filius, è regibus Iuda ſit oriundus. quia verò ſub initium Græcæ Monarchiæ, res Iudæorum tempore poſterioris templi erant obſcuræ & multùm acciſæ, ut communi gentium victori colla ſubdiderit etiam ſacer populus, ideò Alexandrum pro rege Ieroſolymarum à Turcis haberi ſuſpicor, & quod inde conſequitur, Atavis noſtri Salvatoris annumerari. Nam urbem ſanè victor ingreſſus eſt; quamvis propter occurſum Simeonis Iuſti, Pontificis ipſâ facie venerabilis, nihil hoſtile ſtatuerit erga dedititios: ut proditum eſt in Cabalâ R. Abrah. Levitæ, mox poſt init. f. 3.

הדור השני מאנשי כנסת הגדולה שמעון הצדיק ושמו עדו בן יהושע בן יהוצדק הכהן הגדול: בימיו בא אלכסנדרוס מלך יון לירושלם לאחר השמיד מלכות פרס ובקש להחריב ירושלם ולהגלותה פעם שנית בשנה מ׳ לבנין בית המקדש ויצאת שמעון הצדיק אליו וכשראהו המלך גדלו ונשאו ונתן לו שאילתו שלא להחריב הבית: ותמהו שריו שהיו יודעים שאמר להחריבה ולעולם לא חזר בדבורו ואל׳ דמות דיקנו של זה מנצח לפני במלחמות: והתנה המלך שכל בן שיולד לכהנים באותה שנה יקראוהו אלכסנדר על שמו ושיתחילו מנין שטרותיהן מאותה שנה שהיא שנת אלף לצאתם ממצרים: *generatione ſecundâ virorum Synagogæ magnæ fuit Simeon Iuſtus, nominè Addo, filius Ioſuæ, nepos I[illegible]ſedek, pontifex maximus. Illius tempore venit Alexander rex græcus Ieroſolymas, poſtquam evertiſſet regnum Perſiæ, quærens etiam Ieruſalem de-*

struere, & incolas transportare in exilium, alterâ vice, anno 40 post fabricam domus sanctuarij. Exivit verò Simeon ad eum; quem cum Rex vidisset, magni fecit & honoravit, atque annuit petitioni eius, neq; diruit templum. Id valdè mirati sunt Principes eius, gnari quòd omninò decreverit eam vastare, nec unquam solitus fuerit mutare propositum suum. Respondit autem illis: Imago simillima huic, vincit ante me in bellis. Itaque pactus est Rex cum Simeone, ut omnes filij qui nascerentur Sacerdotibus eo anno, vocarentur Alexandri de nomine suo; item ut inciperent æram Staros, *i. e. contractuum numerare ab illo anno, qui erat millesimus post egressum ex Ægypto (quo eodem Esdras & novissimi 3 Prophetæ, mortui esse traduntur, ibid.)* In libello Taanith c. 9. dicitur omninò procidisse coram Simeone, ac illum adorasse: ut ei hanc vilitatem exprobrârint comites, velut Maiestate regiâ indignam, & certo cum honoris periculo junctam. כיון שראה אלכסנדרוס מוקדון את שמעון ירד ממרכבתו והשתחוה לו אמרו לו מלך גדול כמותך ישתחוה ליהודי א״ל דיוקנו של זה אני רואה כשאני ירד במלחמה ונוצח *cum vidit Alexander Macedo Simeonem, descendit è curru suo, & pronus adoravit illum. itaq; dixerunt ei: an Rex tantus qualis tu es, adorabit Iudæum? (sine jacturâ existimationis?) Respondit: hæc Idea mihi apparuit, quando suscepi expeditionem, & ea vincit.* Si Rabini hoc factum soli recitarent, posset id haberi suspectum: quia verò ipse Iosephus, exploratæ fidei author, idem confirmat, non superest aliquis dubitandi locus. sic autem ille ad fin. l. 11. antiq. *Iaddus pontifex somnio monitus, progressus est cum sacerdotibus & urbanâ multitudine, pompâ quadam novâ & venerabili, usq; ad locum* Sapha *quod Speculam significat (Hebraicè* צפה*) cumq; Chaldæi milites sperarent sibi licere, quicquid iratus rex posset permittere, direptionem urbis, & pontificis exquisitum supplicium, planè contrarium evenit. Alexander enim ut vidit è longinquo candidatum populum, & sacerdotes amictu byssino, pontificemq;*

sicemq; in stolâ hyacintina, tiaram capite gestantem, cum insculpto Dei nomine, solus ad eum accedens Numen illud adoravit. quod Syriæ reges mirati sunt, vix credentes Alexandrum esse mentis compotem. itaq; Parmenio rogavit, ecquid hoc rei esset? cur qui adoretur ab omnibus, nunc adoret Iudæum? respondit non homini sed Deo hunc honorem exhibuisse, cuius iste sit pontifex. quem hoc ipso habitu, in Dio Macedoniæ olim viderit, cum de Asiæ imperio cogitaret. ab illo victoriam sibi promissam, benè hactenus cessisse. itaque visionis illicò se commonefactum. His dictis, unà in Templum ascendit, & ex præscripto pontificis ibi sacrum obtulit. ostensoq; sibi Danielis libro, in quo Græcum quendam Persas debellaturum prædixit, (cap. 8. v. 8. 21. & c. 11. v. 3. hunc ipsum se esse interpretatus, hilaris dimisit plebem, concessâ potestate ut patrijs legibus viverent, & septimo quovis anno à tributis forent immunes; tum si quis militiam eius vellet sequi, salvo ritu patrio id liceret. &c. Hinc ergò factum est, ut qui Iudæos habuit tributarios, illorum Rex legitimus fuisse crederetur à Turcis, & eà ratione in genus Christi regium intruderetur. Cæterùm illud etiam de Alexandro, non minus paradoxum est, quòd verum & naturalem Philippi filium fuisse, negant Arabes. tradunt enim à quodam Colo, nobili mœcho proseminatum, qui cum eius matre Karimah, stupri clandestinam habuerit consuetudinem, atq; ut adulterâ securè potiretur, Philippum ex insidijs interfecerit; propter hoc scelus vicissim occisus à filio. P. Teix. l. 1. c. 22. *Todos los escritores Parsios acuerdan, que Ascander no fue hijo de Philipo; à quien ellos dizen Faylakus: però que de su muger si, y dizen que reynando Philipo, un vazallo suyo por mombre Kolus, se enamorò de la Reyna su muger, y entendiendo que el medio mas acomodado para poder gozarla, era matarlo, lo puzo en execucion; acudiò à la rebuelta Ascandar accompannado de un Bara[illegible]us capitan suyo principal. y hallando al trydor Kolus lo matò por su mano: boluiose adonde estaua su padre Philipo quasi espirando, con quien hizo*

grandes extremos desentimiento y dolor. Philipo conociendo su muerte tomò Ascandar y pusolo en medio de todos los grandes del Reyno, que alli se hallauan, pidiendoles que lo recibiesen y obedeciesen por Rey, como hizieron. &c. Si Q. Curtij duo anteriores libri hodie superessent, fortassis de ortu Alexandri, & an Mœchi filius, eiusdemq; parricida fuerit, certius constaret. nunc autem quando ijs destituimur, videamus num id aliunde vel stabiliri vel confutari possit, quod tanto consensu Persæ asseverant. Sanè Plutarchus in Alex. & Iustinus l. 9. eam suspicionem valdè adaugent, fuisse Spurium: nisi quòd in appellationibus variantes, matri quidem notum illud Olympiadis, & eidem adhuc juvenculæ Myrtalis nomina tribuunt, eius verò amasium, legitimi mariti percussorem, vocant Pausaniam. nec aliud ex ipsorum relatione penitiùs inspectâ colligere possum, quàm ipsimet Philippo fuisse suspectam; ideò, ut furtivos amores celaret, nescio cuius numinis congressum simulasse. Huc enim facit, quod cum sponsus sponsæ ventrem, imagine Leonis obsignasse somniaret, vates eam accuratiori custodiâ sepiendam esse censuerunt. item, quòd maritus per ostij rimam, in amplexibus uxoris dormientis, draconem (fortasse larvatum) conspexerit accubare, quâ visione oculorum alterum perdiderit spectator intempestivus, & fascini metu ab eius consuetudine deinceps, velut veneficæ, horrens abstinuerit. Sed quid multis? videor à consequentibus id probare posse, quoniam repudiata fuit, & succedentis Cleopatræ frater Attaius, cum in ipsâ festivitate coniugali vino incaluisset, Macedones palam hortatus est, ut à Dijs iustum regni successorem, è novis hisce nuptijs postularent; quod Alexander audiens, & quid sibi vellet probè intelligens exclamavit: *an ego tibi sceleste! Adulterinus videor?* simulque scypho de mensâ correpto, novercam impetiit: unde ipsum Philippus ense stricto adortus est, & confodisset procul dubio,

niſi iam ebrius impegiſſet pede. Id magnarum deinde ſeditionum in hâc familiâ fuit occaſio, non niſi morte Philippi finitarum: quam omninò ab hâc ipsâ Olympiade procuratam eſſe credo, quia fugienti Pauſaniæ præparatos equos diſpoſuit, & intercepto nihilominus, ac ſupplicium paſſo, coronam auream, noctu clam impoſuit, adhuc in furcâ pendenti; refixum deinde corpus honorans & anniverſarias ei parentationes inſtituens ſolenniter. quid hæc omnia loquuntur aliud, quàm perditè vivum amaſſe, quem tantoperè honeſtavit infami morte plexum! & conſiliorum necis fuiſſe, ſi non architectam, ſaltem conſciam; quamvis iniuriæ per libidinem paſſæ querelam, toties fruſtrà delatam, prætenderit ille Sicarius. Cæterùm Alexandri fama, ex tanto temporis intervallo etiamnum, in oriente ita celebris eſt, ut vel barbariſſimi ac hiſtoriarum alioquin rudes populi, eius geſta recitare norint, atque ad ea velut cotem, ſuos acuere ſolcant animos. Teſtatur enim Levvenclavvius H. Muſul. f. 5. vitam ipſius ante annos circiter ducentos, à quodam Achmed Maulan doctore Turcico, vernaculis rhythmis deſcriptam, legi ſtudiosè, præſertim ab ingenijs militaribus, qui exempla fortitudinis inde ſibi petant. Idem etiam à Perſis fieri, quorum in linguam ſimiliter ſit translata, innuit noſter Teixera l. 1. ad fin. c. 22. *la vida y hechos de Aſcandar Zurkharnehen ô Alexandro, celebran los Parſios por marauillozos, & tienen eſcrito dellos muchos libros en proza y en rima, llenos de excelentes conceptos y ſententias, y Mirkond gaſta en referir los mucho tiempo, y eſcriue algunas coſas que pareſcen increibles.* Quod verò eundem hîc alio cognomine Zurkarnehen appellat, id vitioſum eſt, procul dubio Typographi errore, pro Zulkarnehen, vel potiùs *Dhul-karnain* poſitum, quod habentem duo cornua, ſive *Bicornem* ſignificat, & eſt ex Arabico ذُو الْقَرْنَيْن atque in caſibus obliquis paulò aliter, Accuſativo quidem

Dhal-

Dhal-karnain, Ablativo autem *Dhil-karnain* effertur. Et hoc etiam titulo, nec alio, Alkuranus Alexandrum indigitat, ſub fin. l. 2. Sur. El-kapha, num. 18. ubi ſuo more mira de ipſo nugatur, quomodo poſt longiſſimum iter ad extremum orientem penetrârit, ubi Solem invenerit in fonte luteo quieſcentem (fortè ut Poëtæ Oceano mergi, & refrigerari dicunt) unde aſcendat quovis manè. Item, alibi homines offendiſſe montanos, & ignoti ſermonis, quibus bellum inferre cogitarit; ſed à Deo prohibitum fuiſſe, nè quicquam illis noceret. ideò ſaltem eos à ſuarũm regionum termino ſecluſiſſe, ferramentis inter vicina ſaxa, velut obicibus interiectis, & cupro interfuſo munitis, quod clauſtrum iſti transmontani perfringere, nullâ vi queant. Nil dubito quin Caſpias pylas, iuxta mare Hyrcanum ſitas, intelligat, quæ vulgò *Derbenth* i. e. anguſtia, & à Turcis *Demir-capi* h. e. ferrea porta nominantur: quam Geographorum aliqui pravè *Amirali* nuncupant. poſt eas Alexander Iudæos recluſiſſe creditur; quamvis id neget Fr. Vincentius Beluacenſis, in ſpec. hiſt. l. 30. c. 89. Eſt is unicus è Tatariâ tranſitus in Perſiam, ut annotavit Haytho c. 47. locus ipsâ naturâ munitiſſimus, & verè mirabilis, qualem orbe toto alium non credo reperiri, quem pulchrè deſcripſit *il magnifico meſſer Ioſaphat Barbaro*, Reip. Venetæ legatus ad Perſas, in ſuo *Viaggio*, fol. mihi 50. *chi vuol partir di Perſia, di Turchia, di Soria, & delli paeſi che ſi trouano da indi inſu, & paſſar nella Scythia, conviene che entri per vna porta di queſta terra, & eſca per l' altra: la qual coſa, à chi altramente non intendeſſe il ſito de i luoghi, pareria mirabile, e poco meno che impoſſibile: & la cagione di queſto e, che dal mar di Bachu, al mar maggiore, per via dritta, come ſaria per l' aere, ſono cinquecento miglia; è tutto queſto terreno è pieno di Montagne, e valli.* Et poſt pauca: *doue ſi ritroua vna Montagna altiſſima, tanto che tra l' aſcender & il deſcender, caminaſſe due giornate.* item

fol.

fol. 51. b. *Dico di Derbenth una cosa laqual par marauigliosa, da una porta andando à questo luogo insin sotto le mura, si ritrouano uve & frutti di ogni sorte; & specialmente mandolari. Dal' altra porta non ui sono frutti, ne arbori alcuni, eccetto che cotogni saluatichi: & questo dura per dieci quindeci e uinti miglia da quel canto.* Atq; post hunc P. Iovius hist. l. 14. ant. fin. *Abruptæ Caspij montis rupes, usq; adeò ad mare coarctant iter, ut excisi fluctibus, devoratiq; in profundum eius littoris margines, vix duorum stadiorum aditum transeuntibus relinquant. Eâ enim formâ Derbenthum in editâ montium crepidine situm est, ut duobus ex quadrato lapide muris, ad mare deductis, inferiora ædificia, & navigiorum stationem, tanquam duobus brachijs complectatur, non maiore quàm trecentorum passuum intervallo: quod spacium singulis utrinq; Ferreis* PORTIS, *superstantibusq; propugnaculis, ita munitur, ut perpetuis custodijs, nisi clarâ luce & explorato littore viatores, nec admittantur, nec recepti intra portam, alterâ prius emittantur, quàm portorium persolvant.* Sed ut ad Alexandrum revertar; obscurum est, unde Arabibus Bicornis dicatur? Iac. Christmannus in notis ad Alfraganum (quem rectius Alpharganum scribere debuisset) fol. 56. existimat inde factum, quia utrumque Cornu mundi, orientale scilicet & occiduum subegerit. Mihi verisimilius est, nomen hoc è vaticinio Danielis esse haustum, qui cap. 8. v. 5. eum Hirco caprarum comparavit, animali Cornuto. Aliàs tamen Cornutos appellat etiam Arabica lingua, illos uxorum suarum Lenones, qui filios adulterinos educant pro genuinis. quo pertinet amarus ille jocus Mustaezami, postremi Chaliphæ Bagdadensis, qui Nazaraddino celebri Mathematico & Euclidis commentatori, librum offerenti, vitium id veluti patrium obiecit. Iuchas. f. 152. a. שמעתי ני'אנשי טוס יש להם קרנים ואיה הם קרניך: *audivi Tusæos (populares tuos, indigenas terræ Chorasan) habere cornua: ubinam tua sunt?* alludens ad inhonestum illum lenocinan-

nocinandi morem, quo mariti advenis viatoribus uxores locabant ſub ſpecie hoſpitalitatis, ut M. Pol. Ven. de provinciâ Camul refert l. 1. cap. 46. ſed hâc intempeſtivâ dicacitate, in peiorem partem ſuſceptâ, exitium ſibi & imperio accerſens. Iſta occaſione bicornis Alexandri: qui in hanc genealogiam irrepſit, loco alieno. nunc reliqua pertexam. Ab eius genitore Philippo linea ducitur ad ماثان *Mathan* cui bini aſſignantur filij, unus عمران *Imran* S. Mariæ parens: alter زكريا *Zacharia* Iohannis Baptiſtę pater, quem يحيي *Iachjay* vocat; perinde ut Alkuranus: nomine per punctorum trajectionem ex يحيى depravato. Eorum duobus præcipuè locis meminit Alphurcanus, nempe Suretâ Imran, ordine tertiâ; & Marjam ſive Mariæ, numero XIX. quæ ambæ ab his ipſis perſonis ita denominantur. Nam quem nos Eli putamus dici, Luc. 3. v. 23. & quem Epiphanius alio nomine Ioachimũ vocat, nimirum S. virginis Deiparæ genitorem, illum Saraceni appellant Imran; neſcio quâ traditione freti, digna tamen examine accuratiori. Quantum verò Zachariam attinet, refert de illo Muhammedes, locis allegatis, quòd cùm peracto ſacrificio, Deum pro filio rogaſſet, qui ſibi decedenti in officio ſuccederet olim, Angelus ipſi adhuc apud altare ſtanti apparuerit, & pollicitus ſit Iohannem, hoc nomine primum inter mortales, divinæ indolis puellum, patri morigerum, caſtiſſimum perpetuæ virginitatis cuſtodem, in verbis veracem, in factis probum, adeoque prophetam incomparabilem. quo nuncio cum Zacharias percelleretur, de promiſſi complemento ſubdubitans, in pœnam & coercitionem infidelitatis ipſi ſilentium triduanum à Deo fuiſſe indictum: quæ duplex eſt falſitas; quia ſilentium illud nec tàm

breve

breve, nec ascititium fuit aut arbitrarium, sed reale, quod vel nolenti contigit omninò miraculosè, ut revera mutus fuerit, & quamvis voluisset, animi tamen sensa non aliter quàm per nutus aut pugillares explicare potuerit, totos IX. menses. Luc. 1. v. 20. & 63. Quo autem genere mortis occubuerit Iohannes, nempe violento, id Musulmannos non latet. ideò fingunt in eius decollati cruore laneam telam coloris nivei fuisse tinctam, & ab Alaharo Damasceno illius ætatis Astrologo insigni asservatam, quæ oracula reddiderit, exudando sanguineas & recentes guttas, quoties aliquid novi portenderetur. Herm. Dalm. l. d. gen. Muh. circ. med. Cæterùm, quia nobis ex Evangelicâ veritate certum est, Iohannem procul ab hominum turbâ degisse in deserto, vitamque ibi præter aliorum consuetudinem tenuiter & privatim tolerasse, adeoq; ritum Baptizandi primoribus & Synedrio exosum introduxisse, Matth. 3. v. 4. ideò miror, quo respectu eum R. David appellet Pontificem. in Zæm. p. 1. fol. 36. b. הורודוס לקח אר״ת אשת אחיו פוליפוס בעודנו חי לו לאשה ויוחנן כ״ג בעבור חוכיחו על זה הרגו בחרב עם רבים מחכמי ישרא׳: *Herodes accepit conjugem fratris sui Polipi, cum ille adhuc in vivis esset, sibi in uxorem; & Iohannem Sacerdotem maximum, eò quòd ipsum redarguisset, occidit gladio, cum alijs multis sapientibus Israel.* fortasse confudit eum Author, cum Iohanne Hasmonæo, qui hoc officio functus est, docente Maymonide in præf. Seder Zeraim. cap. 6. יוחנן כהן גדול״ (כתים׃ הוא יוחנן בן מתתיה הידוע הנזכר בתפלות במלחמות מלכי יון *cum fit mentio simpliciter Iohannis pontificis (in Talmud) intelligitur filius Mattathiæ, notus ille ac memoratus in Tephillos (libello precum) & bellis Græcorum.* Extat verò illustris locus in Iosepho. l. 18. ant. c. 7. de cæde Iohannis Baptistæ, quem propter consensum cum Evangelicâ narratione Matthæi c. 14. nil gravabor adscribere; ut appareat quàm honorificè de hoc Salvatoris nostri

præcursore ac illius Baptismo senserit etiam homo circumcisus, veri Messiæ alioquin ignarus. sic autem ille: *apud Iudæos fuit opinio, justâ ultione numinis deletum Herodis exercitum, propter Iohannem qui Baptista cognominatus est. Hunc enim Tetrarcha necavit virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia, & inprimis pietatis ac justitiæ, simulque ad Baptismi lavacrum: quod ita demum Deo gratum ajebat fore, si non ab uno tantùm alterové peccato abstineant, sed animis per justitiam prius mundatis, addant & puritatem corporis. Cumq; magni concursus ad eum fierent, plebe talis doctrinæ avidâ, Herodes veritus nè tanta hominis authoritas defectionem aliquam pararet, quod viderentur nihil non facturi ex eius consilio, judicavit satius esse priusquàm novi aliquid exoriretur, illum tollere, quàm rebus turbatis, seram pœnitentiam agere: Itaq; vinctum missum in Machæruntem suprà dictam, ibi occidi imperat. quod factum secuta est Iudæorum existimatio, ab irato Deo perditum esse Herodis exercitum.* Porrò quòd iste Iohannes Bapt. Mariam attigerit propinquitate sanguinis, de hoc nullum est dubium: appellatur enim illius mater Elisabetha, huius virginis Cognata sive συγγενὴς Luc. 1. 36. qualis autem sit & quàm arcta cognatio, id ab Angelo non definitur expressiùs. credit Ecclesia Christiana, fuisse Iohannem Mariæ *Consobrinum*, è materterâ natum: Turcæ verò in præsenti genealogiâ faciunt eius *Patruelem*, genitum è patruo. gradus est æqualis & utrobique à communi avo par distantia: nisi quod nobis duarum sororum, illis verò fratrum liberi statuuntur. Manifestè autem errat Alkuranus, & cum alterâ Mariâ Veteris Testamenti confundit, quando eam Aaronis facit sororem. Suret. 19. quod pridem in meo discursu d. Orbo Deo Saracenorum notavi, p. 14. Et hinc alterum errorem enatum esse puto, ut ei patrem assignârit Imran, quem omninò עַמְרָם *Amran* Mosis & Aaronis genitorem intelligi suspicor. Exod. 6. 20. Alia etiam affingit ibid. Virgini-

gini-matri, quæ sunt adversus Evangelicam veritatem; ut quòd enixa sit filiolum suum iuxta viam in palmeto: quem nos perperisse scimus in diversorio iuxta præsepe, Luc. 2. v. 7. item quòd præ dolore partus, impatientiæ verba quædam effuderit: quam novimus Domini beneplacito, suam voluntatem semper subijcere solitam. Luc. 1. 38. Aliàs tamen agnoscit eius perpetuam & illibatam virginitatem, quòd absq; viri notitiâ conceperit hunc filium è S. Spiritu, prædicente id Angelo. Sed hæc omnia contaminat multiplicibus fabulis, more suo. ascribam ipsa formalia verba:

واذكر في الكتاب مريم اذ انتبذت من
اهلها مكانا شرقيا ۝ فاتخذت من دونهم
حجابا ۝ فارسلنا اليها روحنا فتمثل لها
بشرا سويا ۝ قالت اني اعوذ بالرحمن منك
ان كنت تقيا ۝ قال انما انا رسول ربك
لاهب لك غلاما زكيا ۝ قالت انى يكون
لي غلام ولم يمسسني بشر ولم اك بغيا ۝
قال كذلك قال ربك هو علي هين ولنجعله
اية للناس ورحمة منا وكان امرا مقضيا ۝
فحملته فانتبذت به مكانا قصيا ۝ فاجاها
المخاض الى جذع النخلة قالت يا ليتني
مت قبل هذا وكنت نسيا منسيا ۝ فناداها
من تحتها الا تحزني قد جعل ربك تحتك
سريا ۝ وهزي اليك بجذع النخلة تساقط
عليك

عَلَيْكِ رُطَبًا جَنِيًّا فَكُلِي وَاشْرَبِي وَقَرِّي عَيْنًا

Memento etiam (ait Deus ad Muhammedem) iu hoc libro Mariæ. Cum discessit à familiâ (vel cognatione) suâ versus locum orientalem (at Aegyptus ratione Arabiæ occidentalis est: respectu Palæstinæ verò sita in meridiem) & apprehendit clam illis latibulum (fugit ipsis inscijs.) Tunc ablegavimus ad eam Spiritum nostrum, qui assimilatus fuit coram ea, carni congruæ (h. e. apparuit instar hominis veri.) Dixit illa (pavefacta occursi viri) ecce refugio ad misericordem à te! (reformido te, ad Deum me vertens) num es pius? (esné sanctus aliquis homo?) respondit: utique sum ego legatus Domini tui, ut dem tibi puellum immaculatum. (afferam nuncium de filio) quæsivit ipsa: quomodo erit mihi puellus? non attigit me caro, (hactenus) neque (deinceps) ero concupiscens. respondit ille: Sic locutus est Dominus tuus; hoc apud me facillimum est, ut exhibeatur id miraculum hominibus, & ea misericordia, à nobis (Deo scilicet, pluraliter de se loquente) itaque contigit sermo ille decretorius. Cùm verò concepisset eum, discessit cum ipso in locum longinquum. & venit illi partus juxta truncum palmæ. tunc dixit: ô utinam ego mortua essem ante hoc! & fuissem oblivione deleta! (ecce verò aliud fictitium Alkurani miraculum! infans vix natus loquitur & matrem solatur) *inclamavit eam ille qui subtus ipsam erat; nè contristeris! jam posuit Dominus tuus sub te gaudium. excute juxta te truncum palmæ, dejiciet super te dactylum recentem, comede, sorbe, atque oculos refrigera, (ut à dolore laboriosi partus recreeris.)* Mitto cætera, quæ de voto Ieiunij atque Silentij annectit. item ea quæ Sur. 3. de privatâ illius educatione, apud patruum Zachariam, & fructibus in altari repertis, suaviter magis quàm verè commemorat: atque propero ad eius filium, Salvatorem nostrum IESVM Christum, qui hanc genealogiæ partem claudit: non viridi tantùm scripturâ, sed insigni etiam Epitheto, ab ipsismet infidelibus

Turcis

Turcis cohonestatus; hâc ipsissimâ forma, quam appingo. Significat ea, si in explicitas literas resol-



vatur پغمبر عیسی علیه السلام PROPHETA ISAI: SVPER QVEM SALVS. Prima vox *Pegamber* non est Arabica, sed idiomatis Turcici, & respõdet hebræorum נָבִיא atq; hoc loco κατ' ἐξοχὴν sumpta, denotat insignem illum Prophetam, Deut. c. 18. v. 15. promissum. Altera vox *Isai*, certæ originis est è salutari nomine ישוע quamvis Schin crassius, Arabico more in sibilum exiliorem sit conversum; & insuper finale ع Ayn, (quod aliàs Iudæi, per Apocopen, Talmudicis familiarem, rescindere solent) evidentiæ gratiâ, in ipso frontispicio locatum: ut ista Metathesis neminem turbare debeat, quo minus credat IESVM intelligi. Nam ipsa series generationum nos confirmat satis: nec unquam aliter in Alkurano appellatur: ubi semper adhæret mentio Matris عِيسَى اَبْنُ مَرْيَمَ *Isai filius Mariæ*, quoniam aliorum more, à quoquam patre terreno, denominari non potuit; aut nè quis de personâ dubitet. erat enim hoc nomen olim etiam alijs usurpatum, velut illi Iesu, cooperario Pauli, qui à Iudaismo conversus, cognominabatur Iustus. Col. 4. v. 11. & in hâc præsente genealogiâ, inter filios Bajazidis Ilderimi, aliquis nominatur Iesus, ut infra dicam. Turcæ enim nihil verentur, etiam sanctissimorum nomina filijs indere, ipsius adeò Muhammedis, quem tantopere cæteris præferunt. (de Magnatibus loquor, non plebeijs, quibus temerè Principum nomina usurpare nefas est.) Nos verò Christiani, qui scimus in hoc nomine flecti omne genu cœlestium ac terrestrium, etiam inferorum, Phil. 2. v. 10. & eius etymologiam huic soli competere, qui populum suum à peccatis salvum fecit.

Matth. 1.

Matth. 1. 21. meritò abstinemus ab hac ὀνομαθεσίᾳ; quadam religione. quamvis ab altero eius cognomine עִמָּנוּאֵל Esa. 7. 14. mysteriorum plenissimo, haud æquè temperemus: quod *Immanuel* per I, non E, scribendum est. Cæterùm, Iesu nomen Turcis alioquin ita est honorabile, ut eo tanquam adversus omne infortunium efficacissimo, in suis *Chamailis* abutantur. sic vocant Amuleta per suos Talismanlar sive Sacrificos, magicâ devotione confecta & in schedis circumvolutis descripta, quæ preculis quibusdam, circulis alijsq; characteribus constant. Ea sacculo serico inclusa, de collo suspendunt, aut in sinu sub pectore gestant; unde ἐγκόλπια nominantur ab hodiernis Græcis: ut mihi prodidit Hieromonachus ille Berrhoënsis Macedo, Dn. Metrophanes Kritopulus, Amicus, & non ita pridem hospes noster. Etiam equis appendunt in bellum ituri, vel camelis, profecturi Meccham: quòd ad victoriam facere, & contra omnes occursus infaustos, fascinationes ac veneficia, maximè adversus oculos malignos (ut ipsi loquuntur.) hoc est, Invidiam, valere credant. Eiusmodi exemplar asservat hîc publicè Academica Bibliotheca: in quo nomen IESV visitur, cum encomio, quòd sit *Spiritus Dei*, hoc modo scriptum عيسى روح الله *Isai ruch Allah*. ita nempe Dæmon ipse veritati testimonium perhibere cogitur, vel invitus; ut & olim fecit, Filium Altissimi confessus, Luc. 8. v. 28. Sed audi aliquid amplius, quod vix crederes, nisi P. Teixera referret, homo non minoris fidei, quàm fuit experientiæ. Colitur nempe, adeoquè adoratur etiam Isai sive Christus noster, in sacellis nomini suo salutari dicatis, inter medios infideles populos, ab ipsismet Muhammedanis aliquibus. non loquor de Christianis ex professo, passim in orientis imperio toleratis (qui tamen pleriq; sunt Nestoriani, Iacobitæ, Armeni, vel alterius hæreseos notâ commaculati) quod parùm est, &

per

pervulgatum: sed de ipsis Musulmanlar, qui nostris Biblijs destituti, ex solius Alkurani mentione, quam de Christo facit plurimam, & (uno excepto) valdè honorificam, tantùm profecerunt, ut eum apertè colant, licet nondum plenè cognitum. sicut olim Athenienses Ἀγνώστον Θεὸν Act. 17. v. 23. utinam verò ipsorum ille similiter misertus, mitteret aliquem Paulum, quo revelante, noscerent melius. Narrat autem Teixera, cum prope Bazoram, urbem in confinio Persidis & Arabiæ sitam, secundo Tigri veheretur animi gratia, Saracenos comites suos, ex ipsâ navi subito erectos, devotissimè adorasse versus cuiusdam Anachoritæ domicilium, ultra ripam in opposito conspectum, quod filio Mariæ unà cum circumjacente agro palmarum feracissimo, consecratum sit. Authoris verba sanè memorabilia sunt hæc, in Itinerar. Indic. ad fin. cap. 3. *Boluiendo por el rio abaxo, que verdaderamente es aplazible; en cierto parage vide leuantarse los Moros, que venian con migo en la embarcacion, y hizieron oracion con mucha attencion: mirè hazia la parte, par adonde ellos oravan, vide con los ojos en una casa como hermita, que estaua ribera del rio, pergunte les que cosa era aquella, respondieron me, que era dedicada à* Iça ben Marjam, *que es Iesus hijo de Maria, monstrando me buena quantidad de tierra y palmares, que estauan applicados à su fabrica y seruicio. Que me causó espanto, porque aunque sabia que los Moros lo veneran mucho, llamandole* Ruyaláh, *que es Espiracion de Dios, nunca hauia sabido, que le dedicasen Templo.* Incidit & aliud hucspectans, quod memini legisse in Arabica Geographiâ, sectione 5. climatis 4. fol. 227. juxta distinctionem exemplaris Besoldiani. Nam ibi nominat نهر عيسى *flumen Iesu*, quod exoneretur in Euphratem, inter urbes Heit (ubi fons picem ebullit) atq; Bagdad. id omninò eam viciniam sacelli Iesu præterfluere oportet. Hîc à mappis Asiæ subsidium aliquod jure postularem: sed Geographi nostri, extra Europam nil

ſciunt minus, quàm hoc ipſum quod profitentur; ut exemplis quàm plurimis aliquando evincere confido. interim perſuaſum habeo eſſe illud flumen, quod Ptolemæus lib. 5. cap. 20. cum Euphrate jungi tradit ad grad. long. 79. lat. 34. & in exemplari Græco *βααρσάρης*, in Latino Baſileenſi *Maarſares*, in Romano autem antiquo *Maarſag* appellatur: procul dubio vitiosè pro *ναάρσαρης*. quia etiam Caſparus Balby gemmarius Venetus, in ſuo itinere cuiuſdam loci *Nareiſa* meminit, inter Felugiam & Babel, ubi pernoctârit. Vt verò evidentius intelligatur, quanti IESVM faciant etiam Turcæ, attendamus CL. quondam Theologi noſtratis D. Gerlachij teſtimonium, qui rem non auditam refert, ſed proprijs uſurpatam oculis & percognitam quando cum S. Cæſ. M.tis ad Othmanicam portam legato & oratore Dav. Vngnadio L. B. in Sonneg. &c. Conſtantinopolin profectus, in urbe aliquandiu egerat: accidiſſe ait; ut Iudæus qui cum Chriſtiano Græco litem haberet, adverſario ægrè facturus, Chriſtum per inſignem contumeliam, & hiſce verpis conſuetam, appellarit מַמְזֵר *Mamzer* i. e. ſpurium, incerto patre natum. (ignoſcat Salvator meus! repetenti cum horrore) rem illicò ad قاضي *Kadi* ſive Iudicem inferiorem, inde ad ipſum Imperatorem fuiſſe delatam, atteſtantibus factum Turcis qui fortè præſentes audiverant: & quoniam cauſa meritò gravis habebatur, iuſſu Sultani Moradis, ipſum مفتي *Mufti* h. e. Pontificem illorum ſuper hoc negotio conſultum, reſpondiſſe; quòd ſententiæ Doctorum, ſive interpretum Alkurani varient. plurimis capitale cenſeri, ut qui maledicat magno Prophetæ *Iſai bno Marjam*, pectoretenus in effoſſam terram defixus, eminenti parte vel obruatur lapidibus, vel ſuperſtructo rogo cremetur: cæteros verò qui mitiſſimè ſentiant (ſi tamen lenta mors celeri mitior eſt habenda) ſtatuere, ut vel ad perpetuos carceres talis damnetur, vel continuis 40.

die-

diebus vapulet quotidie. Ac ita judicatum esse in

esse posset, si quis forte talia legens, de veritate inciperet dubitare, quasi agnus ille paschalis merito suo esset occisus, quo fine Diabolus procul dubio astum hunc est commentus, ut ex eâ nominum conformitate fraudem captaret: quemadmodum similitudine formarum aliquando sapientes fuisse deceptos legimus. & de Laodice refert Valerius Max. libri 9. cap. 15. astipulantibus etiam Plinio ac Solino, quòd postquam interfecerit maritum, regem scilicet Antiochum, ut scelus dissimularet, Artenium quendam ex plebe Syriacâ, occisi perquàm similem, in lectulo velut ægrum collocârit, eâq; vultus ambiguitate plebem admissam egregiè fefellerit, quasi naturaliter moriturus, viduam & orphanos commendaret ipsis, ac de Regni successione voluntatem suam publicè testaretur. Rationes autem, quòd Iesus ille Talmudicus, culpâ suâ punitus, minimè sit noster IESVS Nazarenus, multæ sunt & evidentes. earum præcipuas tantùm attingo, quia properandum est. 1. Natales discrepant plurimùm. Noster quidem Salvator, filius fuit Mariæ, Iosepho desponsatæ, quod omnes populi norunt, & etiam Saraceni fatentur, ut dixi: Talmudicus autem ille patrem habuit quendam Paphon & avum Iehuda, matrem verò Pandeiram. quod bini textus diversis locis tradunt uniformiter; ut à Iudæis minùs negari possit. Mass. Sanhedrin. cap. 7. Arba mitos pag. 67. fac. a. circ. med. in Gemara: Item Massichta Schabbas, capite Habbone, quod est numero XII. pag. 104. b. med. בן סטדא בן פנדירא הוא אמר רב חסדא בעל סטדא בועל פנדירא בעל פפוס בן יהודה הוא אלא אימא אמו סטדא אמו מרים מגדלא נשי הואי כדאמרי בפומבדיתא סטת דא מבעלה *Filius Satdæ filius Pandeiræ fuit: Dixit Raf Chasda: maritus Satda; amasius Pandeiræ, maritus Paphos filius Iehudæ fuit. At quomodò mater eius Satda? Mater eius Mirjam, comptrix mulierum fuit. sicut dicunt in Pompeditha (Schola Babyloniæ ad Euphratē:) Satath-da (h. e. declina-*

declinavit ipsa) à viro suo. Est aliqua fateor in his verbis obscuritas, non tantùm ob defectum distinctionis, quæ in universo Talmud omittitur (ut vocalium absentiam facilius feram) sed præcipuè propter nominum peregrinitatem, de quibus non statim apparet, utra sint virilia vel fœminina. Itaq; Glossæ marginales consulendæ sunt, quæ sic habent, ad verba priora: בן סטדא: בעל אמו סטדא שמו: סטת דא על ש״ם שזינתה קרי ליה הכי *Filius Satdæ: marito matris suæ Satda nomē erat. Sathath-da: propterea quòd fornicata erat, vocatus ipse sic.* ad posteriora verò: בעל סטדא בועל פנדירא: ונקרא על ש״ם בעל אמו אף על פי שהוא היה ממזר *Vir Satda, maritus Pandeiræ: at vocatur de nomine mariti matris suæ, quamvis ipse fuit spurius.* Sensus est: quia Talmudicus ille fuit *Mamzer* sive spurius, itaq; duos patres assignant, unum naturalem, alterum putatitium. non ab illo sed isto scilicet Satdâ denominatum ferunt, & vulgò *Filium Satdæ* appellatum, honestiori titulo quàm mereretur aut moris esset: quod coniugij velum ista tegeret. Naturalem verò patrem, mœchum scilicet matris, appellant Paphum. itaque neuter horum, nec Satda, neq; Paphos, quicquam commune habet cum pientissimo castissimoq; Iosepho nostro. quæ omninò est notabilis diversitas, Iudæorum perfidiæ seriò inculcanda. Quod verò Mariæ cuiusdam comptricis mentio aspergitur, est ea insignis & manifesta fraus R. Chasdæ, qui vel hâc solâ meritus est exilium illud *Agam* sive Persidis, in quod ejectus fuit postquam Academiæ Surensi (quæ aliàs מתא מחסיא *urbs tuti receptus,* à Rabinis cognominatur) totos 22. annos ut Rector præfuerat, & interea XII. mille discipulos numeraverat successivè. Zæm. Dav. f. 46. a. Nam ea Maria multò serius, tempore scilicet Raf Bisi, minimùm tribus seculis post B. Virginem nostram vixit, quod iterum è Talmud probabo, ut Mendacia huius impostoris toti mundo prodam: Mass. Chagiga c. 1. p. 4. b.

רב ביבי בר אביי היה שכיח גביה מלאך המות א"ל לשלוחיה זיל אייתי לי מרים מגדלא שיער נשייא אזל אייתי ליה מרים מגדלא דרדקי: וכו' *R. Bibi filius R. Abay; fuit repertus apud illum Angelus mortis, (erat enim famosissimus Necromanticus, & Spirituum adjurator) dixit ministro suo: affer mihi Mariam contorquentem cincinnos fœminarum (* die den Weibern Zöpff geflochten. *ut hanc phrasin Chaldaicam, R. Nathan in Aruch exponit: nam lexica nostra in talibus & plurimis deficiunt) ivit & adduxit ipsi Mariam, comentem juniores (capillos crispantem.)* & cætera. non opus est addere nugas reliquas, quæ nihil ad rem faciunt: sufficit docuisse, quòd fuerit coætanea R. Bifi. quando autem iste vixerit, non equidem ita præcisè scio; quia tamen filius Abay nominatur, qui floruit Anno Iud. 4085. cadit utiq; in generationem quartam Amoræorum, ut Rabini ætates mundi distinguunt, h. e. nostro more, in tempora Constantini magni. 2. Consimili argumento à tempore probo duos esse diversissimos Iesus. nam ille Talmudicus statuitur fuisse synchronus Iosuæ f. Perachiæ, à quo velut præceptore sit excommunicatus, ut infra dicam. vixit autem iste Iosua diu antè quàm Pompeius de Iuda sceptrum auferret, allectus à fratribus Aristobulo & Hircano de successione contendentibus; nempe in diebus patris illorum Alexandri Iannæi, qui Rex simul & Sacerdos existens, levi offensâ motus, Pharisæos persequebatur. eius ergo iram ut effugeret Perachiades, in Ægyptum aliquandiu secessit. Talm. Sota. cap. 9. fol. 47. יהושע בן פרחיה מאי היא כדהוה קא קטיל ינאי מלכא לרבנן שמעון בן שטח אטמינהו אחתיה ר' יהושע אזל ערק לאלכסנדריא של מצרים כי הוה שלמא שלח ליה שמעון מני ירושלם עיר הקודש ליכי אלכסנדריא אחותי בעלי שרוי בתוכך ואני יושבת שוממה *Iosuæ filio Perachiæ quid contigit? cum occideret Iannai Rex Magistros nostros, Simeon f. Schætach, occultatus fuit à sorore suâ (conjuge regis irati) sed R. Iosua discedens fugit Alexandriam*

Aegypti.

Aegypti. Factâ verò pace, misit ei Simeon. (Epistolam revocatoriam, hâc formulâ.) Ex me Ieruschalaim urbe sanctâ, Tibi Alexandriæ sorori meæ! (ita compellat honorificè, propter sociam ibi Synagogam, Iudæorum semper hospitam.) Herus meus commoratur intra te; Ego autem sedeo desolata (instar viduæ. in Hebr. est metaphora uxoris, cujus peregrè abest maritus. q. d. redde mihi meum Doctorem. &c.) Etiam Simeon ille cuius meminit, alter coætaneus Talmudici hominis, floruit A.°3621. computante Zæm. fol. 30. b. At noster Iesus Nazarenus multò pòst, Herodis & Augusti tempore demum natus est, quod omnium historicorum consensu, profanorum æquè ac Iudæorum, ita stabilitur, ut nemo sanus contradicere ausit. Vnde & ipsi Rabini, nolint velint, cum Hillelis & Schammai diebus ascribunt. Kabal. R. Abr. Lev. m. fol. 9. Zæm. p. 2. f. 21. b. Intersunt itaque inter ambos anni CXXX, & plures etiam, si usq; ad passionis annum numerare velimus, qui in Tiberij ætatem incidit, ut Corn. Tacitus notavit, scriptor minimè Christianus, ob id ipsum nec suspectus paganis. Annal. l. 15. circ. med. *Abolendo rumori Nero subdidit reos (quibus culpam incensæ urbis imputaret) & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos, vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis eius CHRISTVS, qui Tiberio imperitante, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Repressaq; in præsens, exitiabilis superstitio rursus erumpebat, non modò per Iudæam originem eius mali, sed per urbem etiam: quo cuncta undiq; atrocia & pudenda confluunt celebranturq;. Igitur primò correpti, qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, haut perinde in crimine incendij, quàm odio humani generis convicti sunt. Et pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi; atque ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis urerentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat, habitu aurigæ permixtus plebi, vel circula insistens.*

insistens. unde, quanquam adversus sontes, & novissima exempla meritos, miseratio tamen oriebatur: tanquam non utilitate publicâ, sed in sævitiam unius absumerentur. Animadvertentes hanc enormem temporis discrepantiam Rabini, causantur numeros annorum nobis esse corruptos. Idem Abrah. in Kab. fol. 5. אפש״ר שהם טוענים כל כך לאמר שלא עמד הבירה ומלכות ישראל אחר תלוהו אלא מעט ומסורת אמת היא בידנו מהמשנה והתלמוד שלא החליפו שום דבר *fortassis ita ratiocinantur dicendo, quòd templum & regnum Israël post ejus crucifixionem, non steterit nisi brevissimè. Sed veritatis traditio est penes nos, ex Mischna & Talmud, qui non mutarunt, nè tantillum quidem.* At non vident stultissimi mortalium, quamvis in Chronologiam natalis Domini, errorculus aliquis irrepserit (ut sanè docti fatentur, minimùm quatuor annos Epochæ vulgari deesse) intervallum tamen inter Iosuam Perachiadem & Hillelem, nihilominus manere idem, adeoque totum seculum excedere; quamdiu Iesum vixisse neutiquam concedent. 3. Talmudicus ille discipulos habuit, & pauciores numero, & nominibus omninò diversos. Mass. Sanhedrin. Cap. Nigmar haddin. 6. fol. 43. ת״ר חמשה תלמידים היו לו לישו מתאי נקאי נצר ובוני ותודה, *tradunt Magistri nostri, QVINQ; tantùm discipulos fuisse huic Iesu, scilicet Mattai, Nakai, Nezar, Boni & Toda.* Noster verò non solos XII. Apostolos vocavit, perpetuos vitæ suæ comites, auditores doctrinæ ac miraculorum testes, quorum nomina recensentur Matth. 10. 2. sed præter illos etiam alios LXX. emisit in messem suam, ἀνὰ δύο semper binos & binos, Luc. 10. 1. Nec est ut quis fortè sciolus argutetur in nominibus, quasi ad S. Matthæum vel Thaddæum aliqui alludant. contingit enim hoc fortuitò, ac merè accidentaliter; sicut centum Iudæos nominare possem, qui omnes Abrahami pariter, Eleazari vel Simeones appellantur: ut Nakai, Nezar & Boni taceam, quibus consonum

aliquid

aliquid in Evangelijs haud reperies, quod ullo modo huc torquere poſſis. Nihilominus tamen veros noſtri Salvatoris diſcipulos, Talmud non omninò reticuit. meminit enim S. Iacobi, & honorificè quidem, ac ita, ut agnoſcatur omnipotentem habuiſſe Magiſtrum, & fuiſſe coætaneus Eliezari magni, qui urbis excidium vidit ſub Veſpaſiano: quod novum nobis argumentum ſuppeditaret, niſi nunc rerum ſummas tantùm perſequerer. Afod. Zara. c. 1. f. 17. a.
פעם אחת הייתי מהלך בשוק העליון של ציפורי ומצאתי אחד מתלמידי ישו הנוצרי ויעקב איש כפר סכניא שמו אמר לי כתוב בתורתכם לא תביא אתנן זונה: *vice quadam deambulavi (ait Eliezer ille, filius Hirkani, cognomento Magnus, ad R. Akibam) in foro ſuperiori urbis Zipori (ea Sepphoris eſt, Galilææ civitas, cuius mentionem facit Ioſephus lib.* 3. *de bell. c.* 1. *ad fin. ab Herode muro cincta. id. l.* 18. *ant. c.* 3. *quam Brocardus Mon. Sephoron appellat, & S. Ioachimi patriam facit. alio nomine Dio cæſarea. VVolf. VVeiſſenb. in deſcr. t. s. & Ortelius in Syn. ex Egeſippo) ibi offendi quendam de diſcipulis Ieſu Nazareni, cuius nomen erat Iacob, vir è pago Sechaniâ (videtur Sicinam h. e. Sichem intelligere) is ad me dixit: ſcriptũ eſt in lege veſtrâ (Deut.* 23. 18.) *non afferas mercedem proſtibuli. &c.* Atque commemoratur eodem capite, quod claruerit virtute miraculorum, & deſperatos etiam morbos, in nomine Ieſu Magiſtri ſui, ſanâſſerit: nec tamen ab eo curari paſſus ſit R. Iſmaël ſuum ex ſorore nepotem Ben-Dema, ictum à ſerpente, ſed pertinaciâ plus quàm Stoicâ, h. e. verè Iudaicâ, maluerit mori eum, quàm hoc modo convaleſcere: quamvis miſer juvenis, ex verbo Dei probaturus erat, licere bonum opus à quolibet adminiſtratum ſuſcipere fol. 27. b. לא ישא ויתן אדם עם המינין ואין מתרפאין מהן אפילו לחיי שעה. מעשה בבן דמא בן אחותו של ר׳ ישמעאל שהכישו נחש ובא יעקב איש סכניא לרפואותו ולא הניחו רבי ישמעאל ואמ׳ לו ר׳ ישמעאל אחי הנח לו וארפא ממנו ואני אביא מקרא מן התורה שהוא מותר ולא

חספיק לגמור את הדבר עד שיצתה נשמתו ומת קרא עליו ר׳ ישמעאל אשריך בן דמא שגופך טהור ויצתה נשמתך בטהרה ולא עברת על דברי חביריך שהיו אומרים פורץ גדר ישכנו נחש: *nil participet homo cum hæreticis (vel heterodoxis) nec etiam curetur ab ijs, nè ad vitam horæ quidem (in summo periculo, quamvis è præsenti morte liberari posset.) Exemplo Ben-Demæ, filij sororis R. Ismaël (Authoris* 13 *Middos. i. e. Syllogismorum, quos deblaterant quotidiè) quem icerat anguis. Venit quidem Iacobus Sechanites, ut sanaret eum: sed minimè permisit illud R. Ismael. Inquit (ægrotans) ô frater Ismaël! (sic more huius linguæ Avunculum compellans) largire quæso, ut convalescam ab illo: adducam ego textum è lege, quod illud facere liceat. non tamen assensit implere votum eius, donec exhalaret ille spiritum. Morientem itaque sic allocutus est: Beatus es mi fili! quia è corpore puro, emigrat anima pura. hoc ipso comprobas, quòd non sis transgressus præcepta Doctorum; dicentium, (ex Eccl.* 10. 8.*) qui dirumpit sepem (id ad suas traditiones detorquent) eum coluber mordebit.* In margine annotatur è Talmud Ieruschalmi, Iacobum non adhibuisse medicamenta, sed sanare solitum בשם רבו ישי *in nomine sui præceptoris Iesi*, (ut & Petrus claudum Actor. 3. 6. ubi notandum est, id sic hebraicè, non per Vav sed Iod scribi, ac nè pro errato librario habeatur, iterum ita repeti; quasi omninò differentiæ causa factum sit, & ipsi etiam Talmudici Nazarenum ab altero distinguant. 4. Maximè verò discrepant mores amborum, & culpa mortis; ut neutiquam uni personæ congruant. Ille Talmudicus palam fuit Idololatra, qui fictiles Deos adorare jussit, & propter id crimen damnatus est, quod populum seduxisset à Deo vivo ad statuas exanimes. Lib. Sanhedr. cap. ult. Chelek. f. 107. b. & ijsdem penè verbis Mas. Sota c. 9. loco supra citato: אזל זקף לבינתא פלחא והשתחוה לה *abiens (post excommunicationem, ut ægrè faceret Præceptori) erexit lateritium (sive luteum idolum) veneratus illud, atq; pronus ado-*

nus adorans. Quis verò tale quid unquam de Iesu Nazareno inaudivit? qui totus quantus est, hoc scelus abominatur extremè, ac solum potius DEVM adorare jussit, Matth. 4. v.10. annon existimamus, accusatores ipsius id cupidissimè ad Caipham delaturos fuisse, si vel umbram criminis eius novissent; quando in defectu veræ culpæ, frivolum quid de minis destruendi templi comminiscebantur, nec aliud plausibilius contra innocentissimum caput reperirent, etiam conductitij testes falsi. Matth.26. 60. Cætera minutiora, quæ ibidem commemorantur, de mollitie oculorum illius Talmudici, quòd cauponam in itinere lasciviùs aspexerit, eapropter à præceptore comitè sit reprehensus, omitto sciens: quia nec ipsos Iudæos latet, quàm rigidus exactor sexti præcepti fuerit noster Iesus, qui Matth.5. v.28. solos nutus vagos Adulterio æquiparat, damnatque, oculos potius eruere suadens, quàm tale quid admittere. Audiatur Iosephi, gente quidem ac mente Iudæi, sed Rabinorum quoq; judicio veracis historici testimonium, quod de Salvatore nostro perhibet l. 6. antiq. c. 4. *Eodem tempore fuit IESVS, vir sapiens (si tamen virum eum fas est dicere: erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera suscipiunt: plurimosq; tàm de Iudæis quàm de Gentibus, sectatores habuit) Christus hic erat: quem accusatum à nostræ gentis principibus, Pilatus cum addixisset cruci, nihilominus non desliterunt eum diligere, qui ab initio ceperant. Apparuit enim eis tertiâ die vivus, ita ut divinitus de eo vates hoc & alia multa miranda prædixerunt: & usq; in hodiernum Christianorum genus ab hoc denominatum, non deficit.* Et nè fides authoris apud Iudæum periclitetur, quæso vide paradoxum! quomodo eum R. David. ipsis præferat scriptoribus Talmudicis, parte 1. sui Zæmach. f. 38. b. יוסף בן גוריון הכהן מיחוסי הכהנים שבירושלים ומשוח מלחמה: ואם מקצת דבריו בענין טיטוס נראין כסותרין את דברי רז״ל אשר בפ׳ הנזיקן מ״מ

תדע מאחר שזה האיש היה גדול בחכמה ובתבונה איש צדיק וישר והוא קודם בזמן מחכמי הגמרא כמה מאות שנה וראה את כל הנעשה בימיו על כן אין אנו מחזיקין אותו לסופר הבלתי נאמן: *Iosephus filius Gorion (at ipse nominat se filium Matthiæ) fuit de prosapia Sacerdotum in Ierusalem, unctus ad bellum (h. e. Sacerdos castrensis, de quorum officio & authoritate pridem in Iure Regio tractavi, Theor. 18. f. 140.) Quamvis verò quædam ejus verba, materiæ de Tito, videantur contradicere sermonibus Rabinorum nostrorum piæ memoriæ, qui habentur in capite Nezikin (quod est quintum in libro Gittin) scito tamen, quia vir iste magnus fuit sapientiâ & intellectu, præterea probus & rectus, tùm verò anterior in tempore Doctoribus Gemaræ, aliquot seculis, qui vidit ipse cuncta quæ contigerunt suis diebus: ideò non teneamus eum pro scriptore haud veraci.* 5. Pergo ad capitale judicium utriusq;: ubi non minor est diversitas, quàm erat hactenus. tum in processu criminali, tum in ipso supplicio. Quod prius attinet, aiunt illum Talmudicum, non accuratè tantùm antea examinatum fuisse, nè vis fieret innocenti, sed & postquam criminis convictus, ac ipsemet fassus esset, longissimam ei moram 40. dierum concessam, si fortè interea quid aliud ad sui liberationem vel ipse comminisci, vel quilibet è plebe, miserationis gratia potuerit afferre: quorum nihil in passione nostri Salvatoris contigit, ubi processus adeò fuit acceleratus, ut cum vesperâ caperetur in horto, postridie statim sit damnatus, nec tot horarum, quot illi dies nominant, spacium habuerit. Nunc stabiliam ea quæ dixi, è Talmud, nè quis in re paradoxâ, de fide meâ dubitet. Sanhedr. cap. 7. pag. 67. כיצד עושין לו (למסית) מדליקין לו את הנר בבית הפנימי ומושיבין לו עדים בבית החיצון כדי שיהיו רואין אותו ושומעין את קולו והוא אינו רואה אותן והלה אומ׳ לו אמור מה שאמרת לי ביחוד היאך נניח את אלהינו שבשמים ונעבוד עז אם חוזר בו מוטב ואם אמר כך היא חובתינו וכך יפה לנו העדים ששומעים מבחוץ מביאין אותו לבית דין וסוקלין אותו: וכך עשו לבן סטדא:

כטרא: *quomodo procedunt cum Seductore? accendũt ipsi lucernam, in intimo conclavi, collocant autem testes (rectius Observatores vel Auscultatores) in domo exteriori, qui cernant illum (per foramen parietis intergerini) & audiant vocem eius (clarè) ipse verò (reus) non videat illos. Deinceps ait ipsi (simul inclusus Insidiator) repete mihi quod nuper dixisti secretò (cum soli essemus) quomodo relinquere debeamus Deum qui in cœlis est, & servire Idolis extraneis! quòd si pœnitet, benè habet: sin verò fatetur crimen, & id pulchrum ducit sibi, tunc demum testes qui audiunt exterius, adducunt illum & sistunt Synedrio, ut lapidetur. Atq; sic fecerunt FILIO SATDÆ (h.e. illi pseudonymo Iesu, quem ita denominari, supra probatum est.* Eod. lib. cap. 6. f. 43. a. in Mischna simul & subseq. Gemarâ: מתנ' אם יצא ליסקל כרוז יוצא לפניו איש פלוני בן פלוני יוצא ליסקל על שעבר עבירה פלונית ופלוני ופלוני עדיו כל מי שיודע זכות יבא וילמד עליו: גמ' בערב הפסח תלאוהו לישו והכרוז יוצא לפניו מ' יום יוצא ליסקל על שכישף והסית והדיח את ישראל מי שיודע לו זכות יבוא וילמד עליו ולא מצאו לו זכות: *si quis exit ut lapidetur, preco antecedit illum (clamans) vir talis (in hebræo est Ploni, quod Græco Δεῖνα respondet, atq; Anonymum notat) filius talis, egreditur ut luat mortem, eò quòd commisit crimen hoc vel illud. Et N. N. sunt eius testes. Quicunq; igitur novit innocentiam eius, accedat ut doceat eam. Sic in vesperâ paschali fecerunt Iesu, postquam proclamatum esset ante illum totis quadraginta diebus: educetur iste, qui fascinavit, & seduxit, & impulit Israel. Si quis ergò novit innocentiam eius, adveniat & demonstret eam. sed non invenerunt ullam excusationem.* Nostro autem Salvatori testimonium innocentiæ, præter alios, vel ipse Iudex Pilatus dedit, manuum lotione Matth. c. 27. v. 24. innoxij sanguinis effusionem à se removens in capita furiosæ plebis Iudaicæ. Ergò fuit omninò alius.

6. Quid autem de ipsâ supplicij diversitate dicam? Pseudo-Iesus ille fuit lapidatus; Agnus verò noster, qui tollit mundi peccata, crucifixus: quod Iudæos adeò non latet, ut eum

per ignominiam vocent תָּלוּי *Talui, h. e. suspensum*, (id nos tamen potius honorificum habemus, & meritò, nec in aliâ re magis gloriamur. Gal. 6. 14.) ipsamq; adeò B. Matrem eius, in fœminino genere תְּלוּיָה *Telujah*; ut quando nominare volunt herbam, **S. Marien Kraut**/ vel monetam, **ein Marien Groschen**. aut ubi metu Christianorum expressè sic appellare verentur, circumscribunt metaphoricè, ac vocabulis è textrinâ petitis, crucem eius vocant שְׁתִי וְעֵרֶב *Stamen & subtegmen*, à figurâ decussatâ, quam in pannis habent fila. & hoc ipsum ut etiam occultius faciant, præsertim in libris, ubi subolfaceret nostrum aliquis aut linguæ peritus, nudè per initiales literas שׁו׳ notant. Quod omne hâc de causâ commemoro, ut confessâ crucifixione, liquidiùs appareat, quàm diversus sit ab illo, quem ipsi lapidibus tradunt obrutum, locis jam allegatis, quæ denuò repetere nil opus est. Id solum addo, nè quis restet scrupulus, rituum Iudaicorum ignaris: consuevisse lapidatorum cadavera etiam horas aliquot, usq; ad ☉ occasum suspendere; ut in Iure Regio notavi fol. 99. verùm quia id mortuis demum fiebat, Christus autem vivus fuit crucifixus: præterea supplicium istius non Iudæo, sed Romano prorsus more administrabatur, quem doctissimè Lipsius descripsit, in Libel. d. cruce: (ubi crucigerum cum utroq; ligno rectè pingi negat) ideò frustra fuit R. Lipmannus, qui Evangelistas hinc arrodere conatus est; ut Munsterus ad Matth. 27. & Fagius ad Deut. 21. annotarunt, unde Casaubonus in Exerc. 16. n. 77. transtulit. Prudenter verò ac piè in honorem Servatoris, hoc supplicium, ab Imp. Constantino abolitum est. 7. Locus denique repugnat. Christus enim Ierosolymis crucifixus est, fatentibus tot populis, qui ex orbe universo illuc ad sepulchrum eius confluunt, nec diffitente Iudæo R. Benjam. in Itin. f. 21. a. Pseudo-Iesus autem longè alio in loco fuit punitus, nimirum in urbe

Ludda, quod Sanhedrin testatur fol. 67. ב"ד סוקלין אותו וכך עשו לבן סטדא בלוד *Synedriales lapidârunt filium Satdæ in Lud.* ubinam sita fuerit ea, quantumvé à Ierosolymis distiterit, etsi non ad unguem definire possim, colligo tamen è circumstantijs; itinere diei circiter, inde caurum versus abfuisse, juxta Phœnicium mare sitam: ubi R. Iosua (qui simpliciter ita dictus, intelligitur filius Chananiæ: discipulus Iochannan ben Zaccai) Synagogæ rectorem egerit, post vastatas Ierosolymas; deformis ille, qui in Imp. Adriani aulâ innotuit, & Astronomicam controversiam habuit, cum vicino Rectore Iabnensi R. Gamaliele, qui lunam unâ die veterem & novam posse cerni, æquè absurdum putabat, ac si fœmina eodem die peperisse & rursus impregnata esse diceretur; ut refert R. Abr. Levit. fol. 6. kab. Iosephus autem l. 2. d. bell. c. 23. prope Antipatridam locat, Lyddam vocans, quam propter viros ad Scenopegiæ festum profectos, vacuam repertam, exusserit Cestius dux Romanus. Plin. l. 5. c. 14. refert inter X. Toparchias Iudææ, tertiam ordine. R. Benjam. f. 13. ponit post Ascalon, addens ætate suâ סגורש *Segoresch* vocatam: nisi scriptio est corrupta, ut sæpius ibi. Brocardus in itin. ab Accone (seu Ptolemaide) versus austrum locat, addens etiam appellari Diospolin h. e. Iovis civitatem. habet sanè huius nominis urbem Itinerarium Antonini, 32. mil. pass. ab Ascalone remotam. sed Luddæ nil meminit. Peutingeriana verò Tabula (quam instructissima D. Besoldi bibliotheca suppeditavit.) Luddin expresse ponit, XII. M. P. ab Azot versus Cæsaream distantem. sed quid aliunde scrutor tàm operosè, quod Apostolorum Acta docent compendiosius? cap. 9. v. 38. fuisse vicinam Ioppe, urbi maritimæ, ac Petri miraculo nobilitatam, qui paralyticum Æneam ibi octennio toto decumbentem, uno verbo sanârit. vers. 33. hodie Georgius ibi coli dicitur à Turcis, non quia Sanctus, sed quòd bonus miles fuerit.

fuerit. ut ut ſit, certè non erat Ieroſolyma. Concludo igitur vel tandem, illos qui natalibus, tempore, diſcipulis, moribus & ſupplicio, eiusque circumſtantijs omnibus tantopere differant, perſonis quoque diverſos eſſe, nec Ieſum Chriſtum, cum Pſeudo-IeſuTalmudico confundi debuiſſe: ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Habent ſanè nihil præter nomen commune, quod tamen ad criminis communionem nequaquam ſufficit. quid enim frequentius eſt, quàm ut plures eodem appellentur modo? ſic enim etiam duo Hilleles ſunt in hiſtoriâ hebræorum, & ambo quidem Naſi! Zæm. D. f.46. b. ſic etiam bini ſunt Onkeli, & proſelyti pariter. ibid. f.40. b. ſic deniq; multi Ieſus à ſolo Ioſepho nominantur, quorum pars erant Mariæ filio coætanei. quos inter illum jam nomino tantùm Ananiæ filium, qui toto ſeptennio & amplius, interdiu noctuq; Væ Væ Ieruſalem! clamavit continuè, quamvis malè mulctaretur, neq; ceſſavit antè quàm lapis tormento emiſſus animam ipſi præcluderet. lib. 7. d. bell. c. 12. Imò Chriſtus quoque alius, & in profanâ quidem hiſtoriâ reperitur, Bithyniæ rex, apud Iuſtin. lib. 38. adeoq; בפ' חלק תרי ישו *duos Ieſus in cap. Chelek*, agnoſcere jam cœperunt quidam Rabini, Zæm. p.2. f.21.b. Deſinant ergò poſthac nobis eos confundere. An verò textus illi, quia contra verum Ieſum loqui tantùm apparent, ſcandali tamen vitandi cauſa è Talmud execandi ſint nihilominus, (ut in caſtratâ edit. Baſil. factum) vel potius in teſtimonium contra ipſos relinquendi, meum non eſt decidere: cogitent peritiores. Ego quidem Iudæos per id nondum arbitror excuſatos; perinde ut & is non abſolveretur, qui quamvis erraret in nomine, ſub illo tamen boni alterius viri famam petere, & injuriæ inferendæ propoſitum habere, certò ſciretur, atq; ſic publicè intelligerent omnes. Non poſſum ab hac materiâ de Ieſu Chriſto diſcedere, quin prius addidero encomia eius ex Alkurano: non

quòd

quod nos Christiani necesse habeamus à Pseudo-prophetâ discere, quibus per Dei gratiam ista multò puriùs haurire licet ex ipso Israëlis fonte limpidissimo; sed quia pias mentes oblectat veritas undiq; conquisita, & laus ab hoste profecta, duplicis testimonij vim habere solet. Quamvis verò creberrimè illius meminerit Muhammedes, ego tamen brevitatis gratia inde selectiora tantùm adducam, ut maturius ad cætera quæ supersunt revertar. Sic igitur ille Sureta 2. quæ Baccara, h.e. *Vaccæ*, titulum habet, versu 251.

تلك الرسل فضلنا بعضهم على بعض منهم من كلم الله ورفع بعضهم درجات وآتينا عيسى ابن مريم البينات وايدناه بروح القدس

Taliter legatos separavimus (Prophetas è præstantissimis virorum selegimus) quosdam illorum super alios (ordinando.) Ex ipsis erat quem alloqueretur DEUS. is elevavit aliquos eorum gradibus (non enim omnes fuerunt unius dignitatis, nec ordine pares.) Dedimusq; Iesu filio Mariæ intelligentiam, atque corroboravimus ipsum per Spiritum Sanctum; quasi diceret, eum tantò fuisse cæteris excellentiorem: quæ verba de Christo, etiam supra versu 84. eiusd. Sur. posuerat, ac infra repetit passim. Observet verò benevolus Lector, quod Crucifixionem eius neget Alkuranus; non ut extenuet meritum passionis, quod aliqui suspicantur, sed quia divinitus & miraculosè conservatum putat, Simeonem verò Cyrenaicum ipsius figurâ & habitu suspensum: quem errorem procul dubio hausit ab hæretico Basilide Syro, qui Christum in quascunque vellet formas transfigurari consuevisse statuit, ac ita Iudæos hostes elusisse. Sur. 4. Annisai, h.e. fœminarum, post med.

بكفرهم وقولهم على مريم بهتانا عظيما

وَقَوْلِهِمْ إِنَّا قَتَلْنَا ٱلْمَسِيحَ عِيسَى ٱبْنَ
مَرْيَمَ رَسُولَ ٱللَّهِ وَمَا قَتَلُوهُ وَمَا صَلَبُوهُ
وَلَكِنْ شُبِّهَ لَهُمْ بَلْ رَفَعَهُ ٱللَّهُ إِلَيْهِ ۝

In abnegatione illorum (ſcilicet Iudæorum) & voce contra Mariam eſt pudefactio (ſive blaſphemia) magna. verbum eorum eſt: Nos utiq; occidimus Meſſiam, Ieſum filium Mariæ, legatum Dei! At nequaquam interfecerunt illum, neq; crucifixerunt, quin potius ita viſum eſt eis. elevavit ipſum Deus ad ſe. quaſi verò tot paria oculorum totius populi ſimul falli faſcino debuerint, aut iſte per aliquot horas in cruce pendens, non agnoſci potuerit accuratè, vel denique Deus ipſe præſtigiatrices eiuſmodi ludos obijcere ſoleat mortalibus. Melius foret quod eâdem Suretâ ſub fin. tradit, eſſe λόγον Dei, & Prophetam maximum, in quem omninò credere iubet: niſi vertumnus ille id mox contaminaret apertâ Trinitatis abnegatione. يَا أَهْلَ ٱلْكِتَابِ لَا تَغْلُوا فِي
دِينِكُمْ وَلَا تَقُولُوا عَلَى ٱللَّهِ إِلَّا ٱلْحَقَّ
إِنَّمَا ٱلْمَسِيحُ عِيسَى ٱبْنُ مَرْيَمَ رَسُولُ ٱللَّهِ
وَكَلِمَتُهُ أَلْقَاهَا إِلَى مَرْيَمَ وَرُوحٌ مِنْهُ
فَآمِنُوا بِٱللَّهِ وَرُسُلِهِ وَلَا تَقُولُوا ثَلَاثَةٌ ۝

O ſocietas huius libri! (quicunq; Alkuranum amplectimini) non ebulliatis (nolite ſuperbire) in judicio veſtro, neq; dicatis de DEO niſi verum. Vtiq; Chriſtus Ieſus Mariæ filius eſt nuncius (vel Propheta) Dei, & Verbum eiuſdem, quod immiſit ad Mariam, adeoq; Spiritus ex ipſo. Credite in Deum & hunc legatum eius, nec tamen dicite Triplicitatem. Audi etiam quantùm eius doctrinam commendet! fatetur eſſe potentiam ad ſalutem omni credenti. Rom. 1. v. 16. interim nec ipſe amplectitur eam, nec

nec suos ita credere patitur: quæ mirabilis est amentia, scire melius, illud tamē sequi nolle. Sur. 5. Maid. h. e. Mensæ, c. m.

وَقَفَّيْنَا عَلَى آثَارِهِم بِعِيسَى ابْنِ مَرْيَمَ
مُصَدِّقًا لِمَا بَيْنَ يَدَيْهِ مِنَ التَّوْرِيَةِ
وَآتَيْنَاهُ الإِنجِيلَ فِيهِ هُدًى وَنُورٌ وَلْيَحْكُمْ
أَهْلُ الإِنجِيلِ بِمَا أَنزَلَ اللَّهُ فِيهِ *Substituimus in vestigia illorum (sc. Prophetarum) Iesum f. Mariæ, verificatorem eius quam in suâ manu habet doctrinæ, ac dedimus ipsi Evangelium, in quo est manuductio, & lux; ut erudiatur cœtus Evangelicus, per id quod instillavit Deus in eo. &c.* Denique miracula quædam ascribit Christo, quæ patrârit in juventute: ut quòd mox à matris utero fuerit locutus, (quemadmodum & supra fol. 78. parientem solatus esse legebatur) item quo tempore infantes alij vix vagiunt, eo jam dissertè simul & sapienter senes ipse sit affatus. tum verò collusoribus puerulis jucunda exhibuerit spectacula, luteas avicularum formas animando. Sur. ead. circ. fin.

إِذْ قَالَ اللَّهُ يَا عِيسَى ابْنَ مَرْيَمَ اذْكُرْ
نِعْمَتِي عَلَيْكَ وَعَلَى وَالِدَتِكَ إِذْ أَيَّدتُّكَ
بِرُوحِ الْقُدُسِ تُكَلِّمُ النَّاسَ فِي الْمَهْدِ
وَكَهْلًا وَإِذْ عَلَّمْتُكَ الْكِتَابَ وَالْحِكْمَةَ
وَالتَّوْرِيَةَ وَالإِنجِيلَ وَإِذْ تَخْلُقُ مِنَ
الطِّينِ كَهَيْئَةِ الطَّيْرِ بِإِذْنِي فَتَنفُخُ
فِيهَا فَتَكُونُ طَيْرًا بِإِذْنِي وَتُبْرِئُ الأَكْمَهَ
وَالأَبْرَصَ بِإِذْنِي وَإِذْ تُخْرِجُ الْمَوْتَى
بِإِذْنِي

بإذني *Tunc dixit Deus, ô Iesu fili Mariæ, memento beneficij mei erga te & erga genitricem tuam: quando corroboravi te per Spiritum S. alloquebaris hominem in cunis, ac senem; tunc docui te scripturam & sapientiam & legem & Evangelium. Atq; tunc formabas ex argillâ maceratâ volatile permissu meo, & insufflabas in id, ac fiebat avicula permissu meo, & sanabas spongiosum ac leprosum permissu meo, eliciebas quoque mortuum permissu meo.* Quamvis verò figmentis non indigeat veritas, quæ suapte vi potens est: & Iohannes cap. 2. v. 11. expresse testetur, miraculum aquæ in vinum conversæ, fuisse τὴν ἀρχὴν τῶν σημείων *exordium signorum*, hoc est, primum omnium quo manifestarit gloriam suam; unde non difficulter concluditur, in antecedente pueritiâ miraculosè nihil gessisse: largiamur tamen ista Saracenis, ut edisserant nobis annon ea Divinam ipsius naturam prodiderint manifestissimè? quæ ulla virtus humana præstare nequisset. quis enim alius argillam solo afflatu vivificare possit, quàm cœli terræq; creator? qui limo in hominis figuram efformato, intelligentem animam simili ratione olim insufflavit. Gen. 2. v. 7.

Et hæc hactenus in honorem unici Servatoris nostri IESV CHRISTI, paulò fusiùs commemorata, nemo dovotus lector fastidiat, causa prolixitatis; quia nihil quod ad pietatem facit, nimium videri debet. ne quis frigidior sit ipsis Turcis, qui hac in genealogiâ, Mariæ filium præ cæteris habent honorificentissimè.

Cum eius Personâ finio heroas Veteris Testamenti: & ad Magnates cæteros nunc me confero tandem.

REGES

REGES PERSIÆ POSTERIORES.

PLures ac diverſos Dominos habuit vetuſtiſſimum Perſiæ regnum: indigenas non ſemper, ſed aliquando extraneos. Nam cum Alexander Darium viciſſet, paruit aliquandiu *Macedonibus*, donec orta inter eos diſſenſione, Arſaces à Theodoto Bactrianorum præfecto deficiens, rerum ſummam ad *Parthos* transferret. poſtea reductum fuit ad *Perſas*, virtute Artaxerxis illius, quem nunc deſcribam. Sed nec iſtius familia tenuit ultra quatuor ſecula: eripuerunt enim id *Saraceni* Chaliphæ, de quibus infra. Poſt ipſos tamen emicuerunt *Pujani*, de ſanguine Priſcorum regum: quos excuſſerunt *Tatari*, duce Halacho, ut audiemus prolixè ſuo loco. Deniq; recuperarunt avita regna *Sophini*, qui hodie imperant; nec in genealogia præſenti memorantur, ob internecinum, quo ipſos Turcæ proſequuntur, odium. Huius varietatis reſpectu antiquos illos vocavi *Priores*, pag. 43. hoſce appello *Poſteriores:* cæteros verò *Poſtremos*. quod præfandum fuit, nè differentiâ neglectâ confunderentur. Cæterùm diſcrimen illud, quod inter *Parthos* & *Perſas* vulgò conſtituitur, nec noſtrum volumen agnoſcit, neq; Teixera probat. Eſt enim nominale tantùm, perinde ac ſi quis ex Θεσσαλία & Θετταλία diverſas facere vellet regiones, quæ non niſi pronunciatione differunt. Quis neſcit hebræorum Schin, tàm apud Chaldæos quàm Arabas in Thav mutari frequentiſſimè? ut quando ex שָׁלוֹשׁ *tres* illi faciunt תְּלָת iſti ثلث quâ etiam ratione pro noſtro waſſer Belgæ cum Anglis dicunt water. Negat quidem Teixera, ſe nominis etymologiam expiſcari potuiſſe; mihi verò expedita eſſe videtur, & manifeſtò ab Equitatu vel Equis deducta, quòd Perſæ ſemper boni fuerint Equites, & Equeſtris rei præ alijs nationibus peritiſſimi. nam & he-

6. Membrum Genealogiæ.

braicè פָּרָשׁ & Arabicè فرس. *equum* significant. Cætero quin amplector verba illius, quæ habet lib. 1. cap. 6. *aquello Reyno propriamente se dize PERSIA, cuyo nombre se communica à todos los mas a este sugettos, llaman los naturales à este reyno* Parç, *y ansi lo dizen los Arabes, saluo que por la letra P, de que carescen, ponen la F, y dicen* Farç. *La ethimologia y origen deste nombre, no he podido alcançar, aunq; lo he procurado: y aunque no ignoro, quanta differencia hazen los antiguos escritores, entre* Persas *y* Partos, *no me jusgarè por temerario, en dezir que todos fueron vnos mismos, conferiendo el nombre proprio que retienen de Parç con Parto; pues de mas de la semejança de los nombres, en costumbres y modos de biuir y pelear, no se alexan mucho de los Partos. &c.* Confirmant hoc ipsum inter veteres Plinius, qui lib. 6. cap. 13. Persarum regno Parthicum intelligi scribit, inter duo maria situm, scilicet Persicum & Hircanum. Eiusq; simia Solinus, cap. 68. ait Persidis nomen in Parthiam translatum. Quia verò locorum intervalla distant notabiliter, ideò à Strabone sub fin. l. 15. & Ptol. l. 6. capp. 4. 5. non immeritò fuerunt distinctæ: perinde ut & aliàs Geographi, unam Germaniam in duas, nempe superiorem ac inferiorem; vel unam Galliam, in cisalpinam & transalpinam; aut unam Hispaniam, in citeriorem & ulteriorem dispescunt. Hâc igitur origine communi non obstante, regia potestas variavit nihilominus, perq; vices nunc apud hos nunc illos fuit, utrobiq; pari ferè temporis duratione. In Parthici quidem regni successione, genealogia nostra est intricatior, & mutila, quæ personas numerat pauciores justo, fortasè quòd homonymos plures pro uno & eodem habuerit. præterea in appellationibus variat plusculùm. ideò eius recensioni non diu immorabor. Primus qui excusso jugo, Parthos in libertatem asseruit, & hoc regnum condidit, est nobis اشكي *Aschki*, quem Græcorum historiæ Ἀρσάκην vocant. Illum Iustinus lib. 41. dicit originis

ginis incertæ: noſtrum verò volumen, eius ortum lineâ manifeſtâ refert ad ultimum Darium: quod eò faciliùs admitto, quò certiùs conſtat, morienti filias fuiſſe ſuperſtites, ab Alexandro victore habitas non illiberaliter. Harum itaq; ſerus nepos Aski, homo non minùs corpore ſpectabilis, quàm fuit animo generoſus, véteris majorum fortunæ memor, diu captavit occaſionem avitæ dignitatis recuperandæ. Cum igitur Seleucum occubuiſſe nunciaretur, eius metu ſolutus, cepit primò cum exiguâ manu ſuorum, præfectos Græcos è medio tollere; circa tempora prioris belli Punici. (h. e. duobus circiter ſeculis ante Iul. Cæſarem. ego autem illud regnum hîc non initij, ſed progreſſus & durationis reſpectu, ad Nov. Teſt. refero.) mox ſuccedente negotio, invaſit ampliora, tandem Hircanos quoq; finitimos, poteſtati ſuæ ſubjecit; &, quod novi principatus firmiſſimum erat ſtabilimentum, juſtis legibus in officio ſubditos continere ſtuduit, uſq; dum ſenex decederet: ita ut iſte Aski ſuis Parthis æquè memorabilis fuerit, ac priſcis antea Perſis Cyrus, aut Romulus Romanis. Nam & urbem condidiſſe memoratur, de nomine ſuo dictam *Aſca*, quæ apud Ptolemeum lib. 6. c. 5. errore proclivi ἄσπα pro ἄσκα ſcribitur: in Iuſtini verò exemplaribus d. l. *Clara* (nonnullis etiam vitioſiùs Dara, & alijs peſſimè Dasa) vocatur, quaſi nomine proprio, cùm tamen Author eam adjectivè ſic appellârit & indefinitè. Quomodo autem id nomen *Aski* cum vulgato *Arſaki* concilietur, ego quidem non curo; viderint alij. meum nunc eſt, eas appellationes, quas illorum locorum indigenæ hodierni à ſuis maioribus, poſt tot ſecula, quaſi per manuum traditionem acceperunt, exponere tantùm fideliter, utræ verò præferendæ ſint, judicium doctioribus relinquere. Videntur tamen ab Arſacia regione, cuius Plin. l. 6. c. 25. in Parthiâ diſertè meminit, Arſacidarum nomen eſſe mutuati veteres. Nobis certè hic non ita,

Arſacidæ.

ita, ſed اشكان *Aschkanai* appellantur omnes, absq; R. voce uniformiter decies repetitâ, ut erratum eſſe nequeat. non ab אשכנז Aſchkenaz Germanorum conditore (unde Duces Aſcanios aliqui deducere conantur) minus ab Aſcanio Æneæ filio, ſed ab antè dicto Aschki, cuius poſteritas regnum illud ultra 400 annos obtinuit continuos, nemine extraneo alterius familiæ unquam intercedente. Nam Ascki primo ſucceſſit filius cognominis, qui cum Antiocho Seleucide pugnavit feliciter. Poſt hunc ſequuntur nobis شابور و جردنت *Schabur & Gurdat* Aſcanæi; quorum ille Iuſtini Pampacius, iſte Pharnaces Mardorum domitor, vel (quod faciliùs crediderim) eius frater Teridates ſive Mithridates fuiſſe videtur. nam hîc potiſſimùm aqua mihi hæret. Sanè Mithridates, qui ſubactis Medis regni fines à Caucaſo ad Euphratem uſque protulit, clariſſimus fuit, ut omitti non debeat. Is enim eſt, qui Demetrium cepit; unde in ſacris etiam, ſed ſub familiæ huius Arſacidarum generali nomine memoratur, 1. Macc. 14. v. 2. & ap. Ioſep. 13. ant. cap. 9. Eum excepit بعدي *Baadi*, quem recepti authores vocant Phraatin, tres diſtinctos hoc nomine ponentes, qui Arabibus hîc perperam in unum coaluerunt. aliquis eorum à Schythis, unà cum exercitu numeroſiſſimo trucidatus fuit: alter Pompeij coætaneus, poſtquam cum Tigrane certaſſet, à proprijs filijs eſt ſublatus: tertius ſimile ſcelus maiori ſcelere præveniens, triginta fratres jugulavit, parentem verò fruſtra veneno tentatum, ſuffocavit; eadem ſævitiâ in optimates regni graſſatus. tandem à Ventidio Romano, cum omni exercitu deletus viciſſim, parricidij pœnas luit clade memorabili. Deinceps eſt nobis جودرز *Godariz*, quem Ioſephus l. 20. ant. c. 2. Gotarzā nominat, aſſerens fratri Vardani cæſo ſubſtitutum, & ipſum paulò poſt ſublatum per inſidias: unde apparet nobis hîc trajectum

ctum esse. nam certè qui sequitur هُرُنْز Hordos antecedere debuisset. est enim (judicio meo) famosissimus ille Rex, quem V. Paterculus l. 2. & Plin. l. 6. c. 16. Oroden, Plutarchus in Crasso Hyrodin, Iustinus l. 42. Herodem appellant; qui Marc. Crassum, unà cum XX. millibus Romanorum, strage maximâ devicit, à prædictis Authoribus, loc. allegg. item à L. Floro l. 106. & alijs passim descriptâ. Filium habuit Pacorum, in historiâ celebrem, quem nonnulli inter successores regni referunt, nostrum verò volumen rectè omisit, quia occisus fuit à supradicto Ventidio, acceptæ cladis nobili ultore, dum pater Hordos adhuc viveret: unde auditâ eius morte in furorem actus fuit, multis diebus nec cibum sumens, nec emittens vocem, donec mitigato per tempus dolore, nil nisi Pacore Pacore clamaret flebiliter. Sequitur verò اَرْدُوَان *Arduvan*, qui omninò est Græcorũ Ἀρτάβανος nobis hoc nomine primus, secundus alijs. quem Tacitus. lib. 6. annal. regno exutum, in Scythiam profugisse tradit, suffecto Teridate, armis Vitellij. mox tamen cum iste (nobis propterea omissus,) procerum dissidio etiam pelleretur, priorem Artabanum, ad coronam esse revocatum. Qui succedit كِسْرُو *Casro*, à Pausaniâ lib. 1. Eliac. Osroës vocatur, & ab Æl. Spartiano, in Hadr. Imp. vit. cum prosthesi Psamatosiris: quem à Trajano Parthis regem datum, Adrianus vicinis gentibus præfecerit, quòd eum domi non multùm valere intellexisset. Post hunc habemus Anonymum, ordine penultimum. quamvis enim اَشْكَان *Aschkan* appellari videtur, est tamen id nomen generale & omnibus commune, quippe cognomentum totius familiæ, ut supra monui; quod non magis hunc vel illum designat, quàm si quis apud Ægyptios Pharaonem vel Ptolemæum, apud Romanos Augustum, apud Persas Chosroëm, apud Sogdianos Achschidum nominaret.

minaret. de quibus epithetis Almachin lib. 3. cap. 4. كل ملك فرغانه لقب بالاخشيد كما يسما ملك الروم قيصر وملك الفرس كسري *omnis rex Pharganæ (urbis ad fluvium Iaxartem, in Geogr. Nub. clim. 4. sect. 8. quæ patria fuit insignis quondam Astronomi Achmedis f: Achmed, Alphargani ab hoc ipso natali solo dicti) appellatur Achschid: sicut nominatur rex Romanus Cæsar; & rex Persiæ Cosrai.* Confido tamen me proprium eius nomen aliunde nihilominus reperisse. nam apparet è temporis circumstantiâ & ipsâ serie regum, esse quem Tacitus Annal. libb. 13. & 15. *Vologesen* appellat; ubi refert Armeniam invasisse, repressum quidem nonnihil à Corbulone, sed mox Cæsonij Pæti à Nerone missi legiones afflixisse: quod nimis prolixum foret hîc repetere. qui vult, adeat Cornelium ipsum. Vltimus in hâc serie iterum est *Arduvvan* sive Artabanus, is quem Ant. Caracalla sub specie affinitatis, insigni clade affecit, quam graphicè descripsit Herodianus lib. 4. c. 20. Nam cum Parthici titulum affectaret, ac virtute desperaret vincere posse, rem dolo aggressus est, simulavit ambire se nuptias filiæ Artabani, & hoc prætextu armatus ad eos veniens, ex inopinato trucidavit inermes, ipso rege vix elapso: qui nè hâc solâ strage miser esset, ipsum deinceps regnum amisit, & cum eo vitam quoque, post triplicem conflictum obtruncatus à sequente Ardschiro; ut idem Herodian. l. 6. c. 7. Agathias ad fin. l. 2. item Egnatius, Lampridius & alij memoriæ prodiderunt.

1. *Ardschir Babekan.* Qui nunc sequuntur, Persici reges erant, propriè sic dicti. Primus illorũ اردشير بابكان *Ardschir Babekan* à plerisq; authoribꝰ quos contuli, scilicet Agathiâ, Herodiano, Zosimo, & Lampridio *Artaxerxes* appellatur, non satis benè: ab Eutropio & Iornande peius per Aphæresin *Xerxes*; à Sext. Rufo pessimè *Darses*. meliùs

à Iudæo

à Iudæo R. Abrah. in Kab. אירשיר והוא אחשורוש *Orschir, qui sit Ahasuerus:* à solo autem Teixera optimè ac nobis convenientissimè *Ardxir,* si literam X Hispanico more; h. e. instar Hebræi Schin enunciari cogites. Quod natales & cognomentum attinet, quia pleriq; dissentiunt, excutiam accuratius. Rufus vocat nobilissimum, contrà inglorium & obscurissimum Agathias: utri credemus? quid si utrumque verum sit? respectu tamen diverso. noster enim author docet genus ducere à *Sasane* Philosopho, regis Bahmani filio, qui natalium splendore posthabito, in Mathematum gratiam delituerit privatim; quod supra indicavi fol. 49. in hâc familiâ novum non esse. Ita simul & origine naturali clarus, & obscurus voluntario vitæ instituto censeri potuit, illo præsertim tempore, quo stirps Aschkana Persicæ prædominabatur. Sic etiam de proximo parente variant scriptores. plerique illum vel ignorant vel reticent. R. Abraham. f. 9. vocat באבך *Babec*, noster verò Turca بابك *Bajek*, procul dubio unius redundantis punctuli errore. idemq; avum nominat سامان *Saman.* Si quid in exemplari corrigere fas est, ambos ego unius filij patres, Saman quidem verum & genuinum, Babek verò putatitium fuisse judicarem. Nam audite quæso rem ridiculam! Voluit uterq; puerum dici suum. *Pauecus* (ut Agathias nominat loc. cit.) erat coriarius, divinatricis Astrologiæ, cui Persæ multùm dediti sunt, peritissimus. apud eum diverterat *Zanus* vel *Sannus* (ut idem alterum appellat) homo militaris. cum igitur vates ex arte prævideret, hospitis progeniem ad maximam felicitatem atque regnum destinari, optavit eius vel socer vel affinis fieri, ut fortunam aliquando participaret. quia verò inter propinquas nihil aliud fœmininum habebat, obtulit ei bonus ille leno, quam unicè tenuerat, uxorem; & filium inde conceptum educavit pro suo. Postquam verò adolescens, instantis fati

ſpecimina jam edere cepiſſet, Genitor Altori de proprietate nati movit litē, ita rixati ſunt invicē, quod uterq; ab illo evehi, neuter vilius haberi vellet. ſed obtinuit Paveeus ſive Babekus, quoniam educatio tot annorum erat magis conſpicua, etiam favorabilior, quàm illius Admiſſarij actus clandeſtinus. Hinc factum eſt, ut in præſenti quoq; Genealogiâ, controverſus ille filius, Babeko aſcriberetur, & ab eo *Babekan*, h. e. Babekæus, vel Babekides cognominaretur. unde ſimul apparet, hac vice falli Teixeram, quando eius etymi rationem aliam ſcrutatus, ex *Abba-chan* componi autumat, quaſi hebræorum אֲבִי מֶלֶךְ reſpondens, patrem regis ſignificaret. lib. 1. cap. 25. *El ſobre nombre de aqueſte rey Ardxir fue* Babakhon, *que en Parſio vale lo miſmo, que* Abu Malek *en Arabigo, que es padre Rey. porque nombrando perſona de reſpetto, con titulo de padre, lo haze con eſta palabra* Baba, *como Baba Adam, Baba Noe:* Khon *o Khan es titulo de honra, que vale Rey o Sennor.* Bella ipſius poſſunt in duas claſſes diſtribui, nimirum ea, quæ cum Artabano geſſit, quibus excuſſit jugum Parthicum, regno ad ſe tranſlato; & quæ geſſit poſtea cum Romanis, tempore Alexandri Mammæi, quibus imperij noviter acquiſiti fines promovit amplius. Vtraq; R. Abrahamus narrat compendioſè loc. cit. ubi memorabile eſt, quod de Stagiritica tyrannide popularibus ſuis exprobraverit. המלך הראשון אורשיר בן באבך כתב אל כל מקהלות של פרסיים שיהיו יודעים כי חרב ארסטוטליס החכם אכלה בהם היום ת״ק שנה מפני שהיה אלכסנדרוס תלמידו ובכן נתחזקו ועשו מלחמות עם רומיים ולא נצחו אלו ולא אלו. אלא נחלקה המלכות ארץ עילם חמת ושנער וקצת ארץ יון וארץ ישראל ועד ארץ ערב כולה ביד פרסיים ורומי ואשכנז וצרפת וקצת ארץ יון וארץ מצרים ופלשתים וספרד בידי רומיים והיו ישראל תחת יד פרסיים פעם שנייה ובתחלה היו לישראל אוהבים בימי אורשיר והוא אחשורוש וכן בימי שבור מלכא *Rex primus Orſchir filius Babec, ſcripſit ad omnes Reſpub. Perſarum: cognoſcite quòd gladius Ariſtotelis*

Aristotelis Philosophi, vos depascatur jam quingentos annos! innuens Alexandrum illius discipulum. (qui eos gubernare instituerat, juxta politicen ab hoc præceptore traditam) Ita corroborati lacessiverunt bello ipsos Romanos, neutra tamen pars planè vicit; sed provinciæ fuerunt distractæ. terra Elam (h.e. Susiana, sic à filio Sem. gen. 10. 20. nominata, unde venerunt Elamitæ proselyti. Actor. 2. 9. nunc ferè deserta. R. Benjam. f. 21.) Hamat (h.e. Cœlesyria, sic à filio Canaan. gen. 10. 17. vocata, circa Libanum & Antiochiam, idem Itiner. fol. 8.) & Sinear (h.e. Chaldæa, ubi etiamnum ruinæ turris Babel. f. 18.) cum parte Ion. h.e. Græciæ, item terra Israël, usque ad Arabiam, universi cedebant Persis: Romania verò (utramq; intelligit, Italicam & Thracicam) Ascenatz. h.e. Germania, Zarpath. h.e. Gallia, & reliquum Græciæ, item Ægyptus, Palæstina, & Sepharad. h.e. Hispania, manebant sub potestate Romanorum. Ita Iudæi Persarum jugo subdebantur jam alterâ vice: initio ab illis amati, maximè in diebus Orschir, qui est Ahasuerus, & Schaburi regis. Non desunt quidem inter historicos, qui Romanis partibus adulati, scribunt hunc Artaxerxen ab Imp. Alexandro Severo fuisse devictum; imò extat Epistola ipsius Alexandri apud Lampridium, in vit. e. ubi de hâc victoriâ magnificè gloriatur: sed plus ego fidei adhibuerim Herodiano, qui lib. 6. planè contrarium asseverat; exercitum à duce meticuloso desertum, ingenti strage fusum esse. Nam cum eum Alexander trifariam divisisset, unam partem per asperiores montes Armenos, Mediæ immittens, alteram ad paludes confluentium Tigridis & Euphratis destinans, cum tertiâ verò validissimâ ipsemet sequi promisisset, à matre Mammeâ muliebri pavore nimiùm de filij periculo sollicitâ, inhibitum fuisse, ut omni spiritu generosiori deposito, milites ipse quasi Barbaro prodiderit. sic ergò intra velut retia conclusos, quamvis confertim se clypeis ceu muro circumdederint, sagittarum tamen grandinem sustinere non valentes, occidione maxi-

unâ occubuisse. *μεγίϛη τε ἄυτη συμφορὰ, καὶ ἐ ῥαδίως μνημονευθεῖσα, Ρωμαίοις ἐπεσχε, δυνάμεως μεγίϛης διαφθαρείσης, γνώμη καὶ ῥώμη μηδεμιᾶς τ ἀρχαίων ἀποδεούσης. maxima (inquit ille sub fin. cap. 13.) fuit ista calamitas, nec facilè aliàs memorata, quæ Romanis contigit: exercitu ingenti deperdito, animis & robore nemini priscorum inferiore.* Atq; videtur ea merces fuisse violatæ ab Alexandro legationis. Nam cum Ardschirus delectos è suis, proceritate corporum insignes, nec minus ornatu exquisitissimo conspicuos, numero quadringentos, misisset ad Severum, repetituros Asiæ loca illa, quæ prisci quondam reges Persiæ possederint: comprehensos non tantùm hoc omni cultu spoliavit ignominiosè, sed & reditu ad suos prohibuit, contra jus gentium relegans in exilium ad Phrygas, ubi agros colere deberent; pro beneficio habere jussos, quòd non occiderit omninò.

Alter in hâc serie nobis est شابور *Schabur*, quem Sa-
2. *Schabur* porem vocant alij authores. Reineccius verò in
Dhul-aktaph. Com. d. Reg. Pers. immeritò reprehendit Nicephorum Callistum, qui Chosroëm appellat: nam sic omnes in hâc familià denominari, supr. fol. 106. à nobis est indicatum. Teixera lib. 1. cap. 26. cognominat eum *Zabel Ketaf*, procul dubio vitiosè pro ذو الأكتاف *Dhul-aktaf*, quod *humeris præditum* significat, atq; respondet hebræo בַּעַל כְּתֵפַיִם notanti eum qui latos habet armos. Id enim huic regi competit. de quo bini memorantur superlativi; quorum alter corpus, alter mentem attinet. fuisse primò staturâ giganteum, qui hoc nomen meruerit scapularum vastitate: deinde crudelissimum animo, & omnis misericordiæ expertem; quod exemplis totidem firmabo. Cùm Odenati decurionis Palmyreni victorijs, apud Ctesiphontem partis exacerbaretur, ut è qualicunq; vindictâ solatium caperet, furorem eâ clade conceptum, in captivos effudit, & ubi ad angustam vallem perventum

erat,

erat, quâ jumentis non dabatur transitus, replevit illam corporibus Romanorum, & sic per complanata cadavera, cum omni equitatu iter fecit. Præterea ipsum Imp. Valerianum (quo Edessæ capto hactenus pro scabello utebatur quoties equum ascendere vellet) tandem excoriavit vivum, universâ cute à cervicibus usq; ad pedum plantas, eo artificio detractâ, ut in modum utris inflari posset, & ita in omnis ævi exemplum de scopulo suspendit, miserabiles exuvias. quale facinus etiam Chosroi tribuit Agathias Smyrnæus lib. 4. d. Bel. Goth. Simili supplicio Manetem hæreticum sustulisse memoratur, quòd filium necasset imprudenter, pro Medico se gerens. de quo R. Abrah. ibid. בימיו יצא מאני לעולם והוא טוען שאלוהות שנים יש בעולם אחד מחיה ועושה כל הטובות ואחר ממית ועושה כל הרעות ובדא לאמגושים תורה מלבו והיה לגוי גדול והרגו שבור מלכא *illius tempore in mundum prodijt Manes, statuens duos esse Deos; unum vivificantem, qui tantùm benè agat; alterum mortificantem; qui author sit omnis mali: & sic ementitus est Magusæis dogma è corde suo, factus in populum ingentem. Hunc interfecit rex Schabur.* fuit is natione Persa, & author sectæ Manichæorum, (quâ D. Augustinus initiò imbutus erat) à discipulis ut μανίας *Insaniæ* vitarent etymologiam; non Manes, sed Mannichæus, quasi Mannam fundens, appellatus. pro Christo se venditavit. Deos autem illos nominavit *Hornusdatim* & *Arimanem*, teste Agathia lib. 2. ubi plura de cultu aquæ & ignis adduntur, item de festo illorum, quo serpentes interimere sint solititi sub specie ac titulo *Interitus vitiorum. &c.* Aliàs tamen, erga Iudæos benè affectus fuit; unde ipsum soli ferè laudant, quòd sub eius dominio & tutelâ floruerint ambæ scholæ, Surensis & Pumpedithana. quarum celebritatem benevolus lector vel inde solùm æstimabit, quòd Rectores suos per octingentos & viginti annos continuâ serie numerant, quod fortassis pau-

cæ in-

cæ inter Christianas Academias possunt: de quo peculiaris liber scribi mereretur, si tantùm ocij suppeteret, quantum est hîc materiæ. interim vide relationem Raf Scheriræ in libro Iuchasin f. 107. & seq. item ipsum collectorem R. Zacuth f. 120. & seq. cœperat paulò ante ordo Rabinorum, qui in Talmud אמוראים *Amoraim* h. e. sententiarum dictatores appellantur, ac inde usq; ad illius libri obsignationem sub rege Cabade factam, durabant. Inter quos tempore huius Schaburi, excelluerunt præcipuè duo, R. Samuel Iarchinai, Medicus insignis, regi charè habitus, & Raf. Ada Mathematicus in hac gente celebratissimus. Zæm. D. p. 1. fol. 45. De regis morte silent alij: solus Teixera prodit ab æmulis dolo procuratam: cum enim pluviali & procellosâ quadam nocte, securus in tabernaculo dormiret, à sicarijs nescio quibus clam fuisse strangulatum; ac nè cædes patefieret, mox funes & retinacula quibus tentorium figebatur, ab ijsdem incisos esse, ut irruente vento corruerit, & vi tempestatum oppressus esse crederetur, quam illi famam primi sparserint. verba sunt: *como à esta jamas faltaron emulos, acaesciò que estando Xapur en el campo, dormiendo de noche en su tienda, entraron en ella no se sabe quien, y lo ahogaron, y salidos à fuera, cortaron los cordones de la tienda, que la sustentauan, y se la dexaron caer encima, y como deuia de ser noche lluviosa y de viento, echaron boz, que un turuellino la derribara, y lo matara.*

3. *Hormoz.* Sequitur هرمز *Hormoz*, quem Agathias lib. 4. vocat Ormisdatem, prioris filium: negans quicquam relatu dignum gessisse, quia non fuerit diuturnus.

4. *Nors.* Quartus mihi suspectus est dupliciter, & nominis & successionis ratione. scribitur enim توس *Tos*, quod sine dubio corruptum est è نرس *Nors*, quia Narsen multi authores agnoscunt; nisi quòd eundem sequenti Bahramo postponunt: quæ altera est, ordinis nempè turbati suspicio. fuit enim Diocletiani coætaneus, contra quem

quem initio proſperâ fortunâ uſus, Meſopotamiam cepit cum Armeniâ, minitans jam Syriæ: ſed alternantibus poſtea fatis, magnâ ſtrage cæſus eſt, & in fugam converſus, captis præter numeroſam nobilitatem, uxoribus etiam ſuis liberisq;, ipſomet graviter ſauciato, tum gazâ omni amiſsâ. ubi notabile eſt, quòd miles quidam gregarius, reperto gemmarum ſacculo, eas velut inutiles lapillos effuderit per imperitiam, ſolâ pelle quæ pulchrior viſa erat, retentâ. quale quid Excell. noſter Lanſius, *Or. pro Germ. f.* 91. de Helvetio refert milite, Adamantem Caroli Burgundi orbe toto pretioſiſſimum, abjeciſſe primò, deinde vix reſumptum, unico aureo vendidiſſe; item argentea vaſa, pro ſtanneis habita, pretio diſtraxiſſe viliſſimo. Cæterùm Narſes recepit liberos & uxores, à Romanis interim pudicè cuſtoditas; dato tamen ingenti aliquot regionum lytro. Et inter filios fuit Adanarſes. ille, qui à patre de oblati cuiuſdam tentorij pulchritudine ſententiam rogatus, reſpondit: ſe multò elegantius è pellibus humanis conſtructurum, ſi quando regnare daretur. Sed propter hanc ipſam vocem, crudelis animi præſagam, ad imperium admiſſus non eſt. ſucceſſerunt autem reliqui duo eius filij, Vararanes & Hormiſdas, ordine quo ſequuntur.

Prior nempè بهرام *Bahram*, quem Latini Vararanem dixerunt, Iudæi בהרם autem non modò ijsdem nobiſcum literis ſcribunt, ſed & inſuper etymi huius reddunt rationem, fuiſſe ſic ab Aſtrologis appellatum, quòd nativitatis horâ Martem habuerit fauſto cœli loco poſitum. Kab. Abr. ibid. קראו שמו בהרם על שם מאדים שהיה כוכבו *vocarunt ipſum BAHRAM, de nomine* Maadim *h. e. rutili (quo Rabini ♂ planetam intelligunt) id enim erat aſtrum ejus (fortaſſis in horoſcopo, vel alio Hylech exiſtens.)* Perſicum id eſſe oportet; nam certè Arabicum non eſt, ubi Mars potius مريخ *Merich* appellatur, h. e. expoſitione Chaldæâ, pro- 5. *Bahram Segan-ſchah*

 tervus

tervus vel audax: ut ex Aſtronomiâ Turcarabicâ M.S. diſco, quâ me pridem liberaliſſimè donavit Matth. Berneggerus V. CL. Amicus examurcatus, & longo jam uſu probatus. Si tamen Mem pro ſervili habere fas eſt (quamvis in fine rarò ſerviat) poſſit à برق deduci, & *ſplendidum, coruſcum*, ſignificare, qualis maximè in Perigæo ſuo apparet. ſic utrumq; nomen huic Martio regi congrueret, & animoſum dici, & illuſtrem. Tribuit ei Agathias l. 4. aliud cognomen *Seganeſna*, quod Seganorum regem ſignificet, quia eos populos devicerit, quos Levvenclaius in Interpoli, ex fide Græci codicis Segeſtanos legendos eſſe monet. unde colligo eſſe veterum Drangianos. Ptol. l. 6. c. 19. & ſeq. qui circa fluvium Arbin habitarunt, Caſtaldo nunc Ilment vocatum. nam ibi locat Geographus Arabs regionem سجستان *Sageſtan*, Clim. 3. ſect. 7. & 8. Hinc jam Agathias corrigi poteſt, & regis cognomen facilè reſtitui, ut ſit سجان شاه *Sagan-ſchah* quale ad marginem notavi. Quoniam verò Teixera l. 1. c. 27. eundem *Kermonxa* h.e. Carmaniæ regem appellat, ſub illius provinciæ titulo, quicquid inter Perſidem & Choraſan interjacet, (& ſic ipſam quoque Sageſtaniam) hodierno more complexus: ideò erit hoc alterum cognomen Arabicè ita ſcribendum, كرمان شاه *Kirman ſchah*, ex analogiâ quam præbet idē Nubienſis. fol. 148. Cæterùm de illius vitâ & morte hoc ſolus prodit Hiſpanus: poſtquam regnum annis XI. adminiſtraſſet prudenter, exorto in aulâ tumultu (quem non niſi præſens componere potuerit) à quodam conſanguineo, hanc ipſam occaſionem captante, interemptum eſſe ſagittâ, certo ictu per hypogaſtrium trajectâ. *Tuuo Baharon hermoſa diſpoſicion y buen entendimiento, y mucha prudencia, con que governo ſus tierras onze annos, con general ſatisfacion. en fin de los quales ſe movio en corte, una diſcenſion y motin, de tanta importancia, que fue meneſter*

nester que Baharon en persona acudiesse à sosegallo, y teniendo lo ya quasi hecho, un deudo suyo, que per le offender desseava semejante occasion, despidiò en medio del tumulto una flecha tan cierta, que traspassandole los entrannas, lo echó muerto en tierra, con dolor universal de todos sus Reynos, que con el biuian muy contentos.

Alter filius Narsetis, nomine هرمز *Hormos*, Bahramo fratri successit. Agathias tamen هرمز illum immediatè patri subiungit, præcisè pares cum eo annos diesq; regni attribuens, & vocans Misdatem; quod Levvenclaius ex authentico legere jubet Hormisdatem. Hormoz alioquin Arabibus idem est qui græcis ἑρμῆς, Mercurius latinis. quo nomine non in Ægypto tantùm, sed etiam Perside ac Indiâ celeberrimi quondam extiterunt viri, Philosophi simul & reges. Nec dubito quin à tali quopiam, nobilissima in ingressu Persici sinus sita insula Ormus, nomen acceperit, quoniam Arabicè iisdem literis scribitur, inter urbes Kirmaniæ, sectione VII. Climatis III. fol. 148. & Haythoni c. 6. expresse dicitur *Hermes*, ab Hermete fundata. in Ptolemeo autem l. 6. c. 8. vocatur ἅρμυζα, & peius in Marco Polo Ven. l. 23. *Cormosa*. Sicut enim Græci quondam & Romani, civitates à se nominarunt Alexandrias, Augustas, Antiochiam Seleuciam, Ptolemaidem, Adrianupolin, Constantinupolin, Claudiupolin, Philippupolim, Pompeiupolim, Trajanupolim, & fora Iulij, Cornelij, Livij, Tiberij: sic in Persicis provincijs reperio ab Isdigerde, Cosroe, Siroe, appellatas urbes *Yazd*, *Kazru*, *Schirvvan*, *Rey-Schariar*, *&c.* ac in uno sinu isto duas insulas هرمز و بحرين *Hormuz & Baharem*, quasi ab hoc ipso pari fratrum regum ita denominatas: quarum posterior non agro tantùm fertilis est, sed piscatu divite margaritarum nobilitata; ut P. Maffeius retulit. l. 8. fol. m. 343.

6. *Hormoz alter.*

P 2 Nunc

7. Schabur posthumus, qui & Longævus, vel Magnus.

Nunc ventum est ad regem شابور *Schabur* alterum huius nominis, filium antecedẽtis Hormos, qui plures Imperij quàm vitæ numeravit annos. Miraris quî hoc fieri possit! nempe coronatus fuit antequam nasceretur. at inquis & hoc ipsum esse parodoxum. Audi ergò explicantem Ben-Dior in Kab. loc. sæp. cit. עוד היה לפרסיים מלך שמו הורמיז ומת והניח אשתו הרה ולא רצו פרסיים להמליך איש תחת הורמיז אלא קשרו כתר מלכות על בטנה להמליך את אשר תלד אם זכר אם נקבה ותלד בן וימליכוהו ביום לדתו *habuerunt quoque regem, nomine Hormis; qui moriens reliquit uxorem gravidam. cùm verò nollent Persæ quenquam alium surrogare defuncto, ligarunt coronam regiam super ventrem eius (cidarin imposuerunt utero viduæ prægnantis, actu solenni) ut sic ad regnum destinarent, quicquid etiam paritura esset, sive masculum seu fœmellam. enixa tamen est filium, quem inaugurarunt ipso die nativitatis suæ.* Agathias verò refert, l. 4. Satrapas de sexu concepti fœtus nil dubitasse, adeò, ut etiam virile nomen indiderint confidenter, adhuc in alvo matris existenti. nam confirmatos esse à Magis, marem vaticinantibus, & artis suæ specimen edentibus antè, in equâ partui vicinâ. Subiungit idem Author, embryonem tunc palpitasse primùm, quasi sensu eius honoris tactum, quem ab isto tempore LXX totos & ampliùs annos gessit. Cæterùm satiùs fortasse fuerit illum aut nunquam esse natum, aut extinctum in primâ juventute; adeò crudelis extitit alienarum religionum persecutor. De Iudaicâ quidem nunc aliud nil dico, nisi quòd ad eius tempora pertineat illud edictum, de quo Seder Olam Zuta paul. ant. fin. ואחסינו מלכותא פרסאי בשנת מאתים וארבעים וחמשה לחרבן הבית יגזרו פרסאי גזירא על יהודאי *cum corroborati essent in regno Persæ, Anno 245. post destructionem sanctuarij, decreverunt excidium gentis Iudaicæ.* nam respondet is annus à diruto templo numeratus, in epochâ Iudæorum vulgari, anno creati mundi 4073. Sed omissis verpis, audiamus eiusdem sævitiã in Chri-

in Christianos. Tradit Sozomenus in Hist. Trip. l.3.cap.2. illius imperio XVI. mille religionis nostræ participes, utriusque sexus, martyrio affectos esse: ac inter hos 250 clericos. item unâ die passionis Dominicæ, centum simul confessores, cum antesignano ipsorum Simeone archiepiscopo Ctesiphontis, qui non tàm fidei, quàm amicitiæ cum Romanis accusatus fuerit. etiam *Pusicium* nobilem architectum, saltem quòd morientes quosdam consolaretur, esse sublatum. imò non pepercisse regem præceptori suo *Vstazadi* jam seni; qui tamen honestæ mortis suæ causam à precone proclamari, prius impetrârit. deniq; cum *Azanem*, interioris admissionis aulicum, in Christianismo deprehenderet, nè quid adversus amicum statuere durius cogeretur, persecutionis edictum, ad solos ecclesiæ Doctores restrinxisse. ita maximè in Adiabenorum regione sævitum esse, impellentibus Magis, h.e. paganismi sacerdotibus, qui suum honorem, unà cum Solis cultu per nostros imminui ægrè ferebant. Memorabile est quod de Christianis campi *Mogon* incolis refert Antonius Armenus vulgò Haythonius, hist. or. c. 10. cum ab hoc rege (quem Savoreum nominat) ad ethnicismum cogerentur, post omnium bonorum jacturam, fugâ sibi consulturos, in Græciam properasse; ubi verò insequentes Persæ illos penè attigerant, inclamato nomine Iesu, salvos evasisse per miraculum; hostes autem cœcitate percussos, in tenebricosissimum locum incidisse, quem excusi codices *Hamsem* appellant, Ortelius tamen in Syn. Geog. v. Cimmer. è M.S°. corrigere docet *Hauessem*. Antequam legissem hanc Haythonis asseverationem, fateor, non credidi talem esse locum sub sole, & habui pro fabulâ, quicquid veteres de Cimmerijs tenebris tradiderunt. (quamvis usq; in proverbium abierint) persuadente mihi Strabone, qui lib. 1. id poëticis figmentis ascribit. aut ut mitissimas interpretationes admitterem,

 accepi

accepi de longis noctibus populorum subpolarium, (quales nostrâ ætate in novâ Zembla experti sunt Hollandi, ac etiam absq; illorum relatione, ultrò proderent Astronomiæ leges,) quia Cicero in Acad. ait ipsis aspectum solis ademptum naturâ; & Solinus c. 27. prope Hyperboreos locavit, (non obstante Pomponio Mela, qui eos l. 1. c. 21. cum plerisq; reponit ad fauces Mœoticæ paludis.) Sed nunc demum, etiam hâc in parte stabilitur authoritas diligentissimi Plinij, qui l. 6. c. 13. Georgijs accenset, iuxta mare Caspium incolentibus. Percipite enim ipsius Haythonis oculati testis verba: *in isto regno Georgiæ apparet quoddam stupendum miraculum & monstrosum, quod dicere non auderem, nisi proprijs oculis perspexissem. Sed quia PERSONALITER ibi fui, & VIDI, dico, quòd in illis partibus est quædam provincia, quæ vocatur* Hamsem, *quæ in circuitu benè habet tres diætas, & quantum extenditur illa provincia tota, quadam caliginosâ & tenebricosâ caligine locus ille taliter obfuscatur, quod nullus est qui aspicere possit quicquam: nec est aliquis, qui audeat ingredi terram illam quoniam ad redeundum tramitem ignorat. Habitatores illarum partium asserunt, se sæpius audivisse voces hominum vociferantium, cantum galli, hinnitus equorum, in sylvâ. Et per meatum cuiusdam fluminis, quod de loco illo egreditur, apparent signa certa, quòd sit gentium habitatio in eodem.* Ex omni narratione colligo locum non esse patulum, sed sylvis densissimis opertum, quæ fortassis eam opacitatem adaugent. Nam & Ambrosius Contarenus Reip. Venetæ legatus ad Vsuncassan, in itinere suo quod ferventis tunc belli metu per eas ambages instituit, refert Georgiam esse sylvosissimam, ut continuis aliquot diebus eos lucos vix sit emensus, & in medijs nemoribus aliquoties pernoctare opus habuerit cap. 2. circ. fin. *cavalcando per Boschi & montagne terrible, paese Maledetto: dormendo la notte in terra, appresso qualche acqua & herba. Et per li freddi faceuamo fuoco.* Sed revertor

vertor ad regem Schabur. is post hanc sævitiam tandem à Constantino M. nuper ad fidem converso, mitigatus est, per Epistolam, cuius exemplum Theodoretus ponit lib. 3. c. 3. Hist. Tripart. ut Christianos deinceps habuerit paulò benignius, reverentiâ huius Patroni. verùm illo defuncto, reversus ad ingenium, continua ferè bella gessit cum eius filio & successore Constantino, quæ Ammi. Marcellinus miles græcus latinè descripsit. Inserit is lib. 17. c. 5. literas eius regis ad Imp. unde aliqua excerpam, ut hominis fastus omninò Persicus, & regnandi cupido appareant evidentiùs. Ita ergo ille infit: REX REGVM SAPOR, *particeps siderum, frater solis & lunæ; Constantio Cæsari fratri meo salutem. Quia veritatis oratio debet esse libera, & celsiores fortunas idem loqui decet ac sentire, propositum in pauca conferam. Adusq; Macedonicos fines tenuisse majores meos, antiquitates etiam vestræ testantur. hæc me convenit flagitare, (nè sit arrogans quod affirmo) splendore virtutum insignium, vetustis regibus antestantem. &c. Contemne partem exiguam, semper luctificam & cruentam, ut cætera regas securiùs. reputa medelarum quoque artifices, urere nonnunquam & secare, ut reliquis uti liceat integris. &c.* itaque novies acie justa congressi sunt, bis ipso præsente Constantio; fortunâ tamen ancipiti, & plerunq; ad Persas inclinante. Nimis prolixum foret, si afferre singula conarer. videatur ipse Marcellinus, præcipuè libb. 18. 19. 20: 23. 24. 25: & 27. Notabiliora tamen sunt ea quæ contigerunt ad Amidam, Sinear, & Nezibin. nempe quòd cum Amidam continuis LXXIII diebus oppugnasset, iam XXX millia suorum desiderans, ut animos desperabundis redderet, ipse militis gregarij munere sit perfunctus; quâ strenuitate sui exempli, urbem redegerit in potestatem. deinde quomodo Romanos ad Singaram penè victores, cùm à pugnâ fessi aquis inhiarent obtentis luminibus, incautos obruerit grandine telorum: ut ipse Constantius fugâ vix

eva-

evadens, frustum panis ab anu rusticâ emendicare opus habuerit. Deniq; quomodo cum Nisibin obsessam, effractis muris ingredi pararet, Constantini spectro sit perterritus, & episcopi Iacobi precibus excitati culices, tàm vehementer afflixerint eius Elephantes, ut obsidionem solvere coactus fuerit. H. Trip. l.5. c.45. Cætera quæ postmodum, Iuliano, Ioviano, & Valente imperantibus, gesserit successivè, prudens omitto; id unum addens, quod honor Patriæ reticere non sivit: copias potentissimi huius Monarchæ, Oriente toto formidabilis & aliàs invicti, multùm repressas esse tandem à conterraneo nostro, Rege veterum Alemannorum, VADOMARIO (an Wayd Mayer?) fratre Gundomadi; quem Iulianus antea dolo captum, propter incautius verbulum in Hispanias relegaverat, Valens verò cognitâ hominis virtute, cum exercitu nunc miserat in orientem. Is enim, teste Marcellino, lib. 18. c. 2. domicilium prius contra Rauracos habuit, in superiori parte Sylvæ Marcianæ (deß Hartz- oder Schwartz Walds) ut rectè B. Rhenanus explicat, Rer. Germ. l. 1. cir. med. f. m. 76. hoc est, ut ego præcisiùs definire ausim, *circa fontes hujus Nicri* habitavit, non omninò diei unius itinere supra nostram Tubingam.

8. *Bahramus alter.* Hîc mihi divortium cum Agathiâ faciendum est, authore aliàs magni habito. scribit enim, quòd post Saborem *Artaxerxes Germanus Frater*, quatuor annis regnârit. Non dico quàm rarum sit ut septuagenario maior, Fratrem post se relinquat regno aptum: sed hoc urgeo præcipuè, per naturam non posse illum, qui simul & primogenitus & posthumus fuerit, ullum Fratrem habuisse Germanum; nisi mater fortasse uno partu geminos enixa esse probetur, quod hîc nemo tradidit. Miror id absurdum à sagacissimo Reineccio vel alijs, animadversum non esse. Nam si Fratrem habuit Schabur, natu se maiorem, cur vacante regno

coronam

coronam imposuerunt huic embryoni? non minus incertæ nativitatis, quàm erat expectationis tardæ successor. Sin habuit minorem natu, quomodo pater eum post fata demum genuit? an vidua concepit è cadavere mariti? ut Vlyssiponenses equæ Favonio spirante, si Varroni credimus, aut Solino. c. 36. Quamvis igitur Agathias ad fin. l. 4. testetur, se sua è Persarum annalibus authenticis hausisse, per Sergium interpretem Græco-Persicum, à custodibus regiæ Bibliothecæ impetrata, tempore Chosrois, & sibi fideliter communicata; suam quoque fidem aliâs benè satis approbet, hoc velut scutum Procopio dissentienti obtendens: Ego tamen hîc jure præfero Authoritatem nostri voluminis, quod etiam à Persis, ad victores Turcas devenit; atque regi Schabur confidenter substituo Filium بهرام *Bahram*, hoc nomine secundum. Quid enim obstaret, quo minus ille Rex, qui & pellicibus abundabat more Persico, & viribus erat integer (ut ex animo eius militari, & secutâ longævitate colligimus) Filium reliquerit proprium? nè successio ad Fratres devolveretur: quibus tamen omninò caruisse, jam probatum est.

Melius convenit nobis cum Agathia, de nomine sequentis شابور *Schabur:* qui tamen suo quinquennio, quo præfuit, vel nihil memorabile gessit, vel ebuccinatores laudum. Historicos dico, qui ad nos vsque pervenerint, non habuit. 9. *Schabur tertius.*

Sequitur filius يزدجرد *Iazdi-gard*, hoc nomine primus, quem differentiæ causa *Exosum* denomino, quoniam Persis fuit invisus, vel ob hoc ipsum quòd amaretur à Romanis. quantùm enim isti laudant eum, tantùm illi vituperant; imperasse cum generali omnium subditorum abominatione. Teix. c. 28. *Governava Yazdegerd su reyno en universal disgracia y aborrescimiento de todo el por sus maldades y tyrannias, ē las quales perseveró, hasta el fin de su vida.* 10. *Iazdi-gerd Exosus.*

vnde in nostro exemplari ملك *Regis* titulo fraudatur, quem ceterorum pleriq; adscriptum habent. Contrarij huius affectus, Amoris & Odij rationes hæ sunt, quas ex initio libri. 1. Procop. d. Bell. Pers. sum odoratus. Cum Arcadius Imp. morti vicinus, de successore solicitus esset, atq; cogitaret quemnam potissimùm Theodosiolo suo, infanti cunas nondum egresso, Tutorem relinqueret, nec Honorius quamvis patruus, ob res Italiæ perturbatas, videretur sufficere, incidit ei fatorum potius quàm ingenij bonitate, optimum consilium; ut huic Isdigerdi tutelam per testamentum deferret, qui eam velut honorificam sibi, benevolè acceptavit, nullo veterum bellorum habito respectu, quòd fidei suæ tantum pignus ex insperato credi gauderet. Quamvis verò id institutum reprehendat Agathias, in eo Procopij nimis durus censor, quòd temerarium fuerit, Barbaro, alienæ gentis & mentis viro; Imperij Christiani sortem commisisse: si tamen ab eventu rem æstimare licet, mihi non adeò absurdum fecisse videtur, quia sic non Imperio tantùm tranquillitas data fuit, conciliato rege potentissimo, qui solus tunc nocere poterat, sed, quod præcipuum est, religioni nostræ in Persiâ securitas obtigit, imò amplificandi etiam occasio. Nam cum Episcopus Mesopotamiæ Marunthas, crebris tunc inter ambos legationibus fungeretur, & è regis filio Dæmonium ejecisset (Paul. Diac. d. g. R. l. 14.) afflavit ipsum vir devotissimus, nec nisi meram pietatem spirans, tàm grato Christianismi odore, ut ubicunq; vellet ei Ecclesiam instituere permiserit. Hæc nimirum est causa, quæ procerum animos alienavit, maximè verò Magos ussit, quādo cū ignis cultu suum quoq; sacerdotium à rege vilipendi senserunt, se verò falsitatis vel reos vel suspectos, duriùs haberi. Propterea vocarunt in historijs Tyrannum, crudelem, superbum, inexorabilem, avarum, nullis precibus ad misericordiam flexibilem, qui dicere solitus fuerit, referente Teixera Ibid. *que en tres cosas no se hallava:*

hallava ni podia esperar compascion ; en el Fuego, en la Mar, y en el Rey ayrado: quòd affectu commiserationis hæc tria vacare debeant ; Mare, Ignis, & Rex iratus. Ideoque credunt meruisse mortem violentam, quâ subitò extinctus est, bis impacto sibi pede calcitrantis equi, quem contemplabatur, nil tale metuens: *estando un dia mirando un cavallo de mucho Precio, y gusto suyo, sin occasion conocida le tirò dos coces, de cuyo golpe cayo luego muerto en tierra sin mas hablar palabra ; esparsiose la nueua de su muerte por el reyno, y por ella pocas lagrimas. murio hauiendo reynado veynte y dos annos. &c.* nisi fortè hoc ipsum, fraus tantum fuit & prætextus insidiatorum : ut supra, opinio tabernaculi corruentis. fol. 112.

Ei successit filius *Bahram*. h.e. Vararanes tertius, quem nostrum exemplar cognominat گور *Kor* vel *Kur*, epitheto cæteris historijs inaudito ; nisi quòd eius vestigium in Tripartitâ reperisse videor, dum Theodoretus *Goraranem* vocat, l. 10. capp. 28. & 30. quem Socrates, lib. seq. 11. cap. 15. nuncupat *Barabanem*. Quid autem vox ipsa significet, adhuc ambigo, quia nondum constat, quâ linguâ sit exponenda. Persicè quidem interpretari conatur Teixera, sed alternativè, quia tàm Onagrum sonat, quàm Sepulchralem fossam. cap. 29. *A este rey Baharon, le fue dado el sobre nombre de GVR, por esse respetto. es GVR palabra Parsia equivoca, quiere dezir una fiera, a que llamamos* Asno saluage : *à cuya caça este rey fue particularmente afficionado. y tambien significa la* Cueua *ado qualquier cuerpo muerto es sepultado.* vtrumque cognomen regiâ maiestate indignum censeo, sive Asinum dicas, sive Vespillonem : illud tamen isto minus probrosum Orientalibus haberi crediderim, quia etiam ultimus Chalipha Ommiades, Marvvan, حمار الجزيرة *Chimarol-gezirat*. h.e. Asinus interamnis vel Mesopotamenus appellari sustinuit, imò habuit honorificum, & pro Militari elogio, quòd instar Onagri fugere nesciret. Est verò Tei-

II. *Bahram Kur.*

xeræ potiùs venatorium, quòd eas bestias insectare crebrò sit solitus. Ego autem, quoniam iste rex meliores vitę annos in Arabiâ contrivit, Arabicè interpretari mallem, de *Regnatore*. nam ibi كورة *regnum* & *regionem* denotat. unde quorundam opinione est Punicum illud Hannonis *Corathisima*, in Pœnulo Plauti Act. 5. Sc. 1. quasi كورة سماء *Curath-samai*. h. e. regnum cœli. quamvis non nesciam ab eruditissimo Seldenio, in proleg. d. DIs Syr. f. XVII. per קרא אתם exponi, scitè magis quàm feliciter. Sed ut ad Bahramum revertar, fatetur ipse Teixera, non in Perside sed Arabiâ educatum fuisse, de consilio Medicorum patris. Nam cum cæteros ex eâdem coniuge natos, domi non vitales esse Iazdigerdus animadverteret, statuit in hoc filio spei melioris, externum aerem experiri. proinde credidit illum Nahmano eius ætatis Regulo sibi tributario, ut non corporis tantùm, quâ valetudinem, haberet curam, sed & animum notitiâ literarum imbueret: quod & ipse fecit studiosè dum viveret, & post eius mortem filius Mansor, eadem fidelitate. cap. præc. 28. *Yazdgerd su padre, de consejo de medicos, lo hizo criar fuera de la corte, en cierta terra de Arabia, entregandolo a un rey della su vasallo, llamado Neaman ben Amarahulkeis, persona de mucha confiansa. Este lleuò el ninno consigo à sus tierras, en las quales se gozaua de cielo y ayre puro y templado, al qual hizo criar con el cuydado y dottrina que convenia: hauiendo llegado a los annos de discrecion, muriose su ayo Neaman, en cuyo lugar, quedò un hijo suyo por mombre Manzar, de tanto valor y fidelidad, como el padre*. Sed parum abfuit quin hæc peregrinatio ipsum successione regni fraudaret. Nam quia per absentiam proceribus non benè cognitus fuit, & exosi de patris ingenio filium æstimantes, verebantur mali corvi ovum nihilo melius fore, contigit ut Iazdigerde mortuo, quidam Chosroës illorum favorem emercatus, pluralitate votorum eligeretur. Non quidem defuerunt

etiam boni & publicæ tranquillitatis amantes viri, qui Bahramum excludere censebant iniustum: sed prævaluit adversæ partis factio, donarijs & promissionibus ut fieri solet à Candidato expugnata. Ib. *querian unos que no se alterase la antigua costumbre de la Real Succession: otros temiendo que Baharon ymitasse al padre en vida, y malas costumbres, dezian que el reyno se devia dar a persona digna del por virtudes. y la parte destos, que eran muchos y poderosos, prevalecio, y el reyno se entregò à un Kezere Khozrrao, deudo cercano del difunto rey; el qual aunque de algunas partes buenas fuese dotado, lo avia adquerido principalmento, con Sobornos y Promesas.* Itaque coactus fuit Bahram jus suum quod benevolentiâ impetrare nequiverat, armis persequi; adiutus in eo fideliter à prædicto Almanzore Arabum rege (quem Socrates loc. alleg. vocat Alamundarum, forsan quòd per Zadi punctatum scriberetur.) Postquam ergò Persç, præter æquitatem ipsius causæ, vim quoq; sibi imminentem senserunt, conversi ad saniorem sententiam, exceperunt hunc legitimum regem suum, homagio solenniter præstito; &, quod mireris, primus omnium qui obedientiam suam publicè profiteretur, fuit ipse Chosroës æmulus, hâc prudenti pœnitentiâ certum à capite suo malum avertens.

Bahramo-Kuro successit filius *Iazdigerdes* alter, quem differentiæ causâ Persecutorem appellare liceat. Nam cum *Abdas* Episcopus zelo correptus, Fanum ignis destruxisset, ac instaurare nollet, rex iratus non modò Templa nostræ religionis vicissim dirui jussit, sed etiam Christianos passim conquiri & ad supplicia rapi, novis tormentorum generibus excogitatis: quæ patheticè describit Theodoret. H. Trip. l. 10. c. 30. negans prudenter factum, quòd Abdas Πυρεῖον intempestivè demoliendo, tàm crudeli laniēnæ dedisset occasionem; cum nec Paulus Atticum altare diffregerit, sed veritatem potiùs docuerit placidè, quâ cognitâ super-

12. *Iazdigerd Persecutor.*

superstitio evanescat ultrò. Non alienum ab instituto fore puto, si de hoc *Ignis cultu*, Persis olim sacerrimo, nec hodie prorsus abolito, aliquid obiter interseram. Refert Strabo sub fin. l. 15. quòd plures quidem Deastros colant, sed maximè Ignem, cui sacrificent lignis non nisi melioribus & decorticatis, oleo superaffuso. addit verò peccatum censeri, si quis illum injectâ re sordidá quacunque contaminet, aut halitum ore tantùm aspiret, idq; supplicio capitis luendum. foveri ergò non insufflando sed ventilando. Procop. l. 2. de bell. Pers. tradit in *Ardabigara* boreali oppido Assyriæ Pyreum illud esse, ubi perpetuum ignem custodiant Magi, quem cum Vestâ Romanorum comparat. Agathias lib. 2. etiam in pluribus ædiculis ait, ignem hunc perennem asservari, & velut oraculum interrogari de futuris. Omnium verò explicatissimè hunc ritum describit Iudæus Benjamin in Itin. f. 26. hisce verbis. לפני הבמה ש״ל בית תפלתם עמק גדול ומדליקין כל ימי עולם ש״ם אש גדולה׳ וקוראין אותה אלהותא ומעבירין בה בניהם וגם מתיהם מ״ש ליכים בתוך האש *ante aram ædium sacrarum, est ingens fovea, in quâ continuatis seculis ardet ignis maximus, quem appellant Divinitatem. per eum traducunt filios suos (expiandi causa lustrant, sine noxá tamen) mortuos verò prorsus illuc injiciunt.* Pergit Rabinus & commemorat admirandam devotionem stultæ gentis, quòd qui Sanctitatis affectent opinionem, se vivos in hunc ignem præcipitent, & magno spectantium applausu, voluntarium sustineant martyrium. quod me illius Peregrini admonet in Luciano, qui ut aliis ludos exhiberet, sibi cruciatus fecit, in Olympiacá panegyri seipsum sponte comburendo, saltem ut nominis famam pararet. ויש שם מהם גדולי הארץ שנודרים עצמן בחייהן לישרף באש וכשהנודר אימר לבני ביתו ולקרוביו הנה נדרתי על עצמי להשליך עצמי באש בחיי עונין לו כולם ואומרים לו אשריך וטוב לך: וכשהגיע יום הנדר עושים לו משתה גדול ורוכב על סוסו אם הוא עשיר ואם הוא עני הולך

הולך ברגליו עד שפת העמק ומשליך עצמו בתוך האש וכל משפחתו מרננין בתופים ובמחולות עד שישרף כולו: *sunt inter illos de magnatibus terræ, qui devovent semetipsos in vitâ, ut comburantur igni. cumq́, id suis familiaribus & propinquis denunciant; Ecce, votum feci spontaneum, ut insiliam in ignem vivus! respondent omnes & acclamant illi: O TE FELICEM ET BEATVM! quando autem appropinquat dies executionis, parant ei convivium lautum, ipse verò vel vehitur caballo (ut Marcus ille Curtius, apud Livium dec. 1. init. l. 7.) si dives est, vel si pauperior, pedes incedit, usq; ad marginem fossæ; ibi dumpræceps ruit in flammas, omnes cognati eius lætantur, tympana pulsantes & agentes choream, donec totus conflagret.* Vt verò cognoscas, quænam ulla persuasio tàm efficax esse possit, ut vitam sic prodigere velint, imò gaudeant cruciari, percipe ulterius insignem diaboli astum, quâ ratione credulis hominibus illudat. ולקץ שלשה ימים יבואו שנים מהכומרים ההם מהגדולים שבהם אל ביתו ואל בניו ואומרים להם תקנו הבית כי היום יבא אליכם אביכם לצוות לכם מה תעשו והם לוקחים עדים מן העיר והנה השטן בא בדמיתו ובאים אשתו ובניו ושואלים לו היאך הוא באותו העולם והוא אומר באתי עד חברי ולא קבלוני עד שאשלים חובתי לבני ביתי ולשכני והוא עושה צואה ומחלק נכסין לבניו ומצוה לפרוע כל מה שהוא חייב לכל אדם ולקבל מן בני אדם מה שהם חייבים ויכתבו העדים צואתו וילך לו דרכו ואינם רואים אותו כלום: ועל פי השקר והמרמה הזאת והכשוף הזה שעושין להם הכומרים האלו הם מתחזקים ואומרים כי אין כמותם בכל הארץ: *appetente tertiâ die, veniunt bini sacerdotes de primoribus, in ædes combusti, & dicunt hæredibus eius: parate domum, nam hodie accedet vos pater vester, ut præcipiat vobis quid faciendum sit. (significet ultimam voluntatem, quasi Testamentum conditurus post fata.) Accersitis ergò testibus ex urbe, apparet Satanas illius habitu. tunc uxor & liberi sciscitantur, ecquomodo habeat in altero seculo? respondet: veni quidem ad collegas meos, sed illi me noluerunt recipere:*

cipere prius. quàm solverim universa debita, familiaribus æquè ac vicinis. Partitur itaque opes suas hæredibus, jubens dissolvere quicquid ipse debeat alijs, & exigere vicissim quod illi debeant sibi. Has expensas consignant advocati Testes, ut ille abeat viam suam. (nec diu detineatur.) deinceps non cernunt eum ullatenus. Tali mendacissimâ fascinatione, quam edunt magici Sacerdotes, confirmantur illi, ut dicant (de superstitione gloriantes.) Simile quid non accidere in ullâ terrâ. (h. e. eiusmodi religionem, tàm evidentibus miraculis conspicuam, non reperiri orbe toto.)

Nè quis verò existimet me loqui de re pridem omninò antiquata, Teixeram audiat, qui in Append. Relat. f. 383. testatur, quamvis hodierni Persæ maximâ parte Alkurano sint addicti, superesse tamen etiamnum plurimos Gentiles, qui sic ignem colant. Eos ad Muhammedanorum differentiam vocari tradit *Gaor-yazdy*; quos ego *Ethnicos Iazdenses* interpretor: quamvis author l. 1. c. 1. fol. 4. voculam Gaor, à cultu Bovis deducere conetur, quòd Persicè *Gao* significet vaccam (cui nostrum Kuoh consonat) ego tamen potiùs à Turcico *Gaur* derivarem, quod Infidelem notat, & opponitur Musulmano. Cæteroquin de urbe *Iazdy* res est certa, eam intelligi, quam M. Pol. Ven. l. 1. cap. 20. *Iasdi* nuncupat, mercimonijs & serici texturâ celebrem; Iosaphat verò Barbarus *Iex*, mœnibus amplissimam, V. M. pass. circuitu patentem, ubi quotidie decem mille pondo vendantur, incredibili silentio, & celeritate, nec sermone ullo intercedente, quòd precium singulis authoritate publicâ inscriptum sit. fol. 42. b. *il prezzo è scritto sopra vna carta: & queste cose se spacciano in un tratto senza fare altre parole.* Circa istam urbem reperiuntur adhucdum hodie tales Ignicolæ, qui fanum habent in propinquo monte *Albors*, ubi à tempore Kajomarrathi hucusq;, iam ultra XXXV. secula, ignis arsit continuè, nec unico interea momento extinctus fuit: unde non mirum est ipsos, antiquitate superstitionis suæ fretos,

fretos, Muhamedismum admittere noluisse. Teix. loc. all. *gentiles de Yazd, siguiendo el culto de su antigua gentilidad, no han querido hasta el presente recebir la secta de Mahamed, ny de Ally. Reverencian estos al Sol y al Fuego, el qual guardan y conservan con grande religion y cuydado, ha mas de tres mil y quinientos annos sin se apagar, ny faltar un momento, en una sierra à una jornada de Yazd, que se dize* Albors Kuyh, *que es la sierra Alborz, o como por otre nombre,* Atèx-queda, *que es casa o morada del fuego, en servicio del qual trahen de continuo mucha gente.* Verùm de hisce nunc satis: unde intelligitur, quale fuerit illud πύρειον, propter cuius ruinas à Persis tantoperè sævitum est in Christianos. Id extremum hîc moneo, variare authores de personâ huius regis persecutoris; me verò Theodoretum esse secutum, qui lib. 10. cap. 29. & 30. Hist. Trip. hoc Abdæ factum expressè refert ad Isdegerdis tempora. Si quis tamen id præcedenti Bahramo, vel etiam utrisq; velit attribuere, per me licebit. nec enim sufficientes habeo rationes, quibus id redarguam evidenter. Hoc solùm affirmo confidentiùs, post cæsos *Immortales (*qui se hoc nomine jactabant, velut invictos. H. Trip. 11. 15.*)* & insignem Theodosij victoriam, Ecclesias aliquandiu requievisse, pace ad annum Imp. Anastasij duodecimum usq; durante: Interea verò Iudæos divexari cœptos; de quibus infra.

Nunc arbor Persica divaricatur in duos ramos, & ex uno Iazdigerde bini enascuntur filij, *Firutz* & *Ialas*. Quamvis enim in exemplari nostro videatur secus esse, ubi lineola quæ ad posteriorem protensa erat, iterum crasa fuit; vicissim alia nova è Phirutzo ad Ialam deducta, quasi eiusdem filius, nec frater sit *(* quod bonæ fidei causa fatendum*)* ego tamen Agathiâ nixus, censeo eam correctionem fuisse intempestivam, ideoq; lineam quæ deleta est, restitui oportere in integrum, alteram verò ceu spuriam deleri. Cæte- 13. *Firuz.*

rùm Firutz Arabicè ſcribitur per PH ف, unde apparet eundem eſſe, quem alij authores *Pero-* فيروز */ zam* nuncupant. Eius tempore (quod Concilio Chalcedonenſi vel coincidit, vel proximè ſequitur) tanta ſiccitas fuit in omni Perſiâ, ut continuo ſeptennio nunquam plueret, amnesq; maximi, etiam Tigris & Gichon exareſcerent: unde magna ſterilitas, & dira fames eſt ſecuta. (qualis olim in diebus Eliæ, ob ſimilem cauſam. 1.Reg.17.) Cum igitur granaria regia penitus eſſent exhauſta, nec ulla ſpes acquirendi aliunde ſuppeteret, fecit rex quod unum potuit, ac debuit in eiuſmodi calamitate, atq; cum univerſo populo in campos evocato, DEVM cœli terræq; dominum imploravit ſuppliciter, nec deſtitit orando, donec largus imber ſequeretur: quod in gentilibus poſt Ninivitas, Ion. 3. 6. alterum eſt ac memorabile exemplum publicæ pœnitentiæ. Teix. c.32. *Congregò grandes companias de gente, de todo ſexo y edad, con la qual ſe ſaliò por los campos, haziendo penitencia y pidiendo à Dios miſericordia, en lo que perſeueraron muchos dias, haſta que lluuio, y las tierras con el riego de las aguas boluieron à fruttificar, y ceſſò el mal.* Aliquandiu pòſt, cùm ab hoc malo requieviſſent, Imp. Zenonis tempore, duplex bellum geſſit iſte Firuz cum Nephtalitis, in quo tandem perijt. Nam primò ad anguſtias ignotorum locorum redactus, eâ conditione pacem impetravit, ut & laceſſere illos poſthac nolle iuraret, & coram victore ſuo, in ſignum ſubjectionis incurvaretur: quod poſterius de conſilio Magorum callidè fecit, captatâ occaſione contra Solem orientem ingeniculatus, ut illum potius more patrio adoraſſe, quàm in hoſtis honorem genua flexiſſe putaretur à ſuis. Verùm nec prius illud, quamvis diplomate inſuper firmatum, ſanctè ſatis præſtitit. quia enim hanc adorati hoſtis ignominiam concoquere neſciebat, eum inſtaurato exercitu denuò aggreſſus eſt; ſed iterum iniquitate locorum circumventus, in magnâ quadam

voragine

voragine cum plurimis vitâ finivit miserè, quam Nephthalitæ per insidias ipsi paraverant, calamis & ingestâ terrâ supernè constratam; relictis etiam in medio quibusdam eminentijs & arboribus, ubi excubitores commorabantur, ut fraus lateret magis, & Persæ in fossam alacrius irruerent. Ita perfidiæ pœnas luit rex temerarius, & (Agathiæ judicio l. 4.) plus audaciâ quàm consilio pollens. Diploma illud quo pacem sanciverat, hastæ appensum fuit, & occurrenti eminus monstratum, ut juris jurandi admonitus, maturè pœniteret, atq; cœpto desisteret: sed id parùm curavit. Cum autem inopinato casu sibi moriendum esse cerneret, fertur unionem quem aure dextrâ pendentem gerebat, insolitæ magnitudinis & candoris, avulsisse, ac nè quis mortalium post se reperiret, (verisimilius ne cadaver agnosceretur) projecisse longius. Mitto cætera, quæ Procopius de periculosâ piscatione illius conchæ addit: hoc verò scitu dignius existimo, inquirere quinam fuerint illi victores NEPHTALITÆ? quos Agathias ita, loc. cit. Procopius autem per Aphæresin unius literæ *Evthalitas* nominat, l. 1. d. Bel. Pers. addens esse πολυφίλους (contra mentem Aristotelis. 9. Ethic. c. 10.) qui Amicitiam inter se adeò numerosè colant, ut unus aliquis fortunæ lautioris, usq; ad XX. & plures etiam amicos alat, perpetuos convivas atq; facultatum suarum pariter participes. Ego arbitror omninò esse Iudæorum reliquias, de tribu Nephtalim, quos Tiglath-Pilæser Assyrius, in ea loca traduxit. 2. Reg. 15. v. 29. ולא נשאר
אלא אחד משמנה ונטל העגל השני אשר היה בבית־אל
vix unum ex octo relinquens, ipsum quoq; vitulum è Bethel simul abducens, ut Rabini annotârunt in libell. X. captiv. §. 2. item Sed. Olam. Rab. c. 22. Nam. 1. nomen in castigatis exemplaribus Agathiæ, quæ Levvenclavv recensuit, ad amussim consonat: cæteris unica tantùm aspiratio deficit, quod fortuitò ita congruere, in polysyllabicâ voce vix possibile foret.

ret. 2. Ipsa facies eos prodit. nam Procopius. l. c. docet, non esse fœdos aspectu sicut Hunni sint, inter quos habitant, sed solos ibi locorum albos; ut manifestè agnoscantur aliunde illuc immigrasse. 3. Mores conveniunt. nam idem Author asserit, non esse Nomades ut Hunni, qui vagis sedibus unum locum depascuntur post alium, sed certam incolere regionem. Præterea jus & fas observare, velut Romani, ac politicos esse, qui benè regantur à suo principe: quod utrumq; inter vicinas gentes rarum est. denique mortuos non more barbarorum abijcere, sed honestè in terram sepelire. 4. Testantur Itineraria illorum, qui ad mediterraneas regiones Asiæ orientalis penetrarunt, plurimos ibi degere Iudæos, maximè verò montes occupare. R.Benjam.f.23. ומשם מהלך שמנה ועשרים יום להרי ניסבון אשר על נהר גוזן ויש שם אנשי מישראל בארץ פרס שהם משם ואומרים כי בערי ניסבור ארבעה שבטים מישראל שבט דן ושבט זבולן ושבט אשר ושבט נפתלי הגולה הראשונה שהגלה שלמנאסר מלך אשור כמו שכתוב בלחלה וחבור הרי גוזן הרי מדי ומהלך ארצם עשרים יום ויש להם מדינות וכרכים בהרים מצד אחד מקיף אותם נהר גוזן ואין עליהם עול גוים כי אם נשיא אחד ושמו ר׳ יוסף אמרכלא הלוי ובניהם תלמידי חכמים וזורעים וקוצרים והולכים למלחמה לארץ כוש דרך המדברות ויש להם ברית עם כופר אל תורך שהם עובדי הרוח והונים במדברות והוא אומה שאינם אוכלים לחם ולא שותין יין כי אם בשר חי כמות שהוא בלתי מבושל והם בעלי אפים ובמקום האף יש להם שני חורין קטנים שיוצא מהם הרוח ואוכלין כל בהמות טמאות והם אוהבי ישראל: *inde (à finibus Persiæ) iter est XXVIII. dierum ad montes Nisebon, qui sunt juxta flumen Gozan. Israëlitæ qui veniunt inde in Persiam, ajunt ibidem in urbibus Nisebor superesse quatuor tribus, nimirum Dan, Zabulon, Aser & Naphtali, captivitatis primæ, quos illuc deportârit Salmanasser Assyrius; ut scriptum est (2.Reg. c.17.v.6. abduxit eos in Lachlach, & Chabor, montes Gozan, montesq. Madai (ex authentico textu cum 1.Paral. 6. 26. collato, apparet*

apparet literam Lamed esse servilem, & legendum Chelach: nec montes, sed flumen Gozan, & urbes Madai) Ambitus regionis illius est 20. dierum: tenentq; urbes & castella in montanis, quæ ex uno latere alluit fluvius Gozan. nec illis incumbit jugum gentium, sed habent Præfectum super se, nomine R. Ioseph Amarkela Levitam (tempore Authoris, ante 400. Annos) & sunt inter eos studiosi sapientiæ. Seminant quoq; ac metunt, imo proficiscuntur in bellum ad regionem Cusch (non Aethiopiam ut vulgus exponit, sed Cuthæorum terram, circa flumen Cuth; unde novi olim Samariæ Coloni prodibant. Ioseph. l. 9. antiq. c. 14.) per viam deserti. Fœdere junguntur cum paganis Turcis (non hodiernis Natoliæ, sed sibi tunc finitimis, provinciæ Turkestan incolis, mit den wilden Türcken /*) qui serviunt spiritibus (dæmones colunt) & castrametantur in eremis: gente quæ non edit panem, nec bibit vinum, sed vescitur carne crudâ, etiam immundorum animalium; quævé lato prædita vultu torvum videt, loco nasi duo parva foramina sive spiracula ostentans. Amant verò Israëlitas. (adduntur plura de illorum nupera tunc irruptione in urbem Rai; & interjacentium locorum solitudine vastissimâ.)* Claud. Duret. *Thresor de l' histoire des Langues fol.* 302. affirmat, Iudæos ferè infinitos in Asiâ superesse, præsertim in Indiâ, & regem Cochini habere summum fautorem. R. Abrah. Prizol, in Geographico libello, quem *Orchos-olam* inscripsit, Capp. 9. 10. 15. 24. distinctè meminit eorum, qui in Perside, Babel, Mediâ, Æthiopiâ, Indiâ dispersi sunt. & cap. 14. recenset iter illius, qui ex incognitis desertis advenit superiori seculo in Europam nostram. deniq; de Orientalibus, qui propius huc pertinent, ita refert cap. 38. מלכות באליור הגדול העליון לכל אלה אשר כתבו הסופרים אמלו שיהודים רבים סגורים בו והוא בצד המזרחי הצפוני גם נתחדשו עוד ישובים אחרים בחדושי הגלילו' הטה המזרחיים ביבשה וקראום בשם יושביהם בטיביט צינכא בוקטארי עד דיאוראוכא וקרוב לזה למעלה מהכל עיר גדולה לאלקים אין כמוה תחת השמים אשר כל טוב להם מהדברים היקרים ומתנהגים כפי הטבע׃

in amplissimo regno Balor superiori, juxta scriptores omnes, Iudæi sunt quàm plurimi reclusi; & illud situm est inter ortum & septentrionem. ubi etiam alia loca noviter detecta sunt, ab incolis denominata Tebeth, Zincha, Buktare, usq; ad Riorarusa (vel Diorarusa. nam ר & ד hîc ægrè discerno) supra cunctas est urbs maxima, penè divina (in hebr. ה pro ה more Talmudico) qualis non alia sub cœlo, quæ bonis omnibus abundat. (Cambalu vel Quinsai videtur innuere, M. Polo memoratas l. 2. cap. 10. & 64.) vivunt secundum naturæ ductum. Huc Sadducæos pertinere puto, quos Nubiensis Geographus in parte 7. Climatis 3. locat. quamvis enim alij etiam populi resurrectionem abnegent, hoc tamen sectæ nomen solius est Iudaismi. sic autem ille Arabs, fol. 167. exempl. Besold. وفي شرقيها بلاد البغرغر ومن بينها العظمي المسماة تنتبغ لها اثنا عشر بابا من حديد واهلها زنادقة *in orientali parte illius est regio Begarger, cujus vrbs maxima nominatur Thentaba, quæ duodecim portas habet ex ferro. Ejus incolæ sunt Zinadikai (sic Arabicè vocantur ab authore צדוק Dagesch in Nun resoluto.)* Disputatur quidem anxiè ab alijs, ubinam sint ea loca, in quæ abducti fuerint Iudæi: & in solâ Mediâ quærunt pleriq;. Ego autem ulterius, ad Paropanisum usque deportatos esse statuo, quia textus 1. Par. 6. v. ult. expressè הרא *Hara* meminit, quæ omninò videtur Aria regio, sic à metropoli quondam dicta, (nunc *Eri* vel *Hrey*) maximè quoniam & cæteræ appellationes propinquis locis congruunt, ut montis Nisebon (de quo R. Benjam. supr.) cum urbe montanâ Nisibi, apud Ptol. l. 6. c. 17. & Marcellin. l. 23. c. 11. Ita *Gozan* cum Gauzanâ, & *Chabor* cum Caburâ: prout in antiquâ Ptolemei Tabulâ, editionis Romanæ, legitur; quamvis vulgò γάζακα scribatur pro γάζανα, eod. lib. cap. 18. & Κάρυρα pro Κάβυρα, quæ nunc est Kabul. Ita fluvius

Gozan

Gozan erit Oxus inde ſcaturiens, & *Madai* fortaſſe Comedorum regio, τῶν Κομηδῶν ὀρεινὴ καὶ ὁ καλούμενος λίθινος πύργος lib. c. 13. (quamvis R. Prizol. c. 26. Gozan pro Gange habeat, ob ſcripturæ גוזן & גנגז affinitatem.) Si quis verò illud in dubium vocat, an Aſſyriorum potentia eouſq; ſe olim extenderit, audiat relationem *Seder Olam Rabba*, h. e. Chronici majoris, quod ad finem cap. 22. expreſsè teſtatur, non Babylonios tantùm, Suſæos, Elamitas & Cuthæos, populos à Palæſtinâ ſatis longè remotos, verùm etiam ulteriores ארכוזאיי *Arachoſios*, Indo flumini proximos, ab Aſſyrio victore Samariam, velut in coloniam eſſe traductos: ergò illos in poteſtate habuerit neceſſe eſt. Vt taceam non ſedibus illis primùm aſſignatis hæſiſſe perpetuò, ſed cum tempore profectos *in ulteriorem regionem, ubi nunquam inhabitavit genus humanum: viâ multâ, itineris anni unius & dimidij*, 4. Esdr. 13. v. 41. & 45. ſcilicet per Iſthmum quo Aſiæ jungitur Americæ ſeptentrionali; ut ſic verè in omnes mundi angulos diſpergerentur. unde procul dubio ſunt illi circumciſi, quos in *Iucatan* orbis novi peninſulâ, Chriſtiani argonautæ repererunt. Nec mirum eſt, præter hunc ritum, adeò pauca de lege Moſis retinuiſſe, quia iam olim in patriâ priuſquam abducerentur, vitulos Bethel adorârunt: Miror potius Nic. Fulleri temeritatem, qui lib. 2. Miſc. ſac. c. 5. allegatum Esdræ textum, non modò ut ἀπόκρυφον rejicit, ſed omninò arguit Mendacij, vocans *ementitum iter*, & ARSARETH regionis *nomen fictum*? quaſi authoritas libri tot iam ſeculorum decurſu roborata, tàm facilè hoc uno flatu corrueret! Me verò confirmat circumſtantiarum conſenſus, ut credam Nephtalitas & origine Iudæos, & Perſis à boreâ confines fuiſſe; ab Ortelio autem eorum Hordam nimis Aquilonarem ſtatui: ſiquidem urbs *Gorga* (quam illis tribuit Procopius) & regio *Termed* (quam aſſignat ijsdem Teixera) pariter Chorasan attingant, adeo-

que

que vix aliæ ſint, quàm quas Caſtaldus in Tabulis vocat *Giorgian & Terment*, ambas ad fluvium Abiamu locatas.

34. *Ialas. vel Balas.* Nunc ſequitur يلاس *Ialas*, quem tamen potius per ſimplex punctum بلاس *Balas* legendum eſſe cenſeo, (ſi quid in authētico بلاس mutare fas eſt) quia plerique Authores per B, nomen eius efferunt. Procopio enim dicitur *Blaſes*, Teixeræ l. 1. c. 33. *Belax*. h. e. noſtrâ pronunciatione *Belaſch*, Cedreno (qui Zonaræ intertextus eſt, l. 3. Annal. fol. m. 92. b.) vitiosè *Balbus*, & ſoli Agathiæ l. 4. per æquipollentem literam V conſonantem, ſcribitur *Valens*. Eſt is à proceribus, curante Suſarâ exiſtimationis magnæ Satrapâ, fratri Firutzo ſuffectus. Quamvis enim ille rex prior, plurimos genuiſſet filios, tot nempe quot in longiſſimo menſe ſunt dies; omnes tamen unâ cum parte adverſus Nephtalitas profecti, eâdem foſſâ ſimul interierunt, præter unum Cabadem parvulum, qui ætatulæ tenerioris reſpectu, ſolus domi relictus erat, & hâc ipſâ de cauſa, ſucceſſione regni donec adoleſceret, prohibitus. Crediderim huc pertinere interregnum, de quo Seder-Olam-Zuta circ. fin. teſtatur hiſce verbis: בשנת תי״ו שנה לחרבן הבית קם עלמא בלא מלכא *Anno CCCCXVI. poſt excidium ſanctuarij. ſtetiſſe mundum abſq; Rege.* nam incidit ea numeratio in Annum 4244. uſitatæ ſupputationis Iudaicæ, (ſi Templum Anno 3828. deſtructum eſſe præſupponamus) hoc eſt, in huius Balaſi tempora. De quo Agathias aliud nihil memorabile prodit; ſive naturâ mitior, abhorruerit à cæde ac ſanguinis effuſione, ſeu quòd Perſarum vires tunc recenti clade fuerint debiliores, ſive tandem, quia non diu ſuperſtes manſit: nam poſt quartum imperij annum, ab illo ipſo Cabade, ſuo ex fratre nepote, non regno tantùm exutus fuit, ſed & oculis orbatus, nè deinceps unquam ad illud aſpiraret. Antequam ad cætera pergam, non poſſum quin aliqua de Iudæorum eius ætatis & loci perſecutionibus interſpergam. habebant

bant quidẽ illi Reges Persicos, initiò sibi diutissimè propitios, tutumq; sub eis perfugium, ut patriâ facilè carerent: cum verò id ipsum regnum ad interitum vergeret, geminas passi sunt concussiones adeò vehementes, ut propemodum extirpati fuerint. Iuchas. f. 117. b. והוין שני שמד וצרות בסוף מלכות פרסיים *contigerunt binæ vastationes & afflictiones, in fine regiminis Persarum.* Ac licet illæ non ad unicum regem pertineant, hic tamen brevitatis causa, semel & simul ambas tradam. Cœperat ea vexatio Iudæorum sub Iazdigerde, qui non Christianos tantùm acerrimè persequebatur (ut supra memoravi) sed & Hebræorum sacra evertere quærebat. Iuchas. ibid. ex Relat. R. Scheriræ בשנת תשס״ו נפל שמדא וגזר יזדגרד לבטולי שבתא *Anno 766. (scilicet æræ Staros, h. e. Alexandrinæ; sed vulgari An. 4214.) incidit Persecutio, decrevitq; R. Iazdigerd, abolere Sabbathum.* Ajunt verò impeditam & aversam esse precibus ac pietate Mar filij Asche, Rectoris in Scholâ Surensi, qui ab hoc eventu טביומי *Tosiomi,* h. e. Bona-dies appellatus fuit, כי כל ימיו היו טובים לישראל *quia cuncti dies ejus extiterunt felices Israëli;* ut refert Zam. D. f. 48. a. Addunt ejusdem virtute factum, ut Persecutor non usitato genere mortis interierit, sed enectus à serpente in cubili. Iuchas. ib. שמענו מן הראשונים וראינו כתוב בספרי זכרוניהם רבעו רחמי ובלעיה תנינא ליזדגרד מלכא בבי משכבו ובטל שמדא *Audivimus ab Antecessoribus (inquit Raf Scherira, non multò posterior) & vidimus annotatum in Chronicis eorum, quòd cum implorasset misericordiam, deglutiverit quidam Draco Iazdigerdem regem, sicq; cessârit persecutio.* eam vindictam, si verè contigit, ego suspirijs Christianorum potiùs, quàm Iudæorum devotioni adscriberem. Recruduit autem hoc malum paulò post sub rege Firutz, atq; duravit per tempora Ialasi hujus, & aliquot successorum, præcipuè tamen Anno mundi 4234. in antesi-

gnanos Rabinorum à Persis fuit sævitum, cæteri verò ad Apostasiam coacti. Kab. R. Abr. f. 9. וקודם לכן הפך ה' לבם לשנוא עמו ותפס מלך פרס ג' מגדולי ישראל אמימר בר מר יונקא בר מר זוטרא חברו ש"ל רב אשי ורב משרשיא וראש גלות והונא מר שמו והרגם מלך פרס ותפס נערי בני ישראל והוציאם בעל כרחם מן הכלל בטבת *paulò ante (quàm id regnum destrueretur ab Arabibus) converterat Dominus corda eorum, ut oderint populum suum. ideò apprehendit Rex Persiæ tres de primoribus Israel, nempe Amemarum filium Dn. Ionkæ, f. Zutræ, socij R. Asche; & Raf Mescharsiam; & Æchmalotarcham (sive principem exulum Iudæorum, quem regis indultu eligebant super se) nomine Hona-mar: eosq; occidit. præterea cepit Iuvenes filiorum Israel, & abstraxit nolentes ac invitos à canone fidei: mense Tebeth.* Zæm. D. loc. alleg. addit עמדו ישראל בעת ההיא בצרה גדולה *versatos esse Israelitas eo tempore, in maximâ tribulatione.* Mirum tamen est illos eâ ipsâ tempestate, inter media martyria, de studijs ita fuisse solicitos, ut priusquam inde dispergerentur, doctrinæ suæ pandectas conderent, nempe vastum illud opus Talmudicum, quod ante seculum cœperat Raf Asche, ac post eius mortem continuarat Maremar, Abina verò tunc demum absolverat, ultimus Amoræorum (quem Cabalistæ verbis אבינה לאחריתם Psal. 73. v. 17. innuunt: cæteros verò qui deinceps vixêre, סבוראים *Conjectores vel Arbitros* vocant. Zæm. D. ibid.) Occasionem huic internecioni suæ dederunt Iudæi, non intestinis tantùm dissidijs, quibus exagitabant semetipsos variè, sed etiam apertâ rebellione, quando Raba quidam seditiosorum caput, arreptis armis, nec scio quâ Numinis præsentiâ fretus, cum exiguâ manu suorum, Regi Persico terrarum aliquas invasit, ac per vim ereptas, detinuit aliquandiu: Seder. Ol. Zut. prope fin: בההוא יומא נפק רבא מיד גדול זכר נשיאנו לחיי העולם רבא איתחזי ליה עמודא דנורא ונפקי בהדי ארבע מאה גברין ועבדו קרבא עם פרסאי

פרסאי ואירות מלכותא וגבא גזיאתא שבע שנין *illo tempore prodijt Raba manu strenuus, cuius principis nostri memoria sit benedicta in æternùm! Apparuerat ei columna lucida (qualis olim populum Israel in deserto errantem antecedebat. Exod. 13. 21. Hoc ostento Iudæus animabatur ad res novas.) Exierunt autem unà cum eo 400. viri. Commisso igitur prelio cum Persis, acquisivit sibi Regnum & exegit tributa toto septennio.* Hoc primum est ac solum ferè, quod sciam, exemplum, ubi misera & imbellis gens Iudaica, post Ierosolymas deletas, resumpto spiritu, triste servitutis jugum non nihil excussit, cum aliquo successu. Nam quæ sæpius quidem aliàs moliebantur sub tot Pseudo-Messijs, ea vel desperata necessitas extorquebat, quæ ignavissimos quosq; potest armare, ut Bar-Cochabum tempore Adriani. Ech. Rabb. cap. 2. vel deprehensâ fraude ceciderunt irrita, ut factio Mosis Cretensis, in H. E. Socr. l. 7. c. 38. & Dav. Alroij, R. Benj. f. 22. item R. Lämlini, Zæm. f. 61. a. Cæterùm, quia populus iste ad exilium & dispersionem inter gentes omninò damnatus est, ideò violentum hoc dominium, sibi non debitum, citò amisit, vindicante Rege legitimo, & supplicium de perduellibus sumente. ut mox ibid. sequitur: ובסוף שבע שנין חטוא הנך דנתקו דהוו בהדיה ואשכחינן דהוו שתיי יין נסך וקא מזנאן בבית מלכי פרסאי ואסתלק עמודא דנורא דהות סגי קמיה ונקטורה פרסאי וקטלוה וצלבוה לריש גלותא מר זוטרא ולריש מתיבתא על גשרא דמחוזא יפקיד מלכא ישביה סתא *sub finem septimi anni peccarunt illi milites, qui erant cum eo, ac deprehensi sunt bibisse vinum libaminis (Idololatriæ consecratum) item scortati esse in palatio regum Persiæ (contaminati cum alienigenis mulieribus) proinde ablata fuit columna lucida, quæ aliàs ipsi frequens obversabatur. Ita vicerunt eum Persæ, & interfecerunt illum. crucifixerunt quoque principem exulum Mar-zutra, & Rectorem scholæ super pontem regionis; jussitq; Rex captivam ducere urbem.* ab illo tempore Iu-

dæi deinceps in Persiâ durius habiti sunt, ut nè Synagogas quidem suas frequentare permitterentur. Zæm. D. f. 49. a. אחרי מות רב סימונא בטלו הישיבות מפני שנאת מלכי פרס וגזרותיהם כמו חמשים שנה עד שנת ד׳מ״ט *post mortem Raf Simonæ, cessarunt Scholæ, propter iras regum Persiæ & inhibitiones illorum, quinquaginta circiter annos, usq; ad A. 4349.* Et quamvis postea sub Chaliphis refloruerint ambæ illorum Academiæ, Surensis & Pumbedithana, conqueritur tamen R. Petachias, quòd suâ ætate, ante hos 400 annos, miserè ac serviliter tractati sint, nec ita clementer, ut vicini Bagdadenses. Sibbuf. f. 3. בארץ בבל יותר מששים ריבוא יהודים וכן בארץ כוש ובפרס שיעבוד גדול ליהודים וצער גדול לכן לא בא ר׳ פתחיה אלא בעיר אחת של פרס וכל יהודי שבבבל נותן זהב לשנה לגולגלתו לראש הישיבה כי אין המלך מקבל מהם מס *in terrâ Babel degunt ultra 60. myriades Iudæorum. Sic & in Æthiopia. Sed in Persiâ servitute maximâ & afflictione onerantur; ideò Author (quamvis cætera Orientis quaquaversum perambulârit) non adijt nisi unicam urbem Persidis. In Babel verò quilibet Iudæus aureum nummum quotannis expendit pro capite suo: quem Synagogæ Rector exigit, neque Rex ipse tributum aliud poscit.* Hodie tractantur ibi tolerabilius, ut satis numerosè nunc habitent sub Imperio Sophorum; computante Teixera in Append. Relat. f. 383. *Iudios que biven en su libertad; de que por todas las provincias de Persia, haura de ocho à dies mil casas.* Hæc de statu Iudæorum sub regibus Persis, pro declaratione historiarum illius gentis, vulgò neglectarum, nunc sufficiant.

15. *Cobad.* Pergo ad regem قُبَاد *Kobad*, præcedentis non filium sed ex fratre nepotem: quem Procopius l. 1. d. B. Pers. *Cabadem*, Agathias l. 4. *Cavadem*, Zonaras m. f. 93. b. *Quadum*, Glycas *Coadem*, Hist. miscella *Chuadum*, unus verò Teixera optimè & ad nostri Exẽplaris orthographiam convenientissimè *Kobadum* appellat. Is XXXI filiorum

rum Firutzi minimus, & propter ætatis imbecillitatem relictus domi, solus evasit fatalem fossam, in quâ cum genitore suo tot fratres perijsse dixi. Nec tamen protinus patri successit, quia natu grandior agnatus Balas à Satrapis in defuncti locum erat suffectus. Interim ipse tranquillitati publicæ cedens, primùm in Chorasan regionem digressus est, & aliquandiu substitit in urbe Nisabur (Tamerlanis crudelitate postmodùm nobilitatâ) ubi juvenis uxorem duxit. mox ulterius inde progressus, ad aulam Hha-Chan-Chini regis Turkestan (provinciæ quæ Turcisijs gemmis nomen dat) se contulit, comite Bzarmeher socero suo, ut P. Teixera l.1. c.33. refert. Exilij tandem & repulsæ minùs patiens, impetravit ab illo rege hospite suo, commeatum atq; milites, ut armatâ manu domum reverteretur, & regnum sibi præreptum reposceret: quod etiam non difficulter obtinuit, patruo Balas excusso, & infusione ferventis olei exoculato, ut Procopius tradit, all. loc. quamvis non desint, qui ante ipsius adventum, vel obijsse spontè, vel enectum esse dicant. Regni quoq; administratorem præcipuum nomine Sufaram, suspectum sibi, novus iste rex è medio sustulit, subornato sicario, qui nil tale metuentem, sub specie rixarum interficeret. Accidit autem cum jam decennium regnasset, ut fanaticus quidam homo nomine *Mezdak*, Istacharâ oriundus (quæ inter Schiraz & Ispahan sita est) nova dogmata disseminaret, jactando se Prophetam sanctum justumq; (quod & etymon מצדק innuit) fingendo etiam arcana cum sacro Igni commercia, qui sibi colloquatur, & futura revelet, religionis maximè reformationem attinentia; cuius doctrinam Teixera c.34. hisce verbis recenset: *el empeço à sembrar una nueva Setta, acrescentando à la veneracion del fuego nuevos desatinos. llamavasse Propheta, fingia que el fuego le hablava y revelava cosas*

muy altas, y lo hazia creer al vulgo, con algunas invenciones que en ello uzava. permitia una communidad en todas las cosas, en los bienes, mugeres, hijos, y todo lo demas, prohibia matarse alguna cosa biviente, y a este respetto muchos otros absurdos. Ego inde ad tria ferè capita reduco, quorum prius novos ritus circa Ignis cultum attinet; alterum verò communionem uxorum, liberorum & opum, inter eiusdem sectæ participes; ultimum sanguinis effusionem, nè quidquam vivum occidatur (quod etiam hodie quidam Indi cavent, nè fortè animas lędant agnatorum, quas per mortem in animalia transmigrare opinantur.) Quoniam igitur hæc dogmata Pythagoricis haud absimilia, speciem pietatis habent, ideò inter gentiles facilè assensum invenerunt, adeò ut non magna tantùm pars plebis, sed & ipse Rex, articulos illos amplecteretur: præcipuè medium, de promiscuo usu mulierum, qui jam ante pronis ad libidinem erat acceptissimus. Prudentiores verò animadvertentes ista multis confusionibus occasionem præbitura, dehortabantur Kobadum, nè quid morum legumvè innovaret temerè; suadebant inprimis abstineret Mezdaki conversatione. Cum verò Rex eum honoraret nihilominus, & in cœpto perseveraret, populus autem id exemplum ex parte secutus, discinderetur in factiones, unde magni tumultus oriebantur, sublatâ scilicet proprietate bonorum atq; familiarum distinctione: coacti sunt proceres, quod extremum supererat emendationis medium, arripere; ideoq; exauthoratum incluserunt carceri, quem Oblivionis vocabant, quòd nemo nisi perpetuò ibi remansurus, ingrederetur. Disputatum quidem erat, an omninò de vitâ tollere foret melius? & ita censuit Gusanascades, præfectus quidam limitaneus, ostenso cultello digitalis longitudinis, quo res tum confici queat, quàm postea ubi semel elapsus fuerit, aliquot millia gladiorum

vix

vix componant; sed prævaluit mitior sententia, ut vivus custodiretur. Interea regni habenas cuidam ʾ جاماسب *Gamaspo* crediderunt, quem Teixera per G molle *Iamaspum*, Agathias verò vitiosè *Zambasem* exprimit. Is quanquam de sanguine regio esset, pro vicario tamen solùm habitus est, nec in serie regum nobis computatur, quia non fuit diuturnus, & ipse Cabades imperium citò recuperavit. Nam evaserat custodiam, operâ & *astu* fidissimæ uxoris: quem diversimodè narrant. Cedrenus in Zenone ait, vestes cum marito permutasse, postquam accedendi potestatem à præfecto carceris, factâ sui corporis copiâ, impetrasset; equos autem quibus aufugeret, à quodam Seose paratos esse: quod utrumq; Procopio consonat. Persarum verò annales memorant, in lecto fuisse exportatum, nemine custodum advertente. ut ut sit, certum est evasisse ad Nephtalitas, & illorum auxilio restitutum. Quibus, cùm propterea stipendium & liberationis mercedem deberet, nec fiscus esset solvendo, pecuniam ab Anastasio Imp. mutuò rogavit, eaq; negatâ, belli occasionem contra Romanos inde nactus, Amidam obsedit; excitato contra muros tumulo, quem oppidani subtus clam excavârunt; ut incurrentium pondere subitò collapsus, militum plurimos oppresserit. Cum igitur expugnatione desperatâ, jam discessum à mœnibus meditaretur, ex inopinato rescîscit occultum urbis aditum; per quem ingressus noctu, turrim occupavit, à Monachis (ob antecedentis diei festivitatem, vino somnoq; sepultis) negligentiùs custoditam. ita urbe potitus, magnam stragem edidit in cives, donec à quodam presbytero mitigaretur. Quas deinde res adversus Iustinum & Iustinianum Impp. gesserit, quia prolixæ sunt, & è Procopio notæ, lubens omitto. summa huc redit: filio suo eidemq; successori quærebat Adoptionem apud Romanos,

exemplo

exemplo novo; ſed recuſata fuit, importunitate legati Seoſis, qui Lazorum regionem repetebat iniuſſus, unde capitis damnatus eſt, non habito reſpectu veterum meritorum. Acceſſerunt motus Iberorum, quos ad Chriſtianiſmi abnegationem cogere volebat Cobadus, quòd ſibi vectigales eſſent: unde rex eorum Gurgenes, in Romanorum ſe tutelam dedidit; quorum tunc Beliſarius dux erat: ut eius præclara geſta contra Perſas, etiam huc pertineant, ſi narrationem diffundere velim. Sed ſtilum contineo, & miſſis expeditionibus bellicis eius, hoc unum de pacis regimine addo, ædificationi urbium fuiſſe intentum, nec veteres tantùm, quæ tempore ruinas traxerunt, inſtauraſſe, ſed & condidiſſe novas, Bardam Guaniamq;. valuit enim ingenio & Architecturæ peritiâ. Filios habuit cumplures. maximus natu patri homonymus, ob indolem ſuſpectam occidi juſſus, aufugit Conſtantinopolim. alter *Bazes*, (Procopio Samas) naturâ vel caſu cocles, legibus à ſucceſſione prohibitus eſt, quæ neminem mutilum ad id faſtigium admittunt. tertius *Phatuarſa*, in Manichæorum diſciplinâ educatus, regnum affectavit vivo parente, cuius ſpem illi fecerant, ſi dogma ſuum defenſurus eſſet: verùm eas molitiones Cobadus maturè ſenſit, & oppreſſit antequam in nervum erumperent; calliditate tamen ad id uſus. nam ſimulârat favorem erga heterodoxos, ut ſic eos eliceret atq; diſcerneret à cæteris convocatis. ita ſejunctos interneccioni dedit omnes. Vltimus erat, qui nunc ſequitur, à patre ſucceſſioni deſtinatus,

16. *Nuſchir-ravvan.* nempe *Nuſchir-ravvan*, quem ſic enuncio, quamvis Arabicè per Nun ſcribatur نُوشِينْ رَوَانْ quod imperitis *Nuſchin-ravvan* ſonare videtur. Sed ea litera vocali deſtituta, exaſperatur ante Canimam R, & illi ſe conformat: quemadmodum & latinè fit in Corrigo

pro

pro Conrigo, ac eiusmodi compositionibus. Inde liber Iuchasin f. 144. b. scribit נושיראואן per Resch. Teixera c. 35. appellat *Anuxiròn*, quasi cum articulo, cuius L ante N similiter liquescat. Cæterùm est is ipsus, quem classici authores vulgò COSROEM vocant, cognomento magnum, Imperatori Iustiniano coævum: cuius gesta prolixè Procopius, præcipuè lib. 2. item Agathias ad fin. l. 2. & 4. describunt. Vbi tantam nominum discrepantiam nemo mirabitur, qui meminit quod supra fol. 106. dixi, *omnes Persarum reges, generali cognomento vocari Cosroës.* id nempe multis est commune: nos verò hîc nomē eius proprium, Nuschirravvan, historicis hactenus ignoratum, eruimus. Plinius l. 6. init. c. 17. non reges tantùm, sed omnes Persas universim, *Chorsaros* à Scythis denominari tradit: quam vocem ex Chosraos vel natam vel depravatam esse crediderim. Videtur autem Cosroës *victoriosum* notare. quamvis enim lexica id significatum vulgò nesciant, usus tamen hoc me docet: ut cum dicunt passim كانت الكسرة للمسلمين *contigit victoria Musulmannis,* Nisi fortè potius ad imitationem tituli *Cæsarei* Romanorum, à Persis ita effictum sit; quia etiam Rhuteni suum Imperatorem, iisdem literis radicalibus *Czar* appellant, voce à nostratibus mutuò sumptâ, quæ ipsis ob famam Romanæ Majestatis, plus quàm suum *Kràl* significare creditur: ut Illustr. Baro Herberstenius docet, Comm. R. Moscovvit. fol. 16. Teixera est author, eundem Anuxiron aliquibus etiam *Adel* cognominari, propter administrationem Iustitiæ: quod facilè admitto, quoniam عادل æquitatis & justitiæ cultorem notat; vnde fortassis vernaculum nostrū Adel emanavit. Porrò ad hanc laudem indipiscendum, fecit non parùm educatio bona, sub Stephano Edessano, professione aliàs Medico, sed Philosopho simul eius ætatis famosissimo, cui pater tenellū crediderat. Is Institutione

T suâ

ſuâ effecit, ut iſte rex, literis non minus quàm armis, ultra cæteros inclareſceret, adeoq; Cyro æquipararetur. Nam & ſtudijs, præſertim eloquentiæ deditus fuit, & alios eo nomine celebratos, regali munificentiâ fovit. Cumprimis verò memorabile eſt, quod præcipuos Philoſophorum libros undecunque conquiri, & in Perſicum idioma transferri curavit: neq; Græcos tantùm, qui etiam ad nos pervenerunt, ſed Indicos quoq;; inter quos bini memorantur inſigniores *Kelilah* & *Wademana*, neſcio an Europæis unquam hactenus viſi vel auditi: proinde factum eſt, ut univerſi ferè orbis eruditi, paſſim ad eum velut Aſylum confluerent, & quicquid uſpiam præclarum eſſet in literis, ad eundem quaſi arbitrum deferretur. Tacebo nunc ſeria: ludus certè Schachicus ab inventoribus Indis ipſi tunc primùm exhibitus eſt, ut imaginariâ calculorum velitatione ac eventu vario, ſortis humanæ per jocum admoneretur, quàm ſcilicet anceps eſſet bellorum fortuna. Vbi minimè aſſentior illis, qui Palamedis inventum, & multò antiquius eſſe putant. habebant quidem, fateor, tale quid veteres, nempe militum imagunculas colore diſtinctas, quas ab incurſione mutuâ *Latrunculos* appellabant. Alex. ab Al. l. 3. gen. d. c. 21. quale quid etiam Salomoni Iudæos tribuere, dixi ſupra f. 66. verùm præſens iſte ludus, quem nuper peculiari libro complexus eſt Ill. Guſtavus Selenus, & in artis formam redegit; quemvè præ alijs hodie ruſtici Brunſuicenſes in pago **Schachſtett** callere dicuntur, & ſingulari privilegio profiteri (Gumpelzh. d. Exerc. Acad. f. 246.) is inquam ab illo veteri, meo judicio diverſus eſt, & Indos habet authores, quod vel ſola Elephantorum prodit mentio. ipſe verò titulus eſt omninò Perſicus; nam شاه *Schach* illis Regem notat, & مات *Mat*, (æquè ac Hebræis & Arabibus,) Mori: ut **Schach=matt** in hoc ludo

Regio

Regio nil aliud ſonet, quàm Regem devictum & occumbentem. In Alkurano Sur. 5. الازنضاب *Elandab* vocatur, & velut impius, unà cum Alcâ prohibetur. Hæc obiter & animi relaxandi gratiâ. Nunc revertar ad regem Nuſchirravvan, qui jocularibus hiſce neutiquam ita indulgebat, ut ſeverioris Philoſophiæ obliviſceretur, ſed quicquid habet Ariſtoteles, quicquid Plato, id totum perdidicit, etiam illa quæ in Timæo traduntur nimis obſcurè: quamvis Agathias eam laudem hyperbolicam eſſe cenſeat, ab adulatoribus aulicis exaggeratam ultra verum; indicio, quòd Vranium quendam Syrum, futiliter ac ineptè philoſophantem, lubens & admirabundus auſcultarit, quod ſit argumentum judicij non ſatis benè limati. Ego tamen eam diſcendi mediocritatem in rege commendarem potiùs, quia Reip. magis quàm Scholæ natus erat. Ideò hæc ſtudia rectè cum politicis curis ita temperavit, ut neutrum neglexiſſe, ſed excellere pariter in utroq; videretur. Laudant enim ſimul eius in adminiſtratione regni, ſingularem prudentiam, quòd non modò imperium à maioribus partum, ſit pacificè tutatus, verùm etiam adauxerit notabiliter, acquirendo regiones aliquot ampliſſimas, nempe *Tocharistan* (quæ pars eſt veteris Bactrianæ) *Sableſtan* & *Kabulſtan*, quæ ſunt Indis proximæ. Quas verò antè poſſidebat, nè mole dilaberentur, partitus eſt juxta mundi plagas in quatuor Satrapias. Orientis præfecto attribuit *Maurenahar*, *Coraſan*, *Sagiſtan* & *Kirman*: Auſtrino aſſignavit *Ahvvaz* & ipſam *Perſidem*: Septentrionali, territoria *Iſpahan, Kom, Adſarbigan*, & *Armeniam*: Occiduo denique *Babyloniam* & *Irak*. Ex quorum enumeratione apparet, quàm latè dominatus fuerit, à Græcis videlicet ad Indos vsq;, cum quibus utrinq; bella geſſit: & hiſce quidem aliquot provincias, nominatim verò Inſulam *Seylon* abſtulit

T 2 (quæ

(quæ omninò est veterum Taprobane, quicquid etiam ignari contradicant) rege illius facto tributario. Cùm autem Chan-Chini h. e. Sinensis Imperator, vel invidens huic tantæ potentiæ, vel sibi metuens, infinitâ manu suorum egressus, ipsum bello lacesseret, atq; jam urbes quasdam primo impetu cepisset in Vzbekensi regno, nempe *Kascham* & *Nasepham*, item *Bucharam* Avicennæ, & *Samarkandam* Temur-lanki patriam; occurrit illi Nuschirravvanus adeò masculè, ut non loca tantùm occupata reddere cogeretur, sed omninò turpi fugâ in orientem suum reverti. Parcior ero in recensendis ijs, quæ contra Romanos gessit, quia historijs nostris velut nobis propiora, minùs ignorantur, præsertim à Procopio fusè narrata sunt: accipe tamen illorum summas, ut memoriam juves. Pax erat sancita inter utrosq;, non temporalis aliquot annorum sed ἀπέραντος & perpetua. nihilominus Persæ ad ingenium reversi, stimulante insuper Vittige Gothorum rege, Romanos invaserunt, & Surum Berrhœamq; (non illam Macedoniæ, sed Syriæ urbem) ipsamq; Antiochiam ceperunt. Prætextum rupti fœderis comminiscebatur Almanzor Saracenus, quòd Aretas Iustiniani dux territorium suum armatus adijsset; indè litem ipsi movit de *Stratâ*, desertæ Arabiæ vilissimâ regione, quæ tamen nec arborem nec fruges fert, atq; perpetuo sole torretur, ut vix pabulum suppeditet parvis pecudibus. Cumq; jam successu ferocientes Persæ, longiùs grassari vellent, inhibiti sunt à legatis Romanorum; qui, quod armis nequiverant, pecuniâ effecerunt, & oblatione 50000 aureorum (non quidem Tributi, sed Pactionis titulo solvendorum quotannis) pacem sunt mercati. Nec tamen illa diuturna fuit. Nam cum Zibus quidam Lazis præfectus, homo pessimus & inexplebilis avaritiæ, Colchos monopolio suo vexaret, defecerunt illi

illi hanc tyrannidem perosi, ad Nuschirravvanum. itaque bellum recruduit: in quo Persæ Callinicum urbem solo æquârunt; ab Edessæ autem obsidione (quæ directè contra Christianorum DEUM suscepta erat) turpiter discesserunt. Sic induciæ quinquennales factæ sunt; quas tamen Rex non prorsus bonâ fide servavit, fraude Daram tentando. Mox cum Colchi resipiscentes, Gubazâ suasore rursum ad Romanos inclinarent, erupit bellum denuò: cuius infeliciter administrati pœnas, fugitivus dux Nachorgas, crudeles dedit, cute sibi vivo detractâ, & ad scopulos affixâ. Postmodùm Iustini temporibus eandem Daram (quæ alio nomine Anastasia dicitur) & Apameam Phœniciæ urbem, Romanis eripuit rex Persa: motus tamen morbo Imperatoris mente laborantis, pepercit afflicto. Sed post eius mortem successori Tiberio inducias prorogare noluit, licet ab eo rogaretur: proinde nec successum in bello expertus est: quamvis enim Melitinam exusserit, fugere tamen coactus est, & Euphratem ipse quidem elephante trajecit, suorum verò plurimos, insequi frustra conantes, amisit. Is pudor eum ita excruciavit, ut ægrotaret periculosissimè: quod ipsum postea domesticæ seditioni dederat occasionem. Habebat enim uxorem Christianam, nomine Euphemiam (sicut & nostrâ ætate *Schach-Abbas*, licet Muhammedanus) quam raræ venustatis gratiâ duxerat, nec ullis vel blanditijs vel minis à religione poterat absterrere. Ex illâ suscepit filium *Nûschad*, qui maternæ pietatis principia, statim cum lacte sugens, hoc ipso nomine patri exosus fuit, quòd ad Ignis cultum cogi non posset: maluit enim obscurum in carcerem detrudi, quàm à Christo deficere. Cùm verò pater in castris morbo correptus esse, ac lethaliter apud exteros decumbere nunciaretur; occasione hâc utendum censuit filius. ideoque Christianos qui passim in

regno certâ conditione tolerabantur, ad arma vocavit, & intermixtis militibus Perſis, patri rebellavit apertè: ſed exitu parùm felici. fuit enim ab Iracenſi gubernatore Rambarſimo, quem abſens Rex hiſce motibus contravenire juſſerat, oppreſſus, atq; telo per hypochondrium confoſſus. Hoc itaq; ſublato, cum Nuſchirravvan penè 50 regni annos exegiſſet, devenit ſucceſſio ad alterum eius filium Hormoz, patris non minus degenerem, quàm erat diſſimilis fratris.

17. *Hormoz ultimus.* Iſte هرمز *Hormoz*, vel græcorum enunciatione *Hormisdas*, nobis hoc nomine tertius, initiò diſſimulavit ingenium, geſtibus ad ſpeciem honeſtatis callidè compoſitis: verùm ſimul ac diadema ſuſcepit, ſtatim cum fortunâ mutavit mores, vel exeruit potiùs apertè, diu ante cohibitos. Et quia ſibi malè conſcius erat, nè quis eſſet qui peccantem animadverteret, huic ſceleri etiam crudelitatem adjunxit, ac optimos quosq; de vitâ ſuſtulit, præſertim Iudiciorum præſides, & quibus aliquod officium civile commiſſum erat; negans decere, ut præter ſe Regem, alij Magiſtratus inferiores jus adminiſtrarent. Hâc ſævitiâ eò uſq; proceſſit, ut paucis regni ſui annis, ultra XIII hominum millia occidiſſe notatus fuerit: pleroſq; nobiles, aliquos etiam illuſtres, omnes verò probos & hoc ſolo nomine reos, inviſoſq; ſibi. præter infinitos alios de plebe, quæ in computationem non venit: nec annumeratis illis, qui metu perſecutionis in exilium ſeceſſerunt ſpontè. Horum abſentia quantùm regno incommodaret, ſerò tunc demum ſentire cœpit, cùm bellis undiq; petitus, vix amplius reperiebat idoneos, quos rebus gerendis præficeret. Erat enim ſimul infelix in tyrannide ſuâ, novis quotidie turbis agitatus, donec ſceleratus ipſi ſpiritus excluderetur. Romani ſanè hanc hominis perverſitatem attendentes, opportunè

opportunè tunc recuperarunt illa ferè omnia, quę Iustiniano & Iustino Impp. antecessores Reges eripuisse dixi. Tiberius rerum illo tempore potiebatur, & per diversos duces, præcipuè Mauritium, non unos triumphos reportavit: quorum gratiâ ad successionem destinato, filiam augustam elocavit. Initiò quidem Persæ, quia peritiores existunt sagittandi artifices, prævalituri videbantur: at postquam pharetras exhauserunt, inermes quasi à Romanis facilè sunt fugati, cæsis quàm plurimis, & tentorio ipsius regis, unà cum omni supellectile pretiosâ direpto. ut Zonaras tradit; addens, victores eo successu fretos, ulterius in Persidem progressos esse, atq; prædas undiq; opimas coëgisse. quod idem factum sit iterum Philippico duce, qui bis mille Persas ceperit vivos. Ita nunquam cum Romanis congressus est Hormoz, quin ab ijs discederet inferior & confusus. Meliora tamen fata sensit adversus Chunnos (vel Chynos, ut Teixera vocat cap. 36. Tatariæ populos: Evagrius autem l. 6. c. 15. Turcas, generali nimis & ambiguo nomine) quorum rex *Schaba-Schach*, ipsius Hormozi avunculus, audito Persiæ statu, quasi auxilium suo ex sorore nepoti laturus, advenerat cum ingenti exercitu quadringentorũ millium; & postquam sub hoc pio prætextu flumen Gichon transgressus, obstante nemine, jam fines Chorasan attigisset larvatus fautor, depositâ mox amici personâ, improvisus hostis apparuerat. Ei rex Persa opposuit *Bahramum Chuby* ducem fortissimum, hactenus Armeniæ gubernatorem, (Zonaræ dicitur Bara, nomine mutilato,) qui cum XII. millibus, paucis equidem hostium respectu, sed numerum audaciâ supplentibus & ferè veteranis, Chunnos viriliter adortus est, atq; maximâ strage fudit, ipso rege cæso & Camelis 250, unà cum ingenti gazâ quam gestabant, in potestatem redactis. Ita populus iste, qui priùs à Persis vectigal

annuum

annuum exigebat, tributarius tunc factus est vicissim, & quotannis 40000 aureos pendere coactus. Cum verò postea idem Bahramus, rem contra Romanos gessisset infeliciter, nec deforent æmuli criminatores, pristinæ illius gloriæ invidentes, qui facem subderent, exauthoratus fuit ab ingrato rege, priorisque virtutis immemore, ac per ludibrium velut ignavus, muliebri stolâ indutus. Hanc tàm insignem contumeliā pectus generosum non concoquens, vindictæ caussa res novas molitum est, Hormozo exitiabiles. nam declamatione adversus ipsum inter milites institutâ de pessimo eius regimine, & eversâ libertate, concitavit animos omnium ita, ut in illius depositionem conjurârint. nec mora: deferunt successionem filio Chosravv, & eius nomine monetam signant, ut fama novi regis citiùs latiusq; diffundatur. veterem verò diademate orbatum, compingunt in carcerem: ex quo causam dicere, coram collegio procerum permissus est, nè innocens damnari videretur. Nihil autem potuit ad sui defensionem aliud afferre, quàm nefas violandæ maiestatis, & victoriam de Chunnis; quæ tamen ut parùm relevantia, repudiata sunt oratione contrariâ Bendoy affinis sui, qui & ipse propter veteres injurias conspiraverat in eum. Acerbum erat misero & in vinculis assistenti, videre necem coniugis atq; alterius ex ipsâ nati, quos illi frementes, in eius conspectu statim trucidârunt, quamprimùm hunc filium fratri prælatum cupijt, si omninò se patrem removere decrevissent. Nec amplius auditus est, sed oculis post hoc triste spectaculum effossis, in custodiam reductus. Vbi cum aliquandiu latuisset, à filio (quantùm per Satrapas licebat) benignè habitus, noluit ullo modo sortem hanc suam ferre, sed immaniter efferatus, maledixit Persis continuè, cibosq; sibi exhibitos præ furore pedibus conculcavit; unde filius tandem exaspe-

-ratus, fuste velut rabidum canem jussit contundi: ut Paulus Diaconus in suppl. Eutrop: tradit l. 17. licet nervo fauces ipsi præclusas fuisse, Teixera dicat. Vtrumvis fuerit, miserrimè certè perijt crudelis ille Tyrannus, meliori exitu non dignus. Præfuerat annos XII; quamvis Funccius VIII solos computet: ego tamen cum Persarum annalibus hîc sentire malim.

Is autem *Chosravv*, qui sic per seditionem electus, & exauthorato patri suffectus est, in volumine nostro scribi- 18. *Chosrav Abarvviz.*
tur خسرو per Cha punctatum; in alijs verò Arabũ libris كسري *Kosrai* per Keph: quod non perinde habendum. hoc enim posterius, generale Regum Persiæ nomen esse, dixi pridem, quando simul eius etymi rationes investigavi: prius verò alterius est originis, & speciale, Cyro etiam datum supra fol. 45. Idq; huic præsenti regi à nostro exemplari tributum esse rectiùs, colligo etiam è libro Iuchasin, qui fol. 144. b. similiter per Chet exprimit חישריף *Choschreph*: & quamvis terminatio nonnihil discrepare videatur, hæc ipsa tamen ad nostrum Vav consonans accedit propius, quàm ad illorum Iod finale; imò arguit evidenter, *Chosrav* (vel Chosraf) olim enunciatum fuisse, perinde ut Hebræum עֵשָׂו *Esav* (quod Esaf, nec Esau sonat) quanquam talia usu hodierno in cognatum W degenerârint. Latini post Græcos *Cosroëm*, aliqui etiam inserto D *Cosdroëm* efferunt: qui Secundus est illis, nobis verò Primus hoc nomine, vel Chosravv simpliciter, aut rectissimè *Chosravv ben-Hormoz*; quia orientales populi non appellationum numero, sed parentibus & nascendi serie distingunt homonymos: unde nec Turcæ Morades primus vel secundus dicunt, sed Morades Vrchani vel Selimi filius, more à priscis usq; temporibus conservato, quem semel hîc indicare visum est, nè infra repetere sit opus. Teixera cognomen-

tum addit, appellans *Khozrrao Paruez* cap. 37. quod in Elmacini lib. 2. cap. 12. ſcribitur ابروير (*Abarvver pro* ابرويز (*Abarvvez*, punctulo literæ Zain, ut facilè fit, amiſſo. Hæc ideò de nominibus peregrinis paulò fuſius, quia depravationi valdè ſunt obnoxia, & medelam à Profeſſione talium linguarum poſcere videbantur. Nunc ad rem ipſam. Cum novus rex Choſravv, delatæ poteſtatis exordia capeſſeret, animadvertit res nondum undiquaque tutas eſſe, ſed aliquos clanculum Duci *Bahramo* adhærere: qui favore illorum fretus, regnum affectare videbatur, & alteri quæſiſſe, quod ſibi uſurparet. Metuens igitur nè quid inde turbarum naſceretur, ſuſtulit ſuſpectos è medio, & per hoc factum adeò inſigne odium ſibi conflavit, ut adverſa factio palam erumpens, apertum ipſi bellum faceſſeret: cauſata regis parricidium, & quod antea probârat, nunc ſeditioni prætexens. Cum itaque Choſravus, huic furori ſuſtinendo ſe imparem ſentiret, fugam arripuit: Bahramo interim domi rem ſuo arbitratu gerente; unde ab aliquibus pro rege computatus eſt. Evagrius tradit l. 6. c. 17. fugitivum regem initiò Circeſium eſſe profectum (urbem ad Euphratis & rutili Chaboræ confluentes: ut ex Arabicæ Geographiæ fol. 227. diſco) quòd Chriſtianorum ibi DEVM, pro ſalute ſuâ invocare conſtituiſſet. Illuc tamen delatus, dubitavit utrum ad Hunnos vel Romanos confugere tutius eſſet? re autem equi arbitrio velut ſorti commiſsâ, laxatisque habenis deportatus eſt in fines Græcorum, unà cum uxore, tribus parvulis, & familiaribus aliquot; ac Imperatoris Mauritij juſſu primùm Hierapoli exceptus honorificè, poſtea Conſtantinopoli ab eodem benignè ſuſceptus, nec tantùm per matrimonium filiæ Mariæ in generum, ſed omnino in filium adoptatus; quo honore major exuli non potuiſſet contingere. Poſt etiam exercitu à ſocero inſtructus

ctus est; cuius operâ patrium regnum recuperaret. Ductabat illum Narses, bellicæ rei peritissimus quidem, sed in hoc diversus à Chosravvo, quòd aciem Romano more instrueret: unde liticula inter ipsos nata est (annotante Zonarâ in Maurit.) quam Rex tamen suâ cessione mox finivit, nè intempestivâ contradictione perderet causam principalem. Iunctis ergò animis aggressi sunt Persas, & illos magnâ strage vicerunt, 6000 captis, quorum plerosq; in vinculis adductos ipse Chosravus manu suâ peremit, jaculo & mucrone usus, ut animum vindictâ pasceret: solos Turcas, quos peculiari signo internoscebat, vivos Imperatori socero transmisit. ait enim Paulus Diaconus, in supplem. Eutrop. lib. 17. crucibus in fronte notatos fuisse, à Christiano quodam sic olim edoctos, pro remedio, cum pestis in patriâ sæviret. Asserit quoque P. Teixera, sub fin. c. 36. Regem tres numero provocatores, triplici duello superasse. Ita victus & fugatus est Bahram tyrannus, Chosravv verò in solium plenè restitutus, virtute Christianorum, quibus eapropter æternas debuisset gratias. Audi verò quid secutum sit! initio dum benefactum recens erat, videbatur favere Romanis, asciscendo ex illis in aulam, pro corporis custodiâ mille satellites, & reddendo præter Daram ac Martyropolim urbes, etiam sanctæ Crucis particulam. paulò autem pòst, cum gratiâ senescente audisset Mauritium solio dejectum esse, inhiabat ipse Romano Imperio, instigatus etiam Narsetis defectione (qui Constantinopoli profugus, Edessam occupârat: mox tamen ad suos nimiâ securitate reversus, in pœnam perfidiæ vivus à Phocâ crematus est; vir Persis antea tàm formidabilis, ut eius nomine solo matres territarent parvulos). Exutâ igitur hospitalitatis recordatione, adortus est Chosravv Romanos hostiliter, & eripuit illis præter Armeniam sæpius controversam, Syrias quoq;

item Galatiam & Paphlagoniam Asiæ minoris regiones: Damasco & Cæsareâ Cappadociæ occupatis: quâ grassatione ad Chalcedonem usq; progressus est, urbem in Constantinopoleos conspectu tàm propinquè sitam, ut eius quasi suburbium censeri possit: Quamvis verò Heraclius, Phocæ in Imperio successor, hominis furorem pecuniâ mitigaturus, tributum obtulerit, ut impetraret pacem, aspernatus tamen illud ac superbè dedignatus Persa, perrexit sæviendo, donec vastatis Ierosolymis, Palæstinam quoque subjugasset. Horrendum est relatu, quanto tunc sanguine, quotvè cædibus ea crudelitas constiterit! unum referam è lib. 18. P. Diaconi, unde cætera æstimentur. quia scivit Iudæos Christianorum juratos esse hostes, ut miseris illuderet etiam, simul aurum lucrifaceret avarus homicida, vendidit illis verpis captivos, qui avidè redemptos, pro suâ quisq; facultate, trucidârunt immaniter omnes, numero ad nonaginta millia: quo facinore nescio an dirius extet uspiam, emi homines non ut serviant, sed ut occidantur tantùm & voluptas ex cæde, propriâ manu patrandâ quæratur. Abduxit verò Zachariam S. Vrbis Patriarcham vivum, unâ cum ligno crucis Dominicæ, ac thesauris Ecclesiarum. Nec dum eâ vastatione contentus, perrexit ulterius in Ægyptum, capiens Alexandriam, Æthiopas inde ac Lybios adortus, jamq; non Romanis tantùm sed ipsi Christo bellum indicens; ante non destiturus, quàm abnegato crucifixo populi omnes *Mithram* adoraverint, ut Egnat. & Pomp. Lætus nominant, à Cl. Godofredo in Hist. Ant. contexti, h. e. *Solem* Persidis Deum, explicante Seldenio d. Dis Syr. s. 1. c. 6. Ab eo tempore fata semper habuit adversa; eadem verò propitia Rom. Imp. Heraclius: qui ex desperabundo factus audacior, vires colligere cœpit, & huic latroni resistere feliciter: suppetias ferente Græcis

Chakano

Chakano Chararorum Rege: ubi Paulus corrigi debet ex Arabibus, qui sic ut dixi خاقان ملك الخزر appellant, quem ille lib. all. vocat *Chajanum* regem *Avarûm*; nisi locum depravârint librarij, r in v commutando, ut suspicor. Sunt enim *Arari*, vel rectius cum aspiratione *Charari* prorsus ijdem, quos Hebræi nuncupant הררים *Hararæos*, h. e. montanos; nec ita procul ab *Ararat* incolunt. Hi cum 40 millibus equitum Heraclio roganti assistentes, effecerunt ut faciliùs fuderit مرزبان *Marzubanum* Chosravi ducem, quem nostrum exemplar sic nominat, Paulus autem *Sermanazarim*, vel *Sarbarum*, quod posterius, etiam Zonaræ usurpatum, cæteris Arabũ libris non est difforme, qui زوربهار *Zurbahari* cognomentum addunt. Exercuit eos tamen antea Heraclius pugnis & velitationibus incruentis, ut sic præparatis, postea in conflictu serio, uteretur alacrioribus. nec id consilium fefellit Imperatorem, sed in tantum profuit ut omni prelio cum Persis esset superior, & ex illis congressu primo XXX millia cæderet, altero sterneret non pauciores, tertio deniq; prorsus extingueret, quicquid resistere posset: qui postremus pugnæ dies adeò felix & auspicatus fuit Romanis, ut in perpetuam eius celebrationem Fastis etiam ascriberetur. Ita serò demum sensit Rex, quàm ingratè fecisset, suos quondam Hospites tàm benignos, absq; causa lacessendo; quàm stolidè simul, pacem illis humiliter poscentibus, denegando tàm protervè: agnoverunt idem Persæ cæteri, cladem hanc sibi ex merito contingere, qui Romanos adeò superbè contempserint prius. Auxit autem Heraclio benevolentiam apud victos, ut ipsi potius quàm regibus indigenis parere mallent, quia captivorum ingentem summam liberaliter dimisit, nè frigore perirent, quando tempestas gelidissima ex improviso inciderat apud

Albanos hybernanti. Nondum tamen hiſce tot cladibus victum ſe fateri voluit Choſravus, ſed ex impatientiâ & cœco furore contra moliri, quicquid poſſet deſperatus. Itaq; cum novis copijs undiq; corraſis, Ducem alium oppoſuit, *Sathinum* nomine; quem liber Iuchaſin editionis Cracovianæ fol. 144. b. perperam appellat שאהין *He* pro *Thav*, errore facili, ſubſtituto. Diripuit etiam templa Chriſtianorum, & coëgit invitos ad hæreſin Iacobitarum; non quòd ullam religionis noſtræ ſectam ipſe probaret, qui Ethnicus erat, ſed quoniam Orthodoxos hoc exoſo dogmate peius quàm Apoſtaſiâ totali vexare ſe poſſe confidebat, nec aliud opportunius medium Eccleſias divexandi ſuccurriſſet. nonnulli dicunt, quia Medicum habuerit illo errore infectum, cuius obſecundârit ſuggeſtionibus. At nihil profecit his tot molitionibus contra Chriſtianos, verùm ab Heraclio (quem Perſæ propterea celebrem habent & *Arkol* vocant, Arabes verò *Harkel*.) prorſus Herculeâ virtute debellatus tandem ac victus eſt, ut quo ſe abſconderet neſciret. Aufugerat enim è regiâ ſua Damaſtager, muro urbis clam pertuſo; & qui nunquam aliàs uno itinere ultra 5. Mill. paſs. profectus erat, eâ die 25. milliaria, h. e. quintuplo plus celeri pede confecit: receptus imminente nocte in vili tuguriolo pauperis coloni, poſtea Cteſiphontem delatus, à quâ totis antea XXIIII annis abſtinuerat, quoniam Aſtrologi prædixerunt fore, ut cum illam tranſiverit, non procul abſit ab interitu; qui ſanè mox eſt ſecutus. Nam cum illinc properè diſcedens, trajecto Tigride Seleuciam appuliſſet (quam P. Diaconus loc. ſæp. cit. *Gueſer* indigenis vocari tradit: ego *Waſit* legendum eſſe ſuſpicor) ubi quidam Zurbaharum criminabantur, quaſi occultè colluderet Romanis, juſſit eum Choſravus clanculum de vitâ tolli. re autem per interceptas literas cognitâ, defecit ille Dux ad hoſtem,

ſtem, & ſecum traxit potiſſimam exercitus partem. Sic deſertus Rex, ſimulque dyſenteriâ laborans, de ſucceſſione cogitavit, à filio ſeniori ad Merdaſam è Syrâ natum transferendâ. quod conſilium Schiruja (cui per ætatis prærogativam debebatur) maturè reſciſcens, initâ cum Gurdabundo conſpiratione, ac operâ captivorum uſus, contra patrem arma movit, eumq; cepit vivum, & in tenebricoſam turrim detruſit, quam ille pro condendis theſauris nuper extruxerat. Nec tamen ibi ſolutum reliquit, ſed gravibus catenis oneravit, collo appenſis, compedibus etiam injectis. pro ſuſtentatione verò pauxillum aquæ ac panis exhibuit, per ludibrium auro potius veſci jubens, cujus acervandi gratiâ totum penè orbem ſanguine conſperſiſſet, multosq; necaſſet fame. addidit contumelias plures, trucidato in eius conſpectu Merdasâ & fratribus cæteris: item ſubornatis qui eum petulanter in facie conſpuerent, atque colaphis percuterent pro ludo, aut quascunq; comminiſci poſſent injurias aliter inferrent; convocatis ad id ferè hoſtibus, qui oderant adhuc regnantem, & olim timere cogebantur. Hâc tribulatione per 5. dies continuatâ, cum jam viribus confectis ſuſtinere amplius haud poſſet, ſpontè tamen mori non permiſſus eſt, ſed ſagittarijs exercitij cauſa, crebro & minuto jaculorum ictu confodiendus datus. Ita miſer ille Tyrannus, nequam ſuum ſpiritum exhalavit, poſtquam regno præfuiſſet annos 38. exitium illud multiplici ſcelere promeritus: ut Almachin ant. fin: c. 1. notat, hiſce verbis quæ loco Epitaphij eius adjungere placet:

ضيق علي الامم المخالفين له في دينه في
جميع مملكته لما كان اخذه من العجب لكثرة
الفتوحات الذي فتحها واتفاقهم بالخراج وامر
بهم

بهدم الكنايس بالشام وبالجزيرة وحمل ما فيها
من الذهب والفضة والالات حتي الرخام الي
مملكته

afflixit populos, qui diversi erant ab illo in religione, per omne regnum suum, ad initium sui fastus, propter multitudinem expeditionum bellicarum, quibus vicerat. Oneravit eos exactionibus, & præcepit demolitionem Templorum in Scham atq; Algezirat. (hoc est, in Syriâ & Mesopotamia, regionibus ultra citraq; Euphratem sitis) & asportavit quicquid in illis erat auri, ac argenti, & vasorum, usq; ad marmora, in territorium suum. Recuperavit cuncta hæc victor Heraclius, & plura etiam, potitus omni gazâ Persarum, immanis pretij. quæ portatilia erant, ut aromata, gemmæ, aurum, ea domum avexit: quæ verò moveri loco non poterant, aut pondere gravabant, ea destruxit & concremavit; ut palatia miri operis, tentoria holoserica, lectos, tapetia, vestes acupictas, & reliquam supellectilem regiam. Sed & machinam cœli æmulatricem, cui tamen opinione meâ parcere debuisset, ob artificij miraculum. nam & astra rotabat in circuitu, & guttas emittebat in morem pluviæ, & fulgure coruscabat, & mugitum instar tonitru edebat, ut inopinantes terreret, si quibus fortè convivio exceptis ostenderetur, quod exterorum Legatis rex facere solebat. Simile quid etiam Stöfflerus Tubingensis quondam Academiæ Mathematicus, fabricasse dicitur, quod A. 1534. medio mense Ianuario, unâ cum ædibus Sapientiæ (ut vocabant) diro conflagrârit incendio: nec esse inanem vulgi fabellam, senes à me curiosè rogati, responderunt; addentes & Iridem ibi visam. Fortassis Heraclium offendit imago Solis Persarum Dei, quam Chosravi simulachrum adorare cernebatur: ut propterea hunc Idololatriæ fomitem extinguendum censuerit Christianus Imperator; nè quis postea crederet

deret in illum, qui ſemetipſum flammis eripere non potuiſſet. Vrbem, in quâ hoc mirabile Automaton ſpectabatur, nominat Cedrenus m. f. 98. *Gazacum*. P. Diaconus verò *Damaſtager*, Arabes deniq; الاخرزة *Almachurat*; nec dum ſcio quâ ratione debeam conciliare. Hoc extremum de Choſravo annotare viſum eſt, Aſtrologiæ deditum fuiſſe, illi quæ futura ex poſitu ſiderum vaticinatur. hûc enim pertinet eius de Imperiorum fatis Prognoſticon, quod apud Zonaram in Maur. ita conceptum legitur: *Scito res adverſas ad vos Romanos eſſe redituras, & gentem Babylonicam triplici annorum ſeptenario circuitu Romanam ditionem obtenturam: poſt illud autem vos Romani quintum ſeptenarium annorum, Perſas ſervitute premetis. Iis peractis dies ſine veſpere hominibus illuceſcet.*

Iam perventum eſt ad شَيْرُوِيَه *Schyrujah*, quem ſic exemplar noſtrũ, per Schin tripunctatum effert: cæteri autem Arabes, per Sin exilius (quod Samech hebræorum conſonat) ſcribunt قباد سيرويه *Syrujah*, præmiſſo agnomine *Kobad*: ut etiã Teixera facit c. 38. appellans *Kobad-Xyruybe*. Cedreno autem, P. Diacono & reliquis authoribus vulgatis nominatur *Syroës*. Fuit is Mauritij Rom. Imp. è filiâ Mariâ nepos, quam patri eius Choſravo, apud Græcos tunc exulanti, elocatam eſſe ſupra dixi: & hâc ipsâ de causâ, quod nimirum è Chriſtianâ matre natus eſſet, parens eum licet primogenitum, ſucceſſione regni fraudare decreverat; quod tamen conſilium filius Parricidio antevertit, ut modò comemoravi. Nunc illud addo, ſcelus præcipuè adminiſtratum fuiſſe manu cujuſdam juvenis *Merehi*. quamvis enim & alij complures, ad miſeri ſenis exagitationem admiſſi fuerint, imò invitati, nemo tamen hocce cupidior in eum irruit, qui cædis paternæ vindictâ ſtimulabatur. Nam Choſravus antea parentem 19. *Schyrujah*.

eius nomine Mordum, præter fas occidi jusserat: æquum ergò censuit, ut suâ potius manu quàm aliorum periret; etiam facti gratiam à Schyrujah expectans: quæ tamen spes ipsum fefellit. Rex enim ex eadem Talionis lege, contra homicidam argumentatus, dixit: si justum fuit ut tu patrem meum occideris, quia is tuum patrem prior interfecit; erit quoq; justum, ut nunc ego filius parentem meum vindicem, teq; similiter perimam. Audiamus verò referentem Teixeram: *vn Merehe-Hormoz hijo de vn Mordomxa, que Parvez havia mandado matar, entrando en la prision, adó Khozrrao-parvez estava, sin mas respetto ny complimiento le dixo estas palabras*: es justo matar à quien matò à mi padre; *tras las quales le cortó la cabeça. y bolviendo delante Kobad-Xyruyhe, contento por el echo, y quiça con esperança de alguna merced, refiriendole lo que havia dicho y hecho; le dixo Kobad las mismas palabras*: es justo que mate, quien mató à mi padre, *y ansi lo hizo morir*. Existimo autem Schyrujam, non tàm pœnitentiæ causâ id vindicasse, quàm ut invidiam patrati parricidij à se amoliretur, multiplici fratricidio insuper auctam. Licet enim ipse populus quoq; Chosravum oderit, nec improbârit captivitatem, eius tamen sanguinem quippe Regis, temerè fundi præsertim à filio, abominabantur cò pejus, quo indignius ferebant additas XV fratrum, & Satraparum quoque non pauciorum cædes. eiq; culpæ pœnam pestilentiæ, per totum regnum tunc immaniter sævientis imputabant: quæ & ipsum regem abstulisse dicitur. quamvis Hispanus tradat, conscientiæ stimulis in rabiem actum, expirasse, postquam tot scelera Sorores ei exprobrârint. Erga Romanos autem amicè se gesserat, redditis quos pater cepit captivis, & suis quoque vicissim receptis. in has enim conditiones, pax utrinq; post sexenne bellum, coaluerat. Restitutus tunc etiam Zacharias Ierosolymorum Patriarcha,

cum

cum ligno S.ᵃ ✠, quod Chosravus pridem alienaverat; idque prælatum est in triumpho, lætantibus universis: Iudæis contrà, (quia olim Christianos mercabantur, tantùm ut occiderent) sacræ urbis aditu prorsus interdictum, ut nè ad tria quidem miliaria liceret appropinquare. unus tamen R. Benjamin, ditissimus ille (qui Imperatorem illâc transeuntem, unà cum omni exercitu, hospitio excepit) baptizatus esse legitur, & ad Christiana sacra intromissus. Ruhenses quoq; à Iacobitismo ad Orthodoxiam reducti. Edessanos intelligo, quorum urbs, Osroënæ ditionis caput, Arabibus vocatur *Ruha*, vel cum articulo *Arruha*, (الرها) in Hort. Geogr. pag. 229. procul dubio ex prisco cognomine Καλλιρόη *Calli-Rhoë*, quod à fonte traxerat, Plinio teste l. 5. Hist. nat. c. 24. unde Haytho excusatur, qui cap. 12. *Rohais* appellat. Erat olim Aghari (h. e. *Acbari* sive Magni; non verò Abgari ut vulgus enunciat) regia, illius cui Christus innotuit, H. Eccl. Euseb. l. 1. cap. ult. & qui ab eodem Salvatore nostro venerabilis faciei suæ imaginem linteamini mirabiliter impressam (vulgò Veronicam) accepisse dicitur, quæ postea Genuam translata sit. Philip. in Regist. Geogr. Ptol. Hæc Edessa, terræmotibus crebrò quassata est, item exundatione fluvij Scirti aliquando penè subversa. Zonar. in Iust. receptaculum ferè Nestorianorum: alioquin urbs splendida, & mercimonijs clara; ut habetur in Exegesi orbis, c. 16. nuper ex Græco conversâ, quâ me Author hisce diebus donavit, Iac. Gothofredus Vir Clariss. Nunc ad rem. inquiramus quamdiu Schyrujas regno præfuerit! Paulus unum ponit annum: Teixera menses octo: utrumq; nimium est. Ego semestre solum assero; tantundem scilicet præcisè, quantum alter parricida, Mostanzer Chalipha regnavit. de quo Almachinus l. 2. c. 12. prodit, cùm occiso patre Almotevvachelo inaugura-

 retur,

retur, substratum ipsi fuisse tapetum de præda Persicâ, in quo Eques diademate redimitus, acu fuerit eleganter depictus, & circa illum in rotundo limbo scriptura, quam Interpres legere timens expalluerit, iterumque iussus, post longam demúq; tergiversationē ita sonare professus fuerit:
انا شيرويه بن كسري قتلت ابي ولم اتمتع بالملك الا ستة اشهر EGO SCHYRUIA FILIUS CHOSRAI, OCCIDI PATREM MEUM; NEC VSURPAVI REGNUM VLTRA SEX MENSES. unde non populus tantùm spectator, sed & ipse coronandus, animo dejecto, triste ceperit augurium Imperij minimè diuturni: quale omninò secutum sit. Crediderim eum Tapetem Sororis alicuius vel manu, vel jussione tamen, contextum: quia facinus illud fratris palam reprehendisse dicuntur. Is ergò nobis omni chronologiâ certior esto.

20. *Ardschir junior.* Extincto Schyrujæ suffectus est filius Ardschir, quem respectu superioris appello differentiæ causa Iuniorem, nam omninò juvenis erat, imò prorsus adhuc puer; vix septem annos natus. Teixera vocat cap. 39: *Ardxir Xyruyhe*; quod nomen procul dubio mutilum est, deficiente voculâ *Ben*: sic enim nobis plenè legitur: اردشير بن شيرويه *Ardschir ben Schyrujah*, h. e Artaxerxes filius Syrois. P. Diaconus & qui eum sequuntur scribunt *Adhesyr*, quod satis propè ad genuinam vocem accedit. Cæterùm iste rex minimè diuturnus fuit, sed cum vix 50. dies in hoc throno sedisset (quamvis alij 5. qui verò plurimùm 7. menses ei tribuant) sublatus est, à sequente Schariar, invasore Regni, unà cum fidissimis aliquot satellitum, qui pueri cædem avertere conabantur. Ita successio regum claudicare cœpit, & res Persicæ deinceps ad interitum properare, ut paucis tunc annis plures numerati fuerint

rint reges, quàm antea toto seculo, donec à Chaliphis prorsus extinguerentur: quod ita fore avus eius Chosravv per quietem præsenserat. nam cum aliquando curarum expers indormisceret, metropolin suam المداين *Almadaynam* cernere somniavit, vndecim turribus in ambitu cinctam, quarum una mox post alteram corruerit, usq; dum tota propugnaculis nudaretur: id arioli de totidem regibus interpretati sunt, qui usque ad eius imperij finem subsecuturi essent; quamvis nostrum exemplar pauciores numeret: quod fieri potuit facilè, quando momentanei quidam pro nullis computati sunt, quia pridianos honores postridie statim amiserunt.

Schariar iste, videtur cum simplici puncto potius 21. *Schariar tyrannus.*
شهربار *Scharibar* scribendus esse, quia Paulus & Zonaras uniformiter appellant *Sarbaram*, atq; credibilius est in Arabico punctulum, quàm in Latino integram literam redundare. Mihi tamen meritò piaculum fuit, à fide nostri codicis ausu proprio recedere: quoniam Teixera quoq; c. 40. *Xarear* effert; addens in præc. cap. cognomentum *Gher-Khan.* Cedrenus verò longiùs aberrat, quando *Barrazam* indigitat. Elmacinus in A°. Heg. 6. negat regio sanguine cretũ, appellans رجلا من غير بيت المملكة *virum non de domo regni:*
ego tamen cum Teixera Tyrannum potius, quàm Extraneum denominare malui, quia nostro volumine non prorsus extra stirpem regiam censetur: quamvis enim ab antecessoribus non immediatè, lineâ rectâ descendat, in collaterali tamen positus, à rege Nuschirravvano velut proavo, suum genus hîc repetit: Pater eidem Elmacino ادربان *Adriban*, nobis verò rectiùs ut opinor) خرزذبان *Charidbã*, dicitur, avus autem كسران *Kisran.* ex cujus posteritate deinceps celebris ille Do-

ctor ابو خنيفة (*pater Chanifa* prognatus est, author certæ inter Muhammedanos sectæ, quem aliàs tetigisse memini. Cæterùm Schariar iste Chosravi temporibus erat gubernator Agemiæ, ac præcipuus Persicæ militiæ dux, qui regi suo primùm fidelis, multa præclarè gessit contra Græcos, ut quando Rhodum & Ancyram subjugavit, ipsam quoq; Constantinopolin obsidere aggressus. postquam verò eas victorias arrogare sibi cœpit, adeò grave regis odium incurrit, ut ab illo per insidias occidi iussus fuerit. sed antevertit hoc periculum defectione ad Romanos. Auditâ verò sui persecutoris morte, reversus ipse regnum occupavit, legitimo successore propter pueritiam contempto, & è vivis prorsum sublato, ut ante dixi. Quidam volunt affectatæ tyrannidis corrivalem habuisse *Marzubanum*, ducem alterum supra nominatum; cui militum pars adhæserit: at ego vix crediderim, quia constat hunc pridem occubuisse, cæsum à Romanis, in illâ memorabili clade, quâ Persas debellavit Heraclius. Quoniam verò violentum nihil diuturnum esse solet, etiam Tyranni huius potestas parùm durabilis fuit. annuam faciunt, qui longissimam: sed certum est eos negligenter computare. P. Diaconus statuit semestrem; quæ adhuc nimia est. Hispanus 40. dies numerat: Arabs 22. tantùm, quibus ego assentior. addunt verò sublatum insidijs *Dominæ (vel* امراة من اهل بيت المملكة *fœminæ cuiusdam) de familiâ domus regiæ,* nec tamen eam nominant: ego suspicor *Tuvranam* fuisse, Ardschyri amitam, quæ puelli cædem indignissimam sic ulta sit; manibus quidem non proprijs, utpote sexus imbecillioris virguncula, sed pugionibus & lanceis conductorum ad id satellitum, qui opportunitatem diu captantes, tandem adorti sunt inopinantem, cum equum ascendere vellet, ac inde dejectum

ctum confoderunt humi, multis ictibus, populo ſpectante nec inhibente quicquam. Teix. *Tres hermanos ſoldados nobles, y de gran valor en la corte, aguardandolo vn dia à la puerta del palacio, queriendo cavalgar, azieron del, y lo echaron en tierra, y alli à punneladas y lançadas, (favoreſidos del pueblo que mucho lo deſſeava,) lo mataròn.*

Deinceps, ut in regno magna fuit confuſio, ita inter 22. *Ioon-Schir.* ſcriptores diſſenſio non minor, de numero & ordine ſucceſſorum. Græcis & Latinis vix bini reſtant, uſq; ad everſionem illius Monarchiæ: Turcæ autem in exemplari noſtro ponunt quatuor: Arabes vulgò ſex: Perſæ verò apud Teixeram omninò ſeptem, quos velut indigenas hîc ſequi tutius videtur; ſimul ut compleatur numeruus XI Turrium, Choſravo in ſomnijs præviſorum. Nomina ſimiliter etiam diſſonant. nam quem Elmacinus vocat كسري بن قباذ ابن هرمز *Koſrai, filium Kobadis, nepotem Hormozi* eundem Teixera c. 41. appellat *Ioon Xir*, addens etymi rationem, ſignificare nimirum *leon hermoſo, o mancebo leon*, h. e. formoſum leonis catulum; ſcilicet ut כְּפִיר hebræorum, quod etiam Principes notat, in ſacrâ ſcripturâ, Ezech. 38. 13. Nahum. 2. 12. animoſos nempe ac rapaces. Exiſtimo igitur Ioon-ſchir eſſe huius regis non propriũ nomen, ſed cognomen eiuſdem Koſrai: quia ipſe Teixera fatetur fuiſſe *deudo de los Reyes paſſados*, agnatum Regum anteceſſorũ, Bahrami verò Chuby conſobrinum. annectit idem, edito ſpecimine boni principis, magnam de ſe ſpem concitaſſe, fatis verò accelerantibus, præmaturè ſublatum eſſe, intra primum ſcilicet annum. Arabs eius mortem accuratius definit, à صاحب خراسان *Zachib-Chorafan*, h. e. præfecto eius provinciæ, oppreſſum fuiſſe, mox tertio regni menſe. Quem verò P. Diaconus intelligat per ſeptimeſtrẽ ſuum *Bornaim*, viderint alij peritiores: ego cum noſtris conciliare neſcio.

Dum

Dum sic regalis familia, per varios tumultus quassata, redigebatur ad paucos, vix inter mares adultior superfuit, cui gubernaculum dignè committeretur. delata est igitur summa regni potestas fœminæ, quæ nobis تُوانْ دُخْتْ *Tuvvan-docht* appellatur, Elmacino autẽ تُوران *Turan* simpliciter, omisso cognomine *Doct*; quod ex idiomate Persico, Hispanus *Donzella* seu Virginem interpretatur. Ea fuit Chosravi Abarvviz filia, & valdè commendatur à duplici virtute, Prudentiâ & Liberalitate, quarum utrâq; sexum suum supergressa sit: gubernando nempè tot populos cum tranquillitate, seditiones in perturbato statu, regiminis moderatione præcavendo, milites devinciendo largitionibus, plebem sublevando remissione tributi, administrando justitiam universis; ædificia partim instaurando, partim excitando è fundamentis, fœdera deniq; cum vicinis pangendo, etiam cum Græcorum Autocratore: ut mirer eius in scriptoribus, adeò nullam extare mentionem. Summa, fratris quondam Chosravi dissimillima fuit, ac illius adhuc viventis facinora detestabatur, adeoq; id unum peccasse credita est, quòd immaturâ morte suâ, felicitatem hanc regno non siverit esse diuturniorem. decessit enim post mensem decimum sextum, publico totius populi luctu,

23. *Tuvvan-Docht.*

Inde diu deliberatum est, cuinam habenæ regni deferendæ essent; quibusdam prioris reginæ sororem, alijs hoc sexu contempto, viros præferentibus. denique post multam disceptationem, prævalentibus audaculorum votis, electus est is, qui minimè omnium aptus erat, & nobis يَنْكُوكار *Janku-car* appellatur, Elmacino autem جشنسده ابن عم كسرى *Gaschanseda filius patrui Kosrai*, h. e. patruelis ejus: quod nomen Teixera c. 43. paulò len-

24. *Jancu-char.*

lò leniùs effert *Iaſancedah.* Is mox in ipsâ coronatione, ſtoliditatis ſuæ ſpecimen edidit inſigne. cùm enim ipſi Diadema regium, crebro gemmarum intertextu prægravatum, imponeretur ſolenniter, atque id quotidianâ Tiarâ ponderoſius eſſe ſentiret, vultu ad impatientiam compoſito dixit: *onus illud ſibi permoleſtum eſſe!* potuiſſet eam vocem fortaſſe Philoſophus aliquis interpretari benigniùs, quaſi magnitudinem commiſſi muneris penſiculando, ijs verbis imbecillitatem ſuam fateri modeſtè voluerit; ut fecit ille, qui Coronam ante pedes obviam ſuſtollere dubitavit: ſed acceperunt Satrapæ, quibus hominis ingenium & inſulſi mores jam pridem ſuſpecti erant, in partem deteriorem, atq; hoc velut omine deterriti, ſtatim exauthorârunt novitium regem, câdem die deponentes, quâ ipſum inaugurare decreverant, & negantes molem vaſtiſſimi regni dignè ſubiturum, qui horarium illud atq; honorarium ponduſculum, adeò ferret moleſtè.

Ita neceſſariò translata eſt corona, è virili capite rurſus in muliebre, virginis ازرمي بنت كسري *Azurmy, filiæ Koſrai* natu minimæ: quæ ſororem Tuvvan imitata, rexit populos eâ manſuetudine & prudentiâ, ut ab omnibus amaretur. Tunc erat Choraſanæ præfectus quidam nomine *Ferrog*, vir armorum gloriâ celebris, & ad altiora connitens. Is occaſione utendum ratus, contulit ſe ad aulam Reginæ, ubi ſpe indipiſcendi regni nuptias Azurmis ambire cœpit, ac primò quidem ſubmiſſiùs, deinde cùm fictis blanditijs inexpugnabilem ſentiret, adeò importunè, ut ipſa impudentem procum, ſi honori natalium ſuorum parcere vellet, per vim amoliri cogeretur, atq; audaciùs inſtantem, & minas quoq; ſpirantem, ſatellitibus daret jugulandum. Inde Regina procerum quorundam, occiſi virtutibus faventium, odia incurrit, 25. *Azurmy.*

rit, ut ipſam paulò pòſt veneno ſuſtulerint clanculum: quamvis Teixera tradat à filio Ferrogi, paternæ cædis vindice, trucidatam crudeliter, cum huic ſuo carnifici lamentabiliter ſed fruſtrà ſupplicaſſet. Præfuit menſes 4. ultra unum annum.

26. *Keſere.* Nunc inſerit P. Teixera c. 45. quendam *Keſere* filium ſuperioris Iaſancedah, qui patre nihilo ſapientior, inhabilitatem ſuam ſanguine luerit. Sed quia illum nec Exemplar noſtrum, neq; Arabes agnoſcunt, plura non addo.


27. *Schariar. Pherochzad.* Penultimus nobis eſt شَهْرِيَار *Schariar* novus, non ex illius Tyranni, ſed rectâ regum lineâ deſcendens: quem Elmacinus appellat فرخزاد *Pherochzad* filium Koſrai; Teixera potiùs nepotem illius, ex patre cògnomine, quæ ſententia mihi omninò veriſimilior habetur. Nam ſi parricida Schyrujas alium reliquiſſet fratrem, res nondum ad fœminas devoluta fuiſſet. Occiderat verò quindecim; cæteros metus fugârat: inter quos fuit Choſravus junior Pherochzadi pater, qui fratris furori cedens, unâ cum filio in exilium abierat. quorum iſte, auditâ patrui morte, domum reverſus eſt, & cùm regia ſedes poſt crebras mutationes iterum vacaret, ipſe ceu proximus agnatus, ad illam dignitatem admiſſus, magnâ plebis congratulatione: mox tamen intra menſem primum, à viliſſimo quodam ſervo interemptus.

28. *Iazdigerd ultimus.* Vltimum regem Perſarum Cedrenus & Eutropii ſuccenturiator Paulus, vocant *Hormisdam*, errore manifeſto; Hebræi autem, Perſæ & Arabes, quibus etiam noſtrum exemplar Turcicū conſentit, appellant rectiùs يَزْدَجِرْد *Iazdigerdem*: niſi quòd in orthographiâ peregrini nominis eſt quædam varietas, & alicubi depravatio. In Kabalâ R. Abraham Levitæ m. f. 10. edit. Venet. ſcribitur ſemper יזדגדר *Iazdigeder* pro יזדגרד *Iazdigered*, per procli-

vem

vem literarum ſimilium tranſpoſitionem. In Abunnazaro Gapharo fil. Muhammedis, Balachenſe Aſtrologo, qui vulgò Albumaſar audit, lib. de magn. ☌ ad fin. tract. 4. dicitur *Gezdagirth*, & ad fin. tr. 8. *Iezdargird.* In Haythonis editione, quam Reineccius adornavit, cap. 15. corruptiſſimè ſcribitur *Aſcaïorth* (fortaſsè pro excuſabiliori Aſdajerth) quod ille vir cæteroquin diligentiſſimus, per nomen Hormisdæ ad margines malè correxit, ſeductus procul dubio ab illis quos ſupra citavi Latinis. Teixera in Indice, unam vocem dividit in duas *Yazd Gerd*, alioquin veræ pronunciationi quàm proximè accedens. Cæterùm de nomine parentis eſt non minor diverſitas inter ipſos Arabes. Abugapher Tiberienſis, in Abybekri vitâ l. 1. c. 2. (magis tamen ex aliorum quàm ſuâ fide) tradit fuiſſe filium *Koſray*; quod fortè per generalitatem eius nominis excuſari poſſet: Elmacînus tamen ſeq. cap. 4. meritò id emendans, ait eius nepotem potiùs fuiſſe, filium verò *Schariari*; quod cum *Xarear* Teixeræ congruit. Abunnaſar Aſtrologus, cir. fin. all. lib. facit filium *Sarach*, quod ipſum quamvis depravatum ſit (ut omnia illius authoris) tamen ad ſonum genuini Schariar propiùs quàm Koſrai alludit.

Operæpretium verò facturus videor, ſi pro pleniori narratorum cognitione, ipſam Genealogiam XIII. poſtremorum Perſiæ regum appoſuero, ut habeant Hiſtoriæ ſtudioſi velut Cynoſuram, ad quam hîc ſuum curſum dirigant. In anteceſſoribus cæteris nil opus eſt, quia rectâ pleriquе lineâ deſcendebant: poſteriorum verò ſeries intricatior, eſt talis.



Nunc pertexam reliqua de Iazdigerde, qui multipliciter fuit & à nativitate ſtatim infelix. Cum enim avus Choſravv, ſomnio de quo dixi præmonitus, cognoviſſet regnum in ſuo quodam nepote deſiturum, conatus eſt id fatum avertere; ac nè diſcordia ex multitudine cohæredum oriri ſolita, turbis fortè præberet occaſionem, quibus imperij ruina deinceps attraheretur, ſollicitus ille pater, liberorum conjugia prohibuit, arcendo illos ab invicem, & ſeparatos cuſtodiendo. Non tulit hunc cœlibatum florens

ætate

ætate *Schariar*, ſed quò minùs licebat, eò deperibat ardentiùs virginem *Scherinam*, & ut amor ingenioſus eſt, excogitabat aſtum, quâ ratione illa ignaris cuſtodibus ad ſe veniret. Itaq; ſumpto chirurgi habitu, ad amaſium intromiſſa eſt. nec ſcio quam illi venam ſecuerit perſonatus Medicus; hoc tamen ſatis conſtitit ab eventu, exiſſe geminũ quæ ſola erat ingreſſa, & vertente anno puellum peperiſſe, hunc ipſum Iazdigerdem: qui ab avo, doli ſeriem reſciſcente, abjici juſſus eſt, ſed matris commiſeratione ſervatus clanculum, & in eremo educatus. Teixera quidem refert cap. 38. inter Perſas etiamnum extare librum celebrem, de Schariar & Scherinæ amoribus, delicatiſſimo conſcriptum verſu, elegantiarum & acuminis pleniſſimum, ut non immeritò à doctis ipſorum fiat maximi: Ego tamen ſuſpicor Poëtam (quod & noſtri ſolent) ingenio aliquid indulſiſſe, ac narrationis ſuavitatem potiùs quàm veritatem rei ſecutum: unde nec illa pro certiſſimis venditare auſim. Hoc autem aſſero confidentius, non liberâ Perſarum electione, ut anteceſſores, ad gubernacula evectum eſſe, ſed interveniente Arabum authoritate, qui jam rerum potiri cœperant, & poſt Muhammedis obitum Perſiæ fines adoriri. Præterea in tàm perturbato, ad interitum vergentis regni ſtatu, tantoperè diſſidebant vota procerum, ut in unam pro certo rege ſententiam coaleſcere neutiquam potuerint. quilibet potius pro ſe aliquid occupare ſtudebat, unde ampliſſima regio in minutas partes mox diſcerpta fuiſſet, niſi Saraceni hâc occaſione uſi, eam invaſiſſent univerſam. Conceſſus tamen eſt rex à Chaliphâ, ſed penè puer adhuc, & quem ille parùm metueret. Sic enim Elmacinus. l. 1. c. 2.

اهل فارس اجتمعوا في السنة الحادية عشر
للهجرة في خلافة ابي بكر فلما صاروا اليه من
الفتن

الفتن وقتل ملوكهم وما دخل عليهم من الخلل
فطلبوا ابنا لكسري يقال له يزدجرد قد هرب عن
شرويه فملكوا عليهم وهو ابن خمسة عشر سنة
وكانت اهويتهم مختلفة وجماعتهم متفرقة
متحاربون واهل كل ارض مدينة وقرية محاربون
لمن يليهم والمداين ايضا علي مثل ذلك

gens Persica congregabatur anno undecimo Hegiræ (seu migrationis) sub Chaliphatu Aby-bekri. Cum igitur venissent ad eum, propter tumultus & cædem regum suorum, & quæ contigerant eis dissolutiones, postulârunt filium Kosray (intellige Nepotem potiùs, ut supra monui: vel explica per cognomen generale) qui vocabatur Iazdigerd. pridem aufugerat à Sirujah. Hunc præfecerunt sibi quando erat filius XV. annorum. Sed fuerunt desideria ipsorum contraria, & collegia eorundem distracta, invicem pugnantia: cœtus omnis terræ, urbium & oppidorum, præliabantur cum ijs qui circa se. Almadayna etiam (regia metropolis) similiter habebat. Miror hîc Albumasari computum, qui in alleg. locis, hanc electionem regis ultimi, facit justo anteriorem: quod parùm quidem referret, nisi Chronologia periclitaretur, & ipse tàm scrupulosus videri vellet. dicit enim ad fin. lib. 8. *à primo die Albigite (lege Alhegire, h.e. fugæ Muhammedis) usq; ad primum diem regis Iezdargird filij Sarach, sunt 9. anni, 11. menses, 9. dies Persici.* ac nè quis numeros à librario fortè corruptos esse suspicetur, repetit idem ad fin. l. 4. *inter annum primum Hegiræ & Gezdagir esse* 3624 *dies.* Atqui certum est Muhammedem undecimo demum anno mortuum esse, nec statim Ababekrum successisse, ob contentiones Medinensium. quomodo igitur ille Iazdigerdum in throno collocare potuit, biennio antè, quàm ipse crea-

crearetur Chalipha? Similis error est in anno mortis eius, quando scribit ibid. *interfecerunt Gezdagirth die ♂ die 22. Rabie prioris, Anno Hegiræ XI.* quod meâ reductione caderet in medium mensem Iunium, Anni nostræ numerationis 632, adeoq; paucissimos dies contigisset, post obitum Pseudoprophetæ: cum tamen totos XX Annos adhuc supervixerit, & bellum usq; ad extrema toties instaurârit, ut infra per singulos actus apparebit. quid juvat in horis accuratum esse, ubi totum ævum negligitur? quàmve præposterum est minuta temporum venari, ut diligens habeare, si de annorum summâ nondum constet? Nostri sanè Chronologi anticipant regis interitum amplius, & dicunt A. C. 628. cæsum; qui nimius est à veritate recessus, dignus propter quem Iudæus aliquis martyrium subeat, velut ille qui ob Ærā conditi orbis, comburi se passus est. Iuchas. f. 134. b.

בימים אלו ש׳מואל כרסא שעשה פירוש התורה ומכלל יופי:
הגהה שמעתי ש׳הרב הגדול כמה״ר יצחק קנפאנטון היה סבה
לשריפת זה האיש שפעם אחד בהיות שנתקבצו כל הרבנים
האלו לקריאת כתובה אחת ואמרו כך וכך לבריאת עולם
כמנהג הכתובות וזה סרסא נתן ידו על זקנו ואמר כן כך
וגם כן רמז אל קדמות העולם באוחזו שערי זקנו וקם הרב על
עמדו ואמר מדוע לא יבער הסנה והוליכוהו בערכאות
ודני אותו לשריפה על ש׳הודה בקדמות העולם בדיניהם:

illo tempore (paulò antequam Hispaniâ expellerentur) vixit Samuel Sarsa; qui scripsit commentarium legis & Michlol-Iophi. Audivi (aït Corrector eius editionis) quòd Rabi magnus & excellens, Isaac Kinphanton (qui obiit Anno Iud. 5223. h. e. nostro 1463.) fuerit causa combustionis hujus viri. Cùm enim aliquando congregarentur Rabini, ut recognoscerent Syngrapham dotalem, dicerentq; hoc vel illo anno mundi, prout moris est: ille Sarsa, prehendens manu barbam dixit sic & sic habet! innuendo antiquitatem seculi, dum tenebat pilos barbæ suæ. (vix certò numerabiles) Insurrexit verò adversus illum Rabi concitatus, & interrogavit:

rogavit: ecquare rubus ardens non consumptus est? (Exod. 3. v. 3. indicare volens, tempora æquè ac illud miraculum imperscrutabilia esse, nec ea propter contradicendum.) Itaq; duxerunt eum ad tribunal, & condemnàrunt ad supplicium ignis, propterea quòd asseruisset antiquitatem seculi coram judicio eorum. Porrò sicut in tempore, ita & reliquis deleti huius regni circumstantijs, variè aberratur, ut penè credam maximas Imperiorum eversiones, minimè diligenter ab historicis plerunq; tractatas esse: sive in universalibus eiusmodi confusionibus, etiam hæc studia jacuerint, dum quisq; scriptorum de latebris potius quàm liberis cogitaret; seu quæ fortè scripta sunt, unà cum populis & urbibus ipsis extincta fuerint. Sic enim & Romæ quondam urbis dominæ vastationem, ab Alarico Gothorum rege illatam, ferè prorsus ignorari, deplorat Egnatius. Sic & Constantinopoleos occupationem novissimam, rem sanè omnium notitiâ & commiseratione dignam, obiter tantùm novimus. Eadem, nî profundior etiam, caligo tenet res Persicas, ut regni olim florentissimi ruina, quæ tot millia capitum oppressit, vix leviter sit nota. Ipse Teixera, vir à quo comprimis pleniora sperassem, hic nimis aridus est, hoc solum referens, ad fin. lib. 1. quòd Iazdigerdes duplici bello simul implicatus fuerit, dum ex unâ parte Turkestanij circa *Nahaoand* (rectius Nuhavvendam) irrupissent, ex alterâ verò Arabes; quibus cum resistere simul utrinq; non posset, in Chorasàn (regionem interaneam & montibus vallatam,) se proripuerit. Haytho tamen, solus eorum quos hactenus videre contigit, explicatior, narrat paulò distinctiùs, quòd Arabes primò Babyloniam, velut propiorem sibi, Persis eripuerint: mox longiùs progressi, celeriter anteversis peregrè accersitorum auxilijs, ipsum regem insigni prælio devicerint. Sed in illâ relatione aliqua sunt quæ desidero: ascribam

bam igitur, postea examinabo. Sic autem ille, cap. 15. *Iniquitatis filij Agareni, copioso exercitu congregato, regnum Persarum invadere cogitârunt. Et primò fuerunt ingressi regnum Mesopotamiæ, deinde perrexerunt ad regnum* Chaldæorum, *quod erat sub dominio Persarum regis, qui non poterat resistere Sarracenis, unde de terra illa fecerunt omnia vota sua. Rex verò Persarum* Ascaiorth *nomine, timens Sarracenorũ potestati subjugari, nuncios suos misit ad terras & regna quæ erant circa flumen* Phison, *& ab eis subsidium imploravit, promittendo venientibus magna stipendia & honores. De regno igitur* Turquestan, *quod propinquius erat regno Persarum, congregaverunt se circa* 6000. *virorum, qui nominabantur tunc temporis* Turquimani, *& iter arripientes, Regi Persarum dare subsidium intendebant. Transiverunt quoq; flumen* Phison: *sed ex eo quòd eorum consuetudo est talis, quòd quocunq; vadant, secum ducant filios & uxores, non poterant ire celeriter, sed per dietas parvulas incedebant.* Sarraceni *verò qui erant in regno Chaldæorum, quod subjugaverant, ut est dictum, timentes, quòd si exercitus Turcorum & Persarum congregarentur in unum, non possent eorum vota de facili adimplere, accepto consilio saniori, regem Persarum invadere properant, antequam ei subsidium præberetur. Rex verò Persarum, dum non posset prælium evitare, cum gente suâ se opposuit Sarracenis, & inito bello juxta quandam civitatem quæ* Marga *appellatur, magna fuit altercatio inter eos, & ab utraq; parte bellatores innumerabiles ceciderunt. Demum verò Persæ terga verterunt, & Sarraceni viriliter persequentes, regem Persarum inter alios occiderunt, & victoriam reportârunt. Actum Anno DCXXXII.* Duo sunt in hisce verbis obscura, quæ declaratione; unum quoq; falsum, quod correctione indiget. Obscurum primò quisnam fluvius per PHISON intelligatur, quamvis Author c. 7. asserat, esse flumẽ quod egrediatur de Paradiso terrestri, tu tamẽ assentiri

cave. Nam ille פִּישׁוֹן *Pischon* Mosaicus, Gen. 2. v. 11. triplici notâ tàm accuratè describitur, ut non possit nisi in Arabiam cadere. scilicet alluit arenosam regionem חֲוִילָה, patriam Auri purissimi, ubi etiam בְּדֹלַח nascitur. At Chavila hæc est omninò in Arabiâ, quam incolunt χαυλοταῖοι, ex traditione prisci Eratosthenis ita Straboni, literis ijsdem radicalibus nominati, lib. 16. qui à filijs Chusch & Iectan descendunt. Gen. 10. v. 7. & 29. ubi erant Ismaëlitarum habitationes, Gen. 25. 18. (quod & supra tetigi, fol. 60.) in confinio Amalekitarum, 1. Sam. 15. 7. unde Salomoni aurum Arabicum afferebatur à Regulis loci, 2. Paral. 9. 15. ut eius memoria ibidem, post tot secula etiamnum duret, quod Geographus Arabs testatur, Clim. 2. sect. 6. fol. 59.

في قرية مارب قصر سليمان بن داود عليه السلام
ويسمى هذا القصر صرواح ولم يبق منه الآن الا
طلل دارس واثر غابر وبمارب قصر القشيب وهو قصر
بلقيس امراته *in urbe Mareb (felicis Arabiæ) castellum est Salomonis filij David super quem sit pax, quod nominatur Zirvvach (quasi turritum dicas) nec tamen superest ex eo, nūc aliud quàm umbraculū triturationis (hoc non satis assequor) & vestigiū pulverulentū. In eadem urbe Mareb est etiam arx Elkaschib, quæ fuerat aula (vel palatium) Balkisæ, uxoris eius (unius è multis. 1. Reg. 11. 3.)* Præterea *Bedólach* non significat Bdellium, ut pleriq; hactenus, soni vicinitate decepti, exposuerunt, nec ipse Ben. Arias Mont. animadvertit, sed Margaritas, אבן לבנה עגולה שנוקבין אותה ומחברין ממנה אבנים ועושים מהם ענק *lapillum album, & globosum, quem perforant ut componant inde corollam, aut faciant ex ijs torquem (collarem)* ut Kimchi rectè docet, in Radd. quod amplius confirmatur ex Itiner. R. Benjam. fol. 25. ubi pulchrè describit.

ſcribit, quomodo è rore marino concipiantur, quod brevitatis cauſa omitto, quia Plinij traditionibus l.9.H.nat.c.35. examuſſim congruit; nec uſpiam orbe toto, præterquam in extremo oriente, & hâc Arabiâ, circa القطيف من أرض البحرين *Katipham terræ maritimæ Albacharinæ* contingit. Valeat ergò Gerh. Mercator, cum ſuo Phiſone Euphratenſi, ad fin. Atlant. faceſſat etiam hinc Schindlerus, cum ſuo Gange, in Lexic. Radic. פיש; & longiùs R. Sal. Iarchæus in Peruſch ſ.h.loc. Geneſ. cum ſuo Nilo, ad montes Lunæ abeat. Mihi perſuaſiſſimum eſt, in Arabiâ quærendum eſſe, ac exoneratos omnes Paradiſi fluvios in eundem Sinũ Perſicum, oſtijs haud ita procul diſtantibus. Cæterùm quod Haythonem attinet, abutitur ille hujus amnis nomine pro ſuo arbitratu, atq; hîc Phiſonem vocat, quem Ptolemeus Oxum l.6. c.12. & Arabs noſter fol. 227. جيحون *Gichonem*: quod ex ipſomet Authore non difficulter probo, quia cap. 7. Perſiam diſtinguit (pro ſtatu regni ſuæ ætatis) in duas regiones. unam quæ ſuperior minor & planior eſt, facit confinem Turkeſtaniæ; alteram inferiorem extendit uſq; ad Armenos & Medos. Illius primæ habitatores appellat Perſas propriè, qui olim idola & ſolem coluerint, urbes eorum nominans Boctara & Sconorgant (quæ ſic ſcribuntur corruptè, pro بخارا وسمرقند *Buchարâ* Medici Avicennæ, & *Samarkand* regis Tamerlanis ortu nobilitatis) ut non poſſit alia eſſe quàm Bactriana, ubi Ptolemeo ſitæ ſunt metropoles Bactra & Marcanda, l.6. geog.c.11. Huius verò ſecundæ regionis, urbes totidem præcipuas, nominat Neſabor & Spachen (quæ rectius نيسابور وأصبهان *Niſabur* & *Izbahan* efferuntur, atq; ſitu correſpondent Ptolemaicis, Niſibi quidem in Ariâ, & Aſpæ in Parthiâ: nec Hecatompylo, ut

iners Geographorum vulgus autumat.) Inter ambas ſocat Haytho flumen Phiſon. Atque hoc primum erat quod interpretationis egebat: pro cujus, ut & ſequentium, pleniori declaratione, concinnavi ad mentem Authoris, ex illius XVI. capp. primis, qualemcunq; Tabellam, quam ære quidem aptiùs exprimere potuiſſem, ſed quia nondum vacat, exhibeo interim hanc præſentem, typis diſſolutilibus utcunque contextam.

		Caſſia			*TATAR:*
	CVMANIA			*Belgian-*	
Gazaria			Coraſmia.	*-deſertū*	
PONTVS-	Georgia.	CASPIo-	Turke-	Tarſa.	*CATAI*
-Euxinus		*-lacus*	ſtan.	Co-	
Genech	Armenia	*PERSIA-*		ra-	*SIM*
TVRKIA	Meſopot:	*duplex.*		ſan.	Ba-
Briquia		*MEDIA*		*De-*	larē
Mare me- Syria.	Chaldæa			*ſertū*	INDIA
diteran: *Palæſtin.*		*Sinus-*			
Ægyptus.	*A R A-*	*-Perſi-*			Ce-
	B I A.	*cus*	OCEANVS		lan.

Alterum ubi Haytho lucem poſcit, eſt ſitus urbis *Margæ*, juxta quam Perſæ à Saracenis ingenti ſtrage cæſi fuiſſe commemorantur. Eam Reineccius ad marginem ſcribit eſſe Thelbencanen, Babyloniæ ſcilicet urbem, ſeductus procul dubio à Seb. Munſtero, qui hoc idem prior ad lib. 5. c. 20. Ptol. annotârat. Sed nos interpretemur Haythonem ex ſeipſo, qui paulò anteriùs c. 1·. dixerat, regionem Chaldæorum terminari ex parte ſeptentrionis, urbe Maraga. fuerit ergò illa in confinio Aſſyriæ. Verùm præciſiùs multò definitur ejuſdem ſitus in Arab. Geogr. fol. 232. quòd locetur circa ruinas veteris Nineve, ac ſit quidem nunc pagus tantùm,

ſum, ſed ingens. Ipſa vox *Margon*, vel cum articulo المرج *Almargo* aliàs campum ſignificat vel pratum, & recenſentur hoc titulo plura etiam loca, ut مرج دابق *Margo-dabek* prope Halepum, in ditione Kinnaſrinâ, item مرج راهط ومرج الصغير *Margo-Rahit*, & *Margoz-zafir* quaſi hoc pratum viride vel Sapphirinum dicas, ambo juxta Damaſcum, & prælijs nota : ſed nihil horum ad præſentem textum quadrat. Concludo igitur Margam abſolutè nominatam, intelligi omninò pagum illum in colliminio Chaldææ regionis, (quam Saraceni priùs occupârant) & adhærentis Perſiæ. Porrò illud tertium in Haythone, ac tot eius pediſſequis, qui ſecurè tranſcripſerunt hactenus, minimè ferendum eſt, quòd ipſe Rex Perſarum eo bello ſit occiſus, A°. Chr. 632. Non occiſus eſt, inquam, ſed ad interiores Perſas fugâ dilapſus, evaſit, uti Cedrenus diſertè teſtatur, (niſi quòd in regis nomine aberrat, ut pridem caſtigavi.) & P. Diaconus addit, *Regalia* dimiſiſſe, h. e. ſupellectilem regiam, ut ego interpretor, quæ militibus in prædam ceſſit omni æſtimatione major ; non verò Regalia jura, quæ dum ſpiritũ traxit, retinere laboravit. Sub illâ ſupellectile comprehendit quoque Mulieres, quæ captivæ ad victorem deductæ ſint: ſed perperam eas appellat filias Choſrois. rectiùs verò Abraham Iudæus facit Iazdigerdis uxores & filias. Cab. loc. all. בימי עמר בן אלכטאב מלך ישמעאל נעקרה מלכות פרס והלכו נשיו ובנותיו של יזדגרד מלך פרס בשבי *in diebus Omar filij Alchitab regis Iſmaëlitici, eradicatum eſt regnum Perſiæ, & iverunt uxores ac filiæ Iazdigedaris regis Perſarum, in captivitate. h. e. ductæ ſunt in Triumpho:* At hoc non primo ſtatim prælio evenit, ſed exacto triennio demum. nec enim ſemel & ſimul tàm vaſtum regnum ſubiugârunt Saraceni, ut vulgò cum Haythone arbitrantur, ſed expeditiones illæ durarunt integrum circiter decennium,

quamdiu imperavit Omar, & ultra; perq; diversos Duces administratæ fuerunt: quarum seriem breviter cognovisse juvat. An. Hegiræ 13. (qui Christiano 634 respondet ferè) missus est Capitaneus אבו עובד בן מסעוד *Abu-Obed filius Masud*, adversus Persas, qui primo impetu cum imparatis pugnavit feliciùs, deinde prælio apud الحيرة *Alchiram* (urbem in territorio Iracensi; geogr. fol. 139.) commisso, non ipse tantùm occubuit, sed unâ Saraceni quàm plurimi, Persis contra hosce latrones fortiter se defensantibus. at pugnâ paulò pòst redintegratâ, ipsi vicissim acceperunt cladem longè maiorem. Anno sequente misit Omar summus imperator Arabum, ducem alium nomine סעד בן אבי וקאץ *Saëd fil. Abi-vakaz*, qui cum 30000. Musulmannis, Persas quadruplo plures devicit, maximo agmine cæso, è suis tamen etiam quartâ circiter parte desideratâ. congressi quidem sunt sæpiùs, una tamen concertatio cæteris multò fuit cruentior, & plurimùm sanguinis hausit, quoniam duravit ab aurorâ usq; ad medium diem uno fervore continuo. unde in Arabum fastis illud tempus ليلة الهرير *nox impulsionis* appellatur, da es gutte Stöß abgeben hat/ ut nos loqui solemus: non quòd in tenebris aut noctu decertatum fuerit, sed quia ipsi, æquè ac Hebræi, diem à nocte auspicantur, & inde denominare consueverunt. Cecidit eo tempore רוסתם *Rostam* dux adversæ partis præcipuus, atq; contigit hæc laniena, juxta urbem القادسية *Elkadisia*, quæ in extremitate Iracensis provinciæ & confinio regionis Elbadiæ sita, 61. Pharsanchis distat à metropoli Bagdad, versus occasum, ut est in Hort. Geogr. fol. 138. Post biennium expugnavit idem Saëdus civitatem Chosrois, quæ ut olim Roma urbs κατ᾽ ἐξοχήν, sic ista المداين *Elmedayna*, urbes, ob excellentiam & amplitudinem in plurali numero nomina-

minabatur,ac mihi à Chosravo Abravvez prę cęteris exculta,inhabitata & amplificata creditur, quia eius regis cognomen aliquando gerit; nec tamen ab eo primùm extructa, cùm illius etiam antiquior extet memoria, ut quando Muhammedes in suis responsionibus ad Abdiam & Abdallam Iudæorum Rabinos, Alkurano subnexis,eandem Elmedenam Chaldææ urbem, jam suâ ætate recenset inter quatuor metropoles infidelium populorum, ex inferno natas, h.e. maledictas. Author Geogr.æ Arab. à magnif. D. Besoldo mihi concessæ & sæpè hactenus citatæ, fol. 237. locat eam ad occidentalem ripam fluvij Diglat seu Tigridis, quindecim tantùm milliaribus infra Bagdadum, h. e. in Eoo limite regionis Irak: sed Casp. Balby Venetus, qui An. 1580. à Bagiodet ut ipse vocat (h. e. Bagdado) per Tigrim, Balsaram (h. e. Bozram) usque descendit, adeò præclaræ urbis, quam omninò transire debuisset, nihil prorsus meminit, sed tantùm aliquot pagorum in ruinis jacentium: unde colligo hanc Medaynam post horribilem terræmotum, quo An. Hegir. 245. h.e. nostro 859. concussa esse memoratur, nunquam resurrexisse deinceps ad pristinum decus. Erat pridem ab Heraclio quoque vastationem perpessa, & (meâ opinione) illa ipsa quam P. Diaconus l. 18. *Gaza-croë* appellat, pro Gaza-cosroë, quia Thesauros ibi maximos condebat Chosravus, ut ex huius, de quâ nunc loquor, occupationis historiâ constabit. Invenerunt enim ibi Arabes, computante Almacino, in vit. Omaris lib. 1. cap. 3. TER MILLE MILLIONES Auri signati tantùm, quæ stupenda prorsus est summa, vix uspiam audita. præter cæteram prædam vasorum ex auro & argento confectorum, quæ servabantur in cratibus plumbeis, & amplissimam domum illis destinatam replebant. Sed præcipuè memorabilis est copia Camphoræ, quam in peculiari horreo invenerunt

nerunt adeò affatim congestam, ut propter abundantiam & similitudinem externam, pro Sale habuerint. (est enim candida similiter & friabilis) atq; huius exoticæ mercis imperiti, pro condimento panis in depsendo adhibuerint, donec amaritudo & evẽtus docuissent aliud. وجدوا بيتا مملوءا كافورا فظنه المسلمون ملحا فاستعملوه في العجين فمر الخبز *repererunt ædes repletas Caphurâ (hæc est genuina illius nominis enunciatio) & opinati sunt Musulmanni (milites gregarij) esse Salem, itaque subegerunt eam in massâ (farinæ maceratæ, ἐν τῷ φυράματι) sed amarescebat panis.* Subit hîc mirari, unde rex tantam copiam preciosi medicamenti acquisiverit? quem in usum congesserit acervum tàm grandem? quomodo servârit absq; detrimento? Ac primum quidem docet me liber toties laudatus, Arabica nempe Geographia, sect. 9. clim. 1. fol. 40. esse insulam orientis, nomine *Kalah*, ubi colligatur ea lacruma ex arbore certâ. dignus est ille textus, qui Physicorũ gratiâ exscribatur. من جزيرة لنكيالوس الى جزيرة كله خمسة ايام وبها الكافور الجيد وهو شجر كبير يشبه شجر الصفصاف والكافور يستخرج من هذه الشجرة بان ينقب اعلاها ثقب فيسيل منه عدة جرار واذا انقطع اسفل من ذلك في وسط الشجرة فينساب منه قطع الكافور وهو صمغ ذلك الشجر غير انه ينعقد في داخلها ثم تبطل تلك الشجرة فتجف وينقص غيرها وخشب شجر الكافور ابيض خفيف وفي هذه الجزيرة

الجزيرة عجا يبسـ ٥ *ab insulâ Lanchialus ad insulam Kalah sunt quinq; dies (itineris marini) & in eâ (provenit) Alkaphur optima. Est arbor magna, quæ assimilatur salici, & Caphur elicitur inde, quando effoditur in summitate illius foramen, effluit ex ea multùm laticis, tunc sistitur fluxus foramine humiliori circa medium arboris, ac tollitur inde frustum Caphuræ, quæ est gummi hujus arboris. veruntamen, quando illa coagulatur in interiori ejus, tunc perit eiusmodi arbor, separatur, & destinatur alia. Lignum arboris est candidum & levissimum. In eâdem insulâ sunt mirabilia plura. &c.* Marc. Polus Venetus, minimè vanus author, cuius narrata pridem incredibilia, quotidie magis magisq; verificantur, lib.3.c.19. appellat hanc insulam regnum *Fanfur:* quod fortassis in manuscripto erat *Kanfur*, quasi Camphoræ terra, quoniam F & K facilè permutantur. ait hoc eius gummi, orbe toto pretiosissimum, auro æquiparari. addit etiam ibi farinam sub cortice cuiusdam arboris reperiri, unde delicata fiant cibaria, quæ cum voluptate sæpius ipse gustârit. Hodie Lusitani huic insulæ aliud nomen indiderunt, appellantes *Borneum*, ab eius urbe primariâ, quæ instar Venetiarum in palude salsâ jacens, lateritijs mœnibus cingitur, & XXV millia civium claudit: cujus Rex, professione Muhammedanus, neminem audit nisi per interpretem. Insula est perampla, 250. leucas in ambitu tenet, ut P. Maffejus H. Ind. l.10. testatur. Cardanus autem lib.5. d. mist. vocat *Butei*, & dubitativè *Zebut*, quod utrumque corruptum est. ait ab æquatore 5. gradibus in Boream, à Fortunatis autem 185. abesse, quod non tantùm juxta recentiores chartas nimium est, sed & Arabum dimensiones multùm excedit, qui eam aliquot seculis frequentârunt, etiam superstitionibus suis infecerunt, antequam nostris innotesceret, atque in climatis infimi parte penultima locant. h. e. circa longitu-

dinis gradum 150. ut è Nubiensi conjecturam capio: Ismaëlis enim *Abyl-phedai* Canones in Europâ rarissimos, videre mihi nondum contigit. possidet verò eos quoque, supradictus Dn. D. Tengnagelius, vir talium callentissimus, &c. in folio descriptos, & centum Taleris emptos. Inde plurima pro illustratione præsentis historiæ peti possent, si quando in meas manus inciderent. Cæterùm Teixera, qui Camphoræ aliâ occasione meminit, lib 1. c. 33. fatetur quidem etiam in Samatrâ & Chinâ eam reperiri, sed impuram & vilem, nec ullius æstimationis, respectu Borneanæ. describit quoq; modum colligendi & mundandi. *raspasse de las entrannas del tronco del arbol, en que se cria, como la rezina en el pino, con unas unnas de hyerro, y echasse en la agua fresca, en la qual mundando se la muchas vezes, se va appurando, hasta quedar limpia y perfetta.* unde controversia quæ olim inter Cardanum agitabatur, & Scaligerum Exercit. 104. sect. 8. num lachryma siet? (h. e. ex arbore sudans) an verò bitumen? (sive fossile quid) facilè decidi potuisset. Ad Persas revertamur: in quem usum quæso tantum Camphoræ conquirebant? si responderis è Marco Polo: quoniam pretiosa erat habita, & auro contra cara, meritò in thesauris fuisse repositam; nondum acquiesco. evanescit enim cum tempore, nec perennat ut aurum & gemmæ, quas tutiùs conservassent. Ego, si quis conjecturæ locus est, potionibus admistam fuisse crediderim, ut præservaret à venenis & omni putredine, ac odoris fragrantiâ spiritus reficeret; suspicionem præbente Alkurano, qui inter delicias Paradisi suæ numerat, bibere posse talem haustum. sic enim ille Suretâ *Elinsani* h. e. hominis, quæ in quibusdam exemplaribus meis, etiam alio nomine vocatur *Addari*, h. e. æternitatis, numero 76. vers. 5. (vel 6. nam & in hoc variant libri.)

إِنَّ ٱلْأَبْرَارَ يَشْرَبُونَ مِنْ كَأْسٍ كَانَ
مزاجها

زاجها كافورا ع *utiq; puri bibent è poculo, cujus mixtura erit Camphorata, (eo gummi diluta vel condita.)* nempe quia perpetuò benè ibi valere debent; hæc autem à putrefactione tuetur, ut Lemnius docet, l.2.c.12. de nat. mir. unde pro efficacissimo pestis Alexiterio habetur à Minderero, citante Camer. in Syll. mem. Cent. 4. pag. 50. Itaque rex Persa, qui camphoræ tantum uno loco congregavit, quantum insula tota vix pluribus annis effuderat, potuisset universo cœtui Paradisiaco satis ad voluptatem propinare. Verùm heus ô delicate Muhammed! an is haustus fortassè lumbos etiam concitabit? siquidem in tuâ Paradiso plus quàm Sybariticâ, uxores amplexabimini, maximè illas cum prægrandibus oculis! Denegat eas vobis delicias Cardanus, loc. cit. asserens, Camphoram ita immodicè siccam esse, ut in sinu virginū gestata, juvenes ad ♀ reddat impotentes. (aut ideò fortassè, quòd spiritus avocando dissipet.) Addicit verò easdem vobis Scaliger, illi doctissimo semper contrarius, qui cani leporariæ tùm catulienti, non appendit modò ad collum, sed & in offâ potuq; dedit, etiam in nares ac nescio quorsum indidit, & concepisse tamen ait atq; peperisse. ut nimirum vera sit Averrois traditio, qui calidam statuit in gradu secundo. nam qui hodie cum Lonicero frigidam faciunt in tertio gradu, eorum sapor mihi gnaviter desipere videtur, cùm gustu sit amara, ut ex illius depravati panis historiâ constat; nè quid addam de odoris fragrantiâ: quæ ambo sanè calorem arguunt, & annectere volui (quamvis hæc talia meæ professionis non sint) nè quis Medicorum de vitâ & valetudine nostra, tàm securè luderet. Quomodo autem asservavit Camphoram suam Rex Persa! quæ tamen exhalare dicitur, nisi marmoreis in vasis, cum affuso semine lini recondatur! id equidem non constat; hoc verò certius

tius, evanuisse cùm primùm inciderit in oculos militum. Nam istud genus hominum certo fascino, invisibilia reddere potest quæcunque intuetur, quod recentia experimenta hodie comprobant plus quàm vellemus. Saraceni verò, quos aliqui à themate سرق *i. e. ab expilando* denominatos putant, eius artificij celebriores meritò habentur Magistri. nam in direptione Iazdigerdis aulæ, porticum quandam, (ubi nemo alius quicquam subodorari potuisset, nè Metallariorum quidem virgulâ,) ferro sollicitatam pertuderunt adeò affabrè, ut absconditorum ibi Mithkalorum centum myriades, per hiantem rimam exonerarentur; ipsi verò pondere ruentis pecuniæ, lubentes opprimi se sustinerent. Est autem مثقال *Mithkalon* origine ac significatu idē quod מִשְׁקָל hebræorum, ac notat unam librã vel pondo monetæ, quod æquivalet decem alijs دراهم *Derahimon* sive drachmis: quarum valor licet à Chaliphis postea, pro statu temporum, diversimodè taxatus fuerit, ordinariâ tamen æstimatione Scutatis vel Ducatis æquiponderant; ut summa hujus tantùm prædæ, (de millionibus autem dixi pridem) nostrâ numeratione ascendat, ad 1667 myriades Talerorum vel circiter. Non mirabitur tantos adfuisse thesauros, qui cogitat ibi confluxisse quicquid universus ferè oriens possedit, cuius dominium obtinuerunt Persæ, nec tantùm tributa tot populorũ, exegerant longis retrò annis, sed & pro insatiabili suâ plus habendi fame, vectigalibus extraordinarijs mulctârant gentes, inprimis auri patriam incolentes: acquisiverant etiam hæreditario jure, quicquid maiores ipsorum & antecessores Assyrij reges olim abstulerunt vicinis nationibus; item Iudæis, cùm spoliato Salomonis templo, in captivitatem Babel abducerentur. Impossibile foret è tot undique corrivatis torrentibus, non ingens oriri flumen. Et is fortasse

raſſe magnes fuit, qui tot ferreos hoſtes attraxit. tanta enim
ſumma, vel imbelles ad prædam invitare potuiſſet, ut illius
ſpe animas profunderent libenter, quia pallenti auro inſi-
diantur omnes. Addo adhuc unicum Gazæ Perſicæ argu-
mentum. invenerunt ibidem Aulæum quadratum, undi-
que 60. ulnas latum, quod ampliſſimi alicuius templi pa-
vimentum, aut hoc forum Tubingenſe, nè pratum dicam,
obtexiſſet. id totum erat ſericum, auro, argento & gem-
mis incredibili artificio ita contextum, ut eminus ſpectanti
hortum potiùs quam tapetem repræſentaret, adeò erant
omnia herbis floribus ac plantis variegata, & in mille ſpe-
cies acu ſubtiliſſimè depicta. Sed inſani milites, nè cui to-
tum concederent, acinacibus in fruſta diſſecuerunt, ac ſor-
te diſtributa vendiderunt pleraq;. quanti verò? id æſtimet
Lector inde, quòd unica portio, quæ Haly filio Aby-talib
obvenit, viginti millibus nummûm, ſub haſtâ venijt, ſine
tamen auctione. Sub finem illius anni, poſt novem ferè
menſes, iterum Perſas invaſerunt Arabes, prælio apud
جلولا *Galulam* commiſſo: quod oppidum Geographus
fol. 237. removet à Bagdado verſus Hulvvan, ad ori-
entalem plagam, LXIX milliaribus Arabicis, quæ ſunt Ita-
licis paulò minora. Tunc demum terga vertit rex Iazdiger-
des, ut Elmacinus tradit في هذه السنة كانت وقعة
جلولا مع الفرس فانتصر المسلمون عليهم وانهزم
ملك الفرس يزدجرد الى فرغانة وهو اخر ملوكهم
*eodem anno (ſcilicet 16. Hegiræ) contigit clades Galulæa Perſis,
quos vicerunt Muſulmani: & fugatus eſt rex Perſiæ Iazdigerd
ad Pharganam; qui erat ultimus Rex illorum.* Hæc Phargana,
non tantùm à geographo Nubienſi, locatur intra quartum
clima, fol. 244. ubi viam illuc è Samarkandâ ducentem

tradit: ſed etiam à ſuo cive Achmedo fil. Achmedi (qui vulgò depravatè Mahommet Alfraganus audit) cap. 9. refertur ad idem Clima quartum, & regionem Chorafan: cui non tantùm ut indigenæ loci, ſed & Mathematico quondam excellentiſſimo, plena fides meritò eſt adhibenda. Quia igitur idem cap. 8. præced. illud Clima terminat ad 39. gradum elevationis poli borei, ideò impoſſibile credo, ut ea urbs in latitudine habeat 42. gradus, quot ei tribuit Abul-pheda in exemplari Tengnageliano; ſed omninò ſequitur numerum ibi, librariorum culpâ, corruptum eſſe, (quod tamen bonâ pace Nobiliſs. Dn. Poſſeſſoris, Amici magni, admonuerim, qui tàm benevolè mihi tranſcripſit inde) adeoq; civitatem hanc tribus minimùm gradibus eſſe auſtraliorem, h. e. 50. circiter milliaribus Germanicis; imò pluribus etiam, ſi Climata ſecundum recentiores Aſtronomos diſpeſcere vellem: ſed hìc meritò ejuſdem Alfragani fundamenta ſum ſecutus. Multò autem craſſior eſt error vulgarium Tabularum, quæ à Mechanicis ad lucrum nec veritatem quotidie procuduntur, & ſub eodem cum nobis parallelo locant, imò aliquæ ad 50. uſq; gradum elevationis poli attollunt: de quibus aliàs. In hac autem Pharganâ rex Iazdigerdes metu Arabum delituit; hoſtes interim haud ocioſi, victorias pridem obtineri cœptas, proſecuti ſunt magis magisq;. Abrahamus quidem Zacuth, in ſuo Iuchaſin, fol. 145. a. tantas expeditiones paucis verbis complectitur בימי עמר בן אלקטאף כבשו ישמעאלים את אצפהן ונהאונד וכל מלכות פרס על יד עבד אללה בן גדיל : *in diebus Omar filij Alkitaph, ſubegerunt Iſmaëlitæ urbes Izpahan & Nahavvand, atq; univerſum regnum Perſiæ per manum Abdallæ filij Gedil*; quaſi hæc omnia celeriter & ſimul contigerint: ſed oportet, confuſionis vitandæ cauſa, ſingula conſiderare ſeorſim, ut appareat diſtincta rerum ſeries.

Iſpaha-

Ispahanam non ſtatim adorti ſunt, nec etiam potuiſſent, verùm expugnatis antè Meſopotamiâ & Aſſyriâ regionibus, aditum ſibi fecerunt inde demum, ad interiores Perſas. Itaq; الموصل *Almozal* velut clavis cæterarum, prima omnium capta fuit; urbs Diarrebiæ, ad ripam occidentalem Tigridis fluvij, ut Geogr. f. 231. teſtatur, quam Haytho c. 12. ſine articulo appellat *Moſel*, & Marc. Polus V. lib. 1. c. 15. ijſdem ferè literis *Moſul*. Benjamin verò Iudæus aſſerit eſſe illam, quæ in ſacris literis olim dicta ſit *Aſſur*, ſitam ex oppoſito ruinarum veteris Nineve, fol. 15. itin.

אלמוצל היא אשור הגדולה ושם כמו ז׳ אלפים יהודים ובראשם ר׳ זכאי מזרע דוד: היא תחלת ארץ פרס והיא עיר גדולה מאד מימי קדם והיא יושבת על נהר חדקל בינה ובין נינוה הגשר לבד והיא חרבה אבל יש ע׳ם כפרים וכרכים.

Almozal ipſa eſt Aſſur magna, ubi ſunt ſeptem mille Iudæi, quorum præſes R. Zachæus è poſteritate David. Ea eſt initium Perſiæ, urbs omninò maxima, inde ab antiquo, ad flumen Hiddekel ſita. ſolus pons intercedit inter ipſam & Nineven, cujus in ruinis nunc ſunt pagi aliquot & caſtella. R. Petachias, qui eandem paulò poſt inviſit, refert fol. 2. כל ארץ שחורה כזפת *omnem ejus terram circumcircca nigram eſſe inſtar picis*. Inde progredientes Muſulmani, ceperunt آمد *Amid* alteram Diarrebiæ urbem (Geogr. fol. 233.) ad eundem fluvium, loco tamen ſuperiori ſitam, quæ latinis quoq; ſcriptoribus innotuit. Marcellinus enim ad fin. l. 18. ait eam ætate ſuâ turribus circundatam fuiſſe ac amplis mœnibus, ubi locata ſint conditoria muralium tormentorum. quoad ſitum verò, ab auſtrali latere, geniculato Tigridis meatu ſublui, ex altera parte aquiloni obnoxiam eſſe, vicinamque Nymphæo amni & verticibus Taurinis. tùm in meditullio ſub arce fontem exudare, qui aliquando ſit potabilis, æſtate tamen fœteat. vereor hîc nè fallantur Ortelius, Iovius

Minadous

Minadous & alij, qui eam à Turcis hodie, cum nigredinis prænomine, *Caraemit* vocari autumant. Vrbs enim hoc titulo, non ad ripam Tigridis, sed in mediâ regione Diarbech locatur à Castaldo, quem pleriq; sequuntur. Inde perrexerunt Musulmani ad oppugnationem urbis اصطخر *Iztacharæ*, quam Alfraganus in Climate tertio locat & *Astacharam* vocat in renovata editione Christmanni, pro quo est in vetustioribus *Astatar* corruptissimè, ut ibi omnia. Diligentissimus verò Geographus Arabs, in ejusdem climatis parte sextâ reponendo, locum illius definit propiùs, fol. 114. sitam esse in Persiâ propriè sic dictâ, juxta flumen كرواب *Keruab*, qui pōte insigni transeatur ibi, abituris in Chorasan regionē. Quod verò ibid. XXXVI. tantùm milliaribus à Schiratz, versus ortum abesse dicitur, id ego, (quamvis etiam fol. 146. ita repetatur,) erroneum esse arbitror, & è pag. intercedente 145. corrigendum, ubi è particularibus intervallis simul junctis, omninò LXVI. Mil. pass. colliguntur. Hâc occupatâ transierunt victores in Parthiam, & expugnârunt eodem anno metropolin اصبهان *Izbahan*, quam Geographus noster fol. 237. regioni الجبال *Gebal*, h. e. montanæ vel alpestri accenset. Abulfeda in exemplari Tengnageliano, tribuit huic urbi, longitudinis quidem gradus 76. latitudinis verò 34. cum totidem minutis: unde apparet Ptolemeum (qui à Fortunatis numerat) ibi novem, hîc binis gradibus abundare. Meminit eius R. Benjam. f. 23. a. his verbis

משם (ר״ל מן דבר״תאן׃ שבעה ימים למדינת אספ״האן היא
העיר הגדולה והיא עיר המלוכה והיא מהלך י״ב מיל ובה
כמו ט״ו אלף מישראל ושם שר שלום הרב שהיה ממונה על יד
ראש הגולה ועל כל הכרכים אשר בכל מלכות פרס

inde scilicet à Tabristan, est iter septem dierum ad urbem Isbahan (cujus nomen fol. seq. indifferenter etiam cum P scribit, ut &

Arabes

Arabes.) Ea est urbs maxima & regalis, habet in ambitu XII. milliaria. Ibi degunt circiter XV. millia Israëlitarum, quibus (illo tempore) præsidebat R. Schalom, ordinatus ab Æchmalotarcha (Iudæorum principe in Babel) super omnia oppida (quæcunq; gens ista, Regum concessione inhabitat,) passim per universum Persiæ regnum. Recentiores geographi docent ipsius urbis, non in monte sed plano sitæ, ambitum hodie 4. tantùm Mill. pass. continere; suburbia verò plus quàm 10. quæ Iudæus annumerasse videtur. ajunt, mœnia esse cretacea, populum frequentem, bellicosum, & divitem quoq; ob innumeras Serici textrinas. cives olim recensitos fuisse supra 500000: hodie numerum hunc valdè imminutum. id quâ occasione contigerit, audiamus è Iosaphato Barbaro, teste oculato, qui in Itin. suo, m. fol. 41. ita refert: *Intesi che per essere numerosa di popolo, & per haver molta gente di fatti, per esser ricca, qualche volta non dava cosi obedienza al suo signore, & che hora sono anni XX. che essendo signor della Persia, uno chiamato* Giausa, *il qual fu à questa terra per volerla metter in obedienza; esso acconcie le cose sue, si partì. Onde che poco dapoi, essendosi ribellata, mandò il suo essercito, comandando à tutti quelli del essercito,* che nel ritorno portassino una testa per uno, *saccheggiata & abbrucciata che havessero la terra: liquali obedirono alla polita. In tanto che (cosi come io essendo in quelle parti, sentì parlar à molti di quei, che erano stati in quel essercito) alcuni iquali non trovavano cosi teste de maschi, si mettevano à tagliar teste di femine, & radevano il capo per obedire. Di qui viene che tutta la rouinarono & dissiparono. Al presente s' habita per la sesta parte.* Summa hùc redit: cùm ob rebellionem punirentur, jussos esse milites singulos, singula civium capita Regi afferre. deficientibus ergò viris pręmultitudine carnificum, decollatas fuisse mulieres etiam, & capita earum rasa, nè agnoscerentur: ita urbem incolis exhaustam, ut Au-

thoris tempore, An. 1470. quando id factum recens erat, vix parte sextâ fuerit habitata. Quod idem alter quoq; Legatus Reip. Ven. ad Vsun-cassan, Ambr. Contarenus confirmat, in fin. cap. 3. m. fol. 72. nisi quod uterq; nomen tantæ urbis, per Aphæresin appellant *Spaham* vel *Spaam*. Citò tamen, intra 20 tantùm annos, ita refloruerunt & ædes & cives, ut 10000 vici eius numerarentur, unde viros 50000. citra sui nudationem, exarmare posset. Nostrâ ætate rursus est populosissima, & abundat omni commeatu, mercimonijs verò maximè claret: unde ab ipso Rege inhabitatur, per vices tamen, ut P. Teixera testatur, qui accenset Irak regioni, fol. 378. HYERAK *es otra provincia de las de Persia grande y importante. es su metropolis* Hisphaòn *cividad muy populosa, assiento por vezes de los Reyes Parsios: es de grande comercio, y muy abastada de todo lo necessario.* Anglus ille naufragus, qui nuperrimè, post superata Indiæ loca mediterranea, Europæis hactenus incognita, per id Emporium domum est reversus, appellat *Ispahavvne*, ac multùm præfert suo Londino, tùm propter mercium omnis generis incredibilem copiam & æstimationem, tùm propter structuras palatiorum, aquæductuum, tabernarum, balneorum, fontium, ambulacrorum deniq; ac hortorum amœnitates. Quæ hâc de causa fusiùs enumerare libuit, ut intelligeret Lector, quantam urbem eripuissent Saraceni Persis. Illi verò tot victorijs nondum contenti, etiam Chorasan subigere tentarunt, regionem ubi auxiliares Turkimani à rege Iazdigerd evocati, substiterant, nec inde à Persis, tunc aliàs extrema patientibus, poterant expelli. De quibus loquitur Haytho, eod. cap. 15. in hunc modum: *Isti Turkimani superius nominati, pervenerunt usq; ad quandam terram quæ Corasen nuncupatur, ibiq; intellexerunt qualiter Rex Persarum in conflictu fuerat interemptus.* (*lege, victus: ut supra indicavi*) *&*

ideò

ideò ulterius procedere noluerunt, sed ad detentionem illius terra Corasen potius aspirantes, ipsam contra Sarracenos crediderũt defendere & tenere. Hoc quoq; Sarraceni videntes, copiosum exercitum congregaverunt, ut Turquimanos prædictos modis omnibus subjugarent. Sed Turquimani videntes Sarracenorum innumerabilem quantitatem, de prælio dubitantes, suos ad Caliphum nuncios destinârunt, offerentes se obedire suis beneplacitis & mandatis, & rogaverunt, ut eos sub suo dominio conservaret. Hoc quidem gratum extitit Sarracenis, & sic receperunt eosdem, & in aliâ terrâ illos habitare fecerunt, ubi rebellionis audaciam non timerent. Et imposuerunt eis certum annuum censum domino persolvendũ, & plures alias servitutes. Reineccius ad marginem vocat primam seden Corrozan. ubi non possum quin iterum aliquos Geographorum errores ex Arabismo detegam. Plerique agnoscunt unicam Chorasan, aliqui scribunt Orasan, alij distinguunt inter maiorem & minorem, omnes verò in situ enormiter peccant. Sic igitur habendum: esse tres omninò regiones, cognati soni nominibus insignitas, quæ ab ignaris eodem ferè modo scribuntur, cum tamen distinctissimæ sint, neque confundi debeant. Prima est occidẽtalior cæteris

قوهسان المجاورة للمفازة الكبير

KOHASAN *finitima deserto magno*, quæ cadit in sectionem 7. Climatis 4. & Nubiensi commemoratur fol. 241. ejus mentionem aliam inter Latinos non inveni hactenus, nisi quòd Petrus de Vineis lib. 1. Epl. cap. 28. *Gohesminos* nominat, quos hujus terræ indigenas putârim. Altera est

خراسان

CHORASAN præsentis historiæ, quam Turkimani auxiliares insederunt. ea respondet ferè veterum *Ariæ*, & rigatur flumine *Habin*, cuius urbes præcipuę sunt *Meschad*, ubi sepulchra regum; *Herah* h. e. ἀρεία Ptolemei l. 6. c. 17. ubi nobilissima Manna colligitur; *Thun* ubi

sericum copiosè provenit; & aliæ, quas rectius ex ipso Teixera discis, fol. 380. *Karason llamanla communmente nuestros Portogueyes Corason, es otra provincia de las sugetas al reyno de Persia, y contiene ciudades y pueblos de mucha importancia, es de todos el primero en ella* Mexed, *ciudad grande y populosa, adó los reyes Parsios dende Xà Ismaël Suf y tienen sus sepulturas. Tiene mas esta provincia* Thun *civdad grande abundantissima en muchas y finas sedas.* Tabás *muy nombrada.* Kahem *fertil de Açafran.* Hrey *adó se coge mucha y perfetta mana, cuyos muros banna el fresco rio Habin.* Marvvò. Hrat. *y otros harto nombradas. trahese mas de aquesta provincia Alhombras, Asafetida, Surma y otras cosas. &c.* Tertia vocatur خوارزم CHOWARAZAM, estq; prioribus orientalior, quia cadit in 8. sectionem illius climatis quarti, fol. 243. Geograph.
من غربي النهر جيحون وليس في شرقيه عمارة
juxta ripam occidentalem fluvij Gichon, nec habet in eois partibus, ultra flumen illud, aliquam habitationem sibi vicinam: ut benè conveniat cum *Corasminorum* regno, quod Haython describit cap. 4. dicens finitimum esse deserto magno, centum dietas longo. terram alioquin fertilem, ac frumenti feracissimam. Sed eandem extendit altrinsecus ad mare Caspium usq;; quod nescio an concedat Ptolemeus, qui lib. 6. c. 12. χωρασμίως locat παρὰ τὸν ὦξον, in regione Sogdianorum. Cæterùm his nunc missis, pedem referamus ad provincias citeriores, quas Anno sequente XXI. Hegiræ, h. e. nostro 642. Musulmani Persis ibant ereptum. Illæ sunt plures quidem ac diversæ, possunt tamen pro numero Ducum, ad quinq; potissimùm reduci; in quot etiam legiones omnis exercitus Arabum, accessione multâ quotidie crescens, tunc distributus erat. Primam ductabat נעמאן בן מקרן *Naëman filius Mecran*, capitaneus magni nominis, qui nuper ab expeditione Chorasanâ, titulum fortissimi

tissimi

tissimi reportârat. Is nunc adversiori fortunâ usus, statim in primo congressu, unâ cum plurimis suorum, apud نهاوند *Nuhavvendam* occubuit, urbem regionis Gebal, ut Geographus testatur fol. 237. & seqq. Substituto autem חדיפא בן אלימאן *Chadiphâ filio Eliman*, victoria est ad Musulmanos reversa; non tamen incruenta, siquidem Persas ipsa desperatio animârat. Alteram partem copiarum regebat מעיר בן שעבא *Meir filius Schcba* (cujus minister Omarum Chalipham, pugione postea confodit) is cum suis rectà in اذربيجان *Adarbigan* profectus, eam regionem absque sanguinis effusione obtinuit, incolis tantæ vi resistere non audentibus. Quænam provincia hoc nomine censeatur, apparet è Geogr. Nub. folijs 228. 235. 240. 275. 276. nimirum ea pars Assyriæ septentrionalis, quæ circa urbem Ardabigaram; ubi fanum Ignis fuisse supra dixi. fol. 126. Hodie in Mediam usq; protenditur, ut contineat etiam اردبيل *Ardebil* incunabulis Sophinæ sectæ notam, & metropolin تبريز *Tabriz*, quæ pridem erat aula eorundem Sophinorum, antequam ætate patrum veniret in potestatem Turcæ. Minadous eam cum vulgo *Tauris* appellat, & in Epistolâ quadam Historiæ suæ *della Guerra fra Turchi & Persiani* subnexâ, XII. argumentis operosè contendit, *che non è altrimenti* Terva, *como il Giovio scrive, nè* Tigranoama *come il Negro, nè* Tigranocerta *come altri: ma* Ecbathana, *come vuole l' Ortelio & l' Anania.* quas doctissimorum hominum opinationes, ego ex hâc orthographiâ veriori, omnes uno ictu dissipo, & confidenter dico, esse omninò illam, quæ l. 6. Ptol. c. 2. (vitiosè quidem) Γαβρὶς appellatur, pro Ταβρὶς, errore in Græcâ scriptione facillimo. Teixera solus eorum quos legerim, exprimit genuinum sonum urbis, in App. rel. fol. 379. addens, incolas etiam alio nomine *Calanges* hodie

vocari. *Aderbajon ô Azarbajon, es otra provincia grande, cuya principal ciudad es la famosa* Tabriz, *corte de los reyes de Persia, antes de venir en poder del Turco. Esta tierre es llena de muchas grandezas, y muy abastada de todo lo necessario, tiene muy grande comercio con Rusia, Sircassya, Gurgestam. &c. llamanse los habitadores por nombre comun* Calanges. *tiene mas* Xyruan, Nakxoan, Hordobat, Ardauel, Halkan. *y otras muchas.* Tertius Arabum Dux עמר בן סעיד *Omer fil. Said,* invasit Mesopotamiæ quædam loca. Quamvis verò ea regio, ditionis Græcorum fortassè cuipiam videri possit, constat tamen, controversi plerunq; juris, inter illos & Persas habitam, ac variante fortunâ, nunc in horum fuisse, nunc illorum potestate; prout limes imperij Romani, vel Euphrates erat vel Tigris. Occuparunt igitur Saraceni eius oppida; *Ruham* supr. f.163. declaratam; & عين وردة *En-Werdā* à fonte denominatam, & حران *Charan* Abrahami habitationem, clade M. Crassi, avaritiæ gurgitis nobilitatam. Plin. l. 5. c. 24. De quâ R. Benjam. fol. 15. a. commemorat, esse Arabibus adhuc venerabilem, ob memoriā Patriarchæ. באותו מקום שהיה שם ביתו של אברהם אבינו אין עליו בנין וישמעאלים מכבדים אותו מקום ובאים שם להתפלל *illo loco ubi steterant ædes Abrahami patris nostri, jam nullum superest ædificium: sed Ismaëlitæ (Saraceni, qui etiam inde genus suum repetunt) honorant illum locum nihilominus, ac conveniunt illuc orandi causa.* Quartum agmen ducebat עיאץ בן עיסי *Ejaz filius Ese* (vel Isai, h. e. Iesu: à quo nomine Musulmani non abstinent, ut supra tetigi fol. 79.) Is in eodem ferè tractu terrarum, capiebat Nezibin & Raccam, urbes munitissimas. Prior illa etiam in latinorum historijs, præsertim Diaconi & Marcellini, nota est. aliqui scribunt per vocalem primam *Nasibin*; Hebræi in Targum Ionathæ & Ierusch almi Gen. 10. 10. נְצִיבִין *Nezibin* per secundam,

cundam, quos ego ſequor. Græci per tertiam Νίσιβις, ut Ptolemeus l. 5. c. 18. & Ioſephus l. 18. ant. c. 12. ubi dicit captivos Iſrael didrachma ſuum depoſuiſſe quotannis, Ieroſolymas mittendum. R. Benjam. eod. f. 15. ait נחלי מים *torrentibus aquarum* abundare. Arabs verò fol. 233. Diarrebiæ accenſet, infeſtam ſcorpionibus & viperis lethalibus.

بارض نصيبين عقارب قتالة وبالقرب منها جبل ماردين وبه حيات قتالة كثيرة جدا وكور ديار ربيعة منها نصيبين *in terrâ Nezibin ſunt Scorpiones mortiferi, & in propinquo monte Maredin (cujus cacumini urbs inſidet ejusdem nominis, ad quam per ſcalas petræ inciſas aſcenditur, ut refert Ioſ. Barb. m. fol. 28.) ibi ſunt ſerpentes lethales, plurimi valdè. Eſtq́ʒ Nezibin de regione Diar-Rebiæ (quod habitationem herbidam & vernalem ſignificat)* Acrabenę nomen huic ditioni, procul dubio ab hâc multitudine Scorpionum eſt inditum (quod tamen in Ptolem. l. c. defectivè ſcribitur ἀκραβηνὴ) nam עַקְרָב etiam hebræis eſt Scorpius; unde alterius quoque loci etymon *Acrabbim*, in termino Iudæ, Num. 34. 4. Poſterior urbs Racca, ſimiliter digna eſt cuius verum ſitum detegam, ut promerear gratias Aſtronomorum, qui hactenus ignorarunt quænam eſſet *Aracta* ſui Albategnij. Non quidem obſcura eſt ejus, aut elevatio poli, aut longitudinis differentia; ſed quoniam hæ ipſæ cum nullâ in catalogo Ptolemei congruunt, factum eſt, ut varijs indultum ſit conjecturis. Author ſanè cap. 4. notat ſe proximum ☉ acceſſum ad Aractæ urbis verticem, deprehendiſſe graduum 12. min. 26. & remotiſſimam illius ab eodem Zenith digreſſionem, gr. 59. m. 36. unde non tantùm diſtantia Tropicorum ſui temporis 47. 10. eiusq; ſemiſſis, nimirum obliquitas Eclipticæ 23. 35. facilè concluditur, ſed & poli Aractenſis elevatio deprehen-

prehenditur esse gr.36. min. 1. nec dubium est observationes hasce diligenter & industriâ summâ fuisse administratas, quibus tutò fidere liceat, quoniam ad finem libri c. 57. protestatur, maximo se instrumento usum, cujus *Albidadæ* h. e. regula dioptrica fuerit X ulnarum. Idem cap. 27. prodit differentiam meridianorum inter Alexandriam Ægypti & habitationem suam, ex Eclipsibus animadversam, esse $\frac{2}{3}$ ferè unius horæ, quæ decem gradibus respondent, quibus Aracta sit orientalior: unde sequitur eandem (ex hypothesi Ptolemaicâ) obtinere 70. gr. 30. min. in longitudine. At nullum ibi nominis vestigium apparet in tabulis! hæc nimirum crux fuit Astronomorum, ut in varias verterint se formas, nec tamen satisfecerint vel sibi vel alijs. Ingeniosissimus Keplerus, in accuratis Tabb. Rudolphi nuper editis, cap.16.f.39. conqueritur de multiplici homonymiâ urbium, quæ ob intermissa tàm diu commercia, nondum sublata sit. Et quamvis *Aracam* hoc nomine, repererit in Comagenâ regione, meritò tamen cavere jubet à ludificatione vocabulorum, ob loci situm nimis borealem. Hac igitur dimissâ, prolabitur deinde ad divinationem alteram, dicens: *Edessæ*, cognomen ejus hebræum אֶרֶךְ *Erech* favere, quod extet apud Hieronymum. verba sancti scriptoris ipse quidem non vidi, nec tamen dubito, quin à librarijs corrupta sint, quia certò constat urbem illam non *Erech*, sed *Arruha* vocatam indigenis, (ut supr.f.163. indicavi) quæ tamen pro varietate dialectorum, etiam *Erruha* vel *Erroha* enunciari potuit, ac inde mendum describentis nasci. Sed quoniam Edesseni poli altitudo, Aractensem sesquigradu superat, rejicit hanc quoq; opinionem. Deniq; verò, cùm in *Charras* numeri consentiant aliquantò propinquiùs, provocat ad Arabismi peritos, num ex hebræo *Charan* fiat Arabicum *Arach*? Ego, licet eum titulum non arrogem mihi,

mihi, quem rectiùs Tengnagelij, Kirstenij, Golijvè merentur; quia tamen veritas à quovis asserenda est, occasione suscepti thematis dico, esse hanc ipsam RACCAM præsentis historiæ, quam Saraceni occuparunt, nec aliam ullam. Quærat mox aliquis, unde verò accesserint literæ A, & T, in *Aracta?* respondeo, id in Arabismo frequentissimum esse, ut articulum assumant nomina, cuius postremum L, conformetur sequenti R, (quemadmodum D, in latinis Arripio vel Arrodo) non scripturâ quidem, sed pronunciatione tantùm, quam hîc solam spectamus. unde fit الرَّقَّة *Arraccah*, cuius H finale bipunctatum accedit proximè ad sonum literæ T, ut propemodum *Arraccat* enuncietur: quale T Galli etiam interserunt, quando dicunt, *ou vat il?* quod tamen absq; illo scribere solent, *ou va il?* aut interponere, pro indicio soni, virgulam transversam. Hæc igitur Arracca vel Racca, est urbs insignis, ad Euphratis ripam sinistram, in termino Mesopotamiæ sita, ex opposito alterius *Raphalæ*, paulò superioris, quà flumen. Id nos docet Geographus, fol. 227. ubi tractum amnis, cum urbibus quas alluit, in hunc modum describit:

نقول ايضا ان في هذا الجزء المرسوم معظم الفرات
وهو النهر المشهور المحسوب في الانهار الستة
الكبار التي هي النيل ، والدجلة ، والفرات ،
ومهران السند ، وجنجس الهند ، وبغنون
الصين ، وجيحون خراسان ، ويخرج نهر الفرات
من داخل بلاد الروم ومن جهة قزالة من جبال
متصلة بقالي قلا ثم يمر في بلاد الروم ويمتد
الى كمخ ثم يسير منها الى ملطية حتى يكون

منها علي ميلين ثم يمتد الي شمشاط فيحمل من
هناك السفن والاطراف الي بغداد ثم يمتد
من شمشاط مارا في جهة الجنوب مايلا مع
الشرق الي ساحل حربان ثم الي جسر سبجة ثم
الي الرافقة ويجتاز بالرقة وهي منه بالضفة
الشرقية ع *loquamur etiam in istâ sectione (scilicet 5. climatis 4.) designationem magnam Euphratis, fluvij celebris, computati inter sex (imò septem) flumina majora, quæ sunt*, Nilus: Diglat *(Tigris)* Elphrat *(Euphrates ipse)* Mahran *Sindiæ (h.e Indus, ut è pag. 65. colligere datur. quem incolæ nunc à concursu quinq, aquarum Pangab vocant; referente Teixerâ fol.91.)* Chanches *Hindiæ (nobis Ganges Indiæ)* Bagnun *Azzinæ (h.e. Sinarum, regionis quæ in Alfragano pravè scribitur Atin)* & Gichon *(Oxus) Chorasanæ. Porrò egreditur Euphrates ex interiori regione Romanorum. (sic Musulmani Græcos vocant: hoc est, è præfecturâ Catanitide majoris Armeniæ, ut Plinius docet. l.5.c.24.) circa partes* Cosalæ *(quæ tamen Ptolemeo longius inde distat) è monte (qui eidem l. 5. c. 13. παρυάδρις: Corbuloni apud Plinium, l.c. Aba: Solino cap. 50. Capotes) cohærente cum* Kalicala *(Turcæ nunc appellant Carachala. h.e. nigrum castellum, teste Minadoo l. 2. d. B Pers.) Deinde transit regionem Græcorum, & extenditur versus* Camach *(Comagenam) postea pergit ad* Malatiam *(quæ latinis Melitene) sic tamen ut absit inde duobus milliaribus. Pòst extenditur ad* Schumschat *(Samosatam Luciani patriam) atq, fert deinceps navigia; sed scopulos habet versus Bagdad. Cæterùm à Schumschat vergit in euronotum, ad littus* Charian, *deinde ad pontem* Singæ *(punctum in Arabico deest, sed ita legendum esse, disco è Tabulâ Itinerariâ Peutingeri) pòst ad* Raphaccam *& præterit* RACCAM, *quæ est ab ejus ripâ orientali. &c.* Sectione sequenti fol.230. docet illius distantiam

tiam à Metropoli Bagdad, abeſſe illinc verſus occaſum, itinere decem مراحل *diverticulorum* (zehen Außſpān) quæ huic Authori ſunt incertioris menſuræ, plerunq; XXV mil. paſs. aliquando XXX, hoc loco plurium, quia totam viam ſtatuit ibid. CCCLXXII. milliarium. Quamvis verò ea ſumma, particularium intervallorum aggregatum nonnihil excedat, (perinde ut & in Itiner. Anton. non ſemper congruunt) per id tamen error vulgarium Tabularum non excuſatur, quæ falſiſſimè infra diviſionem Euphratis, in Irakâ locant. Paulò pòſt fol. 234. coniungit ambas civitates propiꝰ, ac dicit: الرقة والرافقة مدينتان كالمتلاصقتين وكل واحدة منهما بائنة عن الاخرى بأذرع كثيرة *Arracca & Arraphacca ſunt binæ urbes quaſi cohærentes, ſingulæ tamen diſcriminantur ab invicem per brachia multa.* Intelligo ex Almacino in vitâ Hiſchami l. 1. c. 17. Raccam habuiſſe duo loca الهبوا والمرو *Elhaba & Almaru* dicta, quorum reditus annui drachmarum millia decem confecerint: unde apparet, urbem fuiſſe opulentam nec vulgarem. Fuit verò (unâ cum vicinis Haran, Ruhâ, Balis, Chamez, &c.) etiam illo memorabili terræmotu quaſſata vehementer, quem An. Heg. 245. contigiſſe dixi, ſupr. f. 183. Hodie tamen nihilo vilior eſt, ſed forte caſtellum habet, quod *Sangiacus*, h. e. gubernator Turcicus incolit, unâ cum præſidiario milite; ut expertus C. Balby teſtatur, qui *Raccha* ſcribit cum aſpiratione ح. Hinc etiam corrigendum eſt nomen *Dalia* in Synonymis Ortelij, quod ille hauſit è Bened. Ar. Montano, iſte verò è R. Benjamin: ubi Reſch (quod facillimè fit) in Daleth perverſum erat. Arguunt enim diſtantiæ ab Haran & Balitz (notâ Sciatherico Bilcair) itẽ certa ſeries itineris, eſſe ipſiſſimam Racca, nec poſſe aliam ſingi. Sic autẽ ille Iud. f. 14. b.

מעם יום לרקיא יהיא כלנה בתחלת ארץ שנער החולקת בין מלכות התוגרמים וארץ שנער ובה כמו ז׳ בע מאות יהודים ואב ושם כנסת מבנין עזרא הסופר בעלותו מבבל לירושלם: *inde (scilicet à Kala gaber quæ in sacris nominatur Sela, h. e. petra deserti Esa. 1. v. 1) dies est, usq; ad Dakiam (hîc lege Rakiam, vel omninò Rackam) quæ olim erat Calne (una inter 4. metropoles venatoris Nimrod, Gen. 10. 10. Quamvis verò Targum ibid. per* קְטִיסְפּוֹן Ketispun, *h. e. Ctesiphontem exponat, ego tamen ex Amos c. 6. v. 2. Raccam intelligere malim, quod vicina sit Emissæ) sita in exordio terræ Sinear quam dirimit à regno Togarmim (sive Turcarum, ex Ezech. 27. 14. & 38. 6.) Hîc sunt 700. circiter Iudæi, & Synagoga, quam instituit Esdras scriba, cum redux è Babylone ascenderet Ierosolymas. (cap. 7. v. 1.)* Hæc hactenus de Arracca Muhammedis Albategni eò prolixiùs, quò altius erat antè silentium de illâ. Nunc tandem revertor ad cæteras Arabum expeditiones. Occupavit autem hoc eodem Anno Hegiræ XXI. alius quidam capitaneus, ab Omare Chaliphâ, cum exercitu missus ultra Tigrim, nempe Moses cognomento Ascharæus totam, *Chusistaniam*, eiusq; duas urbes primarias *Ahvvazam* & *Susam*: quarum situs nè sit obscurus, placet eundem ex idoneis authoribus, more meo fideliter demonstrare. Sic igitur Geogr. sect. 6. climatis 3. fol. 141. في شرقي موقع دجلة في بحر عبادان ارض خوزستان ومنها الاهواز وعسكر مكرم وجندي سابور والسوس ورام هرمز *ab orientali parte lapsûs Diglat (h. e. Tigridis) juxta mare Abadan (quod, nî fallor, Saurensem sinum nostri vocant hodie) sita est terra* CHVSISTAN, *(nomen habens à Cossæis latronibus, quorum Plinius meminit l. 6. c. 27.) ad quam pertinent Ahvvaz, & Escar-Mecrom, & Gendi-Sabur, & Susa, & Ram-Hormoz. &c.*

Ibid. paulò post: يخرج نهر فيمر مغربا حتى ينتهي الى

الي مدينة عسكر مكرم وعليه هناك جسر كبير
نحو من عشرين سفينة وتجري فيه السفن الكبار
ويتصل بالاهواز وبين عسكر مكرم والاهواز ثلثون ميل
نب الا *egreditur fluvius & vergit in occidentem, usque dum perveniat ad urbem Escar-Mecrom, ubi pontem habet magnum, XX circiter navium. vehuntur in illo navigia maiora, & alluit Ahvvazam: inter quam & Mecrom sunt XXX. milliaria, secundum amnem.* Rursus pag. 237. ait ab urbe واسط *Wasit* (quæ ad ripam Tigridis, sex itineribus supra eius ostia locatur) abesse 100 milliaribus: unde jam situm Ahvvazæ, licet ignoretur Tabulis, abundè cognoscimus. Quantum verò ad *Susam*, notior est illa, quòd meminerint eius multi scriptores. Strabo l. 15. tradit nobilitatam aulâ Cyri: esse oblongam, sine mœnijs tamen, habere in ambitu 120. stadia, vel iuxta Policleti relationem 200; quę respondent 25. milliaribus Italicis. Addit, æstivum ibi calorem intendi tantum, ut comburat lacertas, sub meridiano sole per apricum repentes: inde cogi incolas, ut ædificia tegant superingestâ humo, ad profunditatem 2. ulnarum. Causam æstus rejicit in montes, qui ad boream objecti, non frigidiores tantùm auras intercipiant, sed & repercutiant illapsos radios solis, ut reduplicentur. Curtius l. 5. meminit angustiarum in illis montibus, quæ *Pylæ Susidæ* dicantur, ubi Alexander cum suis multùm sit periclitatus. Quòd verò Dionysius, (hisce locis natus propterea fide dignior,) ait Choaspen alluere Susianos, id illis errandi occasionem dedit, qui opinantur attingere ipsam urbem. at hoc non dicit author, sed præterfluere terram Susarum. versus enim, paulò ant. fin. suæ periegeseos ita sonat: -- Χόασπις

Ἕλκων Ἰνδὸν ὕδωρ, ὅδ' ἄπε ῥείων χθόνια Σούσων.

Et aliud nos docet S. Daniel c. 8. v. 3. arcem שׁוּשָׁן *Susan* si-

tam esse ad fluviũ אוּלַי *ulai:* quem Plinius l.6.c.27.optimè cum sacrâ scripturâ congruens, appellat Eulæum. oriundum in Media, condi sub terram intermedio cursu, & rursus emergentem circuire hanc arcem: unde Reges eum honorent, ut non ex alio bibant, etiam peregrè abeuntibus sibi ad longinqua loca deportari curent. Disterminat ille Susianam ab Elymaide, provinciâ humidiori, quæ ob uliginem non nisi per circuitus adiri potest, ac in Biblijs *Elam* audit: ut R. Benjamin rectè notavit, nisi quòd etiam in nomine fluminis aberrat, fol. 20. b. & seq. כוזסתאן והיא עילם המדינה הגדולה אבל אינה מיושבת כלה כי היא חרבה מקצתה ובתוך חרבותיה שושן הבירה והיא ארמון המלך אחשורוש ויש בו בנין גדול ויפה מימים קדמונים ובה שבעת אלפים יהודים ובה ארבע עשר בתי כנסיות ולפני כנסת האחת קברו של דניאל עליו השלום ונהר חדקל חולק את המדינה והעיר ביניהם: *Cusestan, ipsa est Elam, regio magna, sed non amplius habitatur tota. nam vastata fuit ex parte. Inter ejus ruinas extat Susan arx (Esth. 1. v. 2.) quondam palatium Ahasueri. habet etiamnum ædificia magna & pulchra, inde à diebus antiquis. Hîc sunt* 7000 *Iudæi, cum* 14 *Synagogis: ante quarum unam est sepulchrum Danielis, p. m. Flumen Hiddékel, ponte stratum, dirimit urbem.* Hiddekel nempe appellant hebræi etiam alios, quorum aquæ sunt, juxta etymi rationem חדין וקלין *acutæ & leves* ut R. Sal. gen. 2. 14. exponit, h. e. *angustæ & veloces*, ut Iosephus 1. antiq. c. 2. quod velocissimo Tigridi convenit inprimis, qui unico die tantum spacij perlabitur, quantum strenuus viator vix hebdomade totâ, sic ut nec Arethusæ quidem paludi misceatur, quam pertransit. Plin. ib. & Solin. c. 50. Longum foret hic repetere civium in utrâq; Susâ æmulationes, quibus fatigârunt se mutuò, cis & ultra flumen habitantes. Cum enim in alterâ urbis parte, propter commoditatem situs, vigerent commercia, unde illi ditescebant: in alterâ verò defectus

fori

fori ſuos depauperaret, imputârunt hoc ſuperſtitioſi homines feretro Danielis, quod penes opulentos aſſervabatur. Vt ergò lis tandem componeretur, ſuſpenſum fuit illud in ponte Vlay, loco ſcilicet inter utroſq; medio; juſſu סינגר ע׳אה *Singar Schach* filij Melich Schach, quem noſtrū exemplar cognominat ابو الحارث *abul charith*: ut ſuo tempore, inter Selgucidas Principes tradam, ſi DEVS voluerit. Vnum interea de Suſis reticere nequeo, hallucinari Büntingum part. 1. fol. 186. quando ibi Chalipham à Tataro rege Allau, inter medias gazas, fame ſcribit enectum fuiſſe. non contigit hoc Suſæ, ſed Bagdadi, ut Iuchaſin docet, fol. 152. (quam vulgus ineptè Baldach appellat) præterea Chaliphæ nomen haud fuit Allau; neq; Haolon ſicut Haytho ſcribit c. 26. ſed Halacho, ut præter hebræos etiam noſtrum volumen effert. de quo aliàs, volente Deo, inter Tataricos reges dicam pleniſſimè. Nunc ad Perſici regni finem decurro, quem acceleravit quidem Omar Imperator Arabum, ſed non omninò aſſecutus eſt ſe vivo. Fuit enim decimo ſui regni ſimul & hujus belli anno ſublatus, atq; in publicâ ſolennitate inter orandum, tribus infra umbilicum ictibus, pugione confoſſus, à viliſſimo quodam ſervo: maximus ille Chalipharum, quâ res geſtas ipſo Muhammede (judicio meo) major, qui unus duo ſimul imperia potentiſſima, Romanum dico & Perſicum ſubvertit; illis Ægyptum & Syriam, hiſce Chaldæam, Mediam & Perſidem eripuit; atq; à tot victoriarum gloriâ primus inter Saracenos أمير المؤمنين *Amirol-muminina*, h. e. Princeps credentium à ſuis eſt appellatus: perinde ut inter nos, Hiſpani reges Catholici dicuntur, Gallicani verò Chriſtianiſſimi. Errat autem Cælius Auguſtin. Curio, qui fol. 61. H. Sar. hunc titulum Abderachmani primò tributum ſcribit; ne dicam

dicam ineptire ſimul, quando alios qui *Miramulin* eſſe-runt, correcturus, ipſe *Miralmumin* haud multò integriùs enunciare jubet. Hoc itaq; caſo, cum ſucceſſor Othman filius Aphan, etiam reliqua Perſarum in ſuam poteſtatem redacta cuperet, emiſit Anno Hegiræ 24. ſupradictum Meir filium Scheba, quem Adarbigan occupaſſe pridem commemoravi, fol. 197. atq; illius virtute acquiſivit iterum primarias aliquot urbes, Elbiram & Hemdanam, cum adhærentibus territorijs, in quibus hoſtium reliquiæ hactenus, naturâ locorum fretæ delituerant. Intelligitur autem البيرة (*Elbira* non illa quæ ſupra Raccam ad Euphratem, ſed altera in regione الديلم (*Addeilam* circa urbē قزوين *Kaſvvin* (vulgò Kasbin) de quá Nubienſis. f. 229. Et in eiuſdem viciniâ, inter montes همدان *Hemdan* urbs maxima, ut idem Geographus docet fol 237. & ſeq. cui R. Benjamin, è ſolis popularibus ſuis ingentem ſummam incolarum attribuit fol. 23. a. חמדן היא מדי העיר הגדולה ושם כמו חמשים אלף מישראל ושם לפני כנסת אחת קברים של מרדכי ואסתר *Hembdan ipſa eſt vetus Madai (Mediæ metropolis, à quo literæ non abludunt) civitas ampliſſima, ubi degunt ex Iſraelitis tantùm 50. mille viri. nam ibidem ante quandam Synagogarum, ſunt monumenta Mardochæi & Eſtheræ.* Triennio poſt, ſcilicet Anno Hegir. 27. ab eodem Othmano miſſus eſt novus exercitus in orientaliora Perſię loca, duce עבד אללה בן עאמר *Abdallâ filio Amer*, qui Chorasan penitus expugnaret. licet enim eius pars citerior, quam Turkimani hoſpites inſederant, iam pridem dedita fuerit, ut ſupr. f. 194. ex Haythone repetij; ulteriores tamen, ipsâ longinquitate locorum hactenus tuti, libertatem adhuc ſervabant. Promiſerat autem Othmanus ei, qui tàm remotas regiones primus adoriretur, illius provinciæ adminiſtrationem: ut hac velut eſcâ militem ad longam

gam expeditionem promptius obeundam illiceret. Votum ergò fecit Abdalla, idq; juramento firmavit; prius non reversurum sese, quàm potasset à fluvio, qui urbem بلخ *Balach* præterlabitur, M. Polo Veneto memoratam lib. 1. c. 31. cui Abulpheda Tengnagelij tribuit, long. grad. 91. cũ latit. 36. Susceptis ergò itineribus, cùm appulissent, expugnavit magnâ strenuitate præcipuas Chorasanę urbes, هراة ونيسابور وطوس وبوشنج وابريم والطالقان ومروا وسرخس *Herah, & Nisabur, & Tus (quæ duo loca in Abylohedæ numeris coincidunt, ad long. 82. & lat. 36. unde mendum arguitur) & Buschang, & Abraim, & Talikan, & Maruva, & Sarchas.* omnes magnas divites ac populosas, manná ferè, serico, aut alijs mercibus exoticis nobilitatas: quarum ex parte memini supra foll. 73. 179. 195. 196. partim alibi recordabor amplius, nè nunc ijs immorari sit necesse. Penetrârunt etiam armis victricibus usq; ad extremam طخارستان *Tocharistaniam*, regionem τῶν Τοχάρων, ut eos Pachymerius appellat. de quorũ gestis ex eodem Authore manuscripto, aliàs opportunior erit disserendi locus. Nunc præsens opusculum finio tandem, cum Iazdigerdis ultimi Persarum regis morte, quæ neutiquam in superiores annos cadit, ut Chronologi hactenus tradiderunt; sed longè ultra commemoratas expeditiones, usq; ad annum Hegiræ X λ X I. h. e. Christianum receptæ numerationis Dionysianæ 651. dilata fuit, quod nũc fidei causa, formalibus verbis Elmacini scriptoris accurati confirmabo, qui sic in vitâ Othmani l. 1. c. 4. disertè ait:

في سنة احدي وثلثين هلك يزدجرد بن شهريار بن كسري ملك الفرس وهو آخر ملوكهم فزالت حينئذ دولتهم بالكلية وصارت بلادهم واملاكهم للمسلمين

Anno primo & tricesimo, interijt Iazdigerd filius Schariar filij Cosrai, Rex Persiæ. Ipse fuit postremus Rex eorum. Desijt tunc demum authoritas illorum prorsus; & obtigerunt regiones ipsorum atq; regna Musulmanis (h.e. salvandis, fidelibus vel orthodoxis, ut Saraceni semetipsos, non minus arroganter quàm falsò vocant.) In volumine nostro dicitur fuisse آخر ملوك عجم *ultimus regum AGAM*, ubi se prodit affectus Turcarum erga Persas, quòd quamvis omnes populos præ se contemnant, hosce tamen viliùs æstiment quàm alios, quia *Barbaros* vocant; ita enim interpretor illam vocem. Megisserus quidem in Dictionariolo Turcico credit significare Persas propriè, quando *Ajem vilaget* Persarum regnum exponit: sic & Levvenclajus; qui Persiam, variante scripturâ, nunc *Ajemiam*, nunc *Azemiam* appellat, literâ G utrobiq; blæsius expressâ. Ego autem ex Alkurano didici, notare potiùs BARBAROS. quemadmodum enim Hebræi, ob sacræ linguæ præcellentiam, omnes alios præter se nominant גוים *profanos*, vel Græci βαρβάρους. (unde S. quoque Paulus 1. Cor. 14. 11. dicit Barbarum esse, qui vim vocis nesciat) imò nos Germani reliqua idiomata indifferenter vocamus Welsch hoc est, vn-Teutsch: sic Arabes quicquid non est Arabicum, appellant *Agamæum*. Ita enim versipellis Muhammedus, Suretâ *Fuzzilat* (quæ in alio exemplari meo *Assagdati* nuncupatur) ubi rationem reddit, cur Alkuranus non sit Latinè, Græcè, vel Persicè scriptus, c. 51. v. 40.

وَلَوْ جَعَلْنَاهُ قُرْآنًا أَعْجَمِيًّا لَقَالُوا لَوْلَا
فُصِّلَتْ آيَاتُهُ أَأَعْجَمِيٌّ وَعَرَبِيٌّ
قُلْ هُوَ لِلَّذِينَ آمَنُوا هُدًى وَ

Si posuissemus illum lectionis Agamææ, objicerent, quare non distincti sint paragraphi ejus Agamæi simul & Arabici? Responde igitur: hoc sufficit illis qui credunt, admanuductionem, &c. Et confir-

confirmat me amplius Leo Afer. l. 1. c. 19. quando commemorat Arabes in triplici differentiâ poni: genuinos & nativos illos, qui è Saba descendant, propriè *Araba* dici: Ismaëlitas verò, qui tantùm insititij sint, appellari *Mustaraba*, quasi Arabizatos; h. e. ascititios vel adoptivos: deniq; qui migrârint in Africam, & per connubia moresq; Barbaris ibi se admiscuerint, vocari *Mustehgeme*, quasi Barbarizatos, quos ab hoc ipso etymo [illegible] scribendos esse, nil dubito. Iudæi tamen per cognatam literam Aleph exprimunt: ut quando R. Abrah. f. Dior in suâ Cabal. f. 7. Rectorem Bar-Nachmoni, propter criminationes in אגם aufugisse dicit; quod R. Dav. in Zæm. f. 26. a. eodem modo repetit. quasi palustris terra sit, nomen habens à lacubus & stagnis: quæ sanè circa Tigridis ostium sunt frequentes. Hæc nunc sufficiant. qui alia de Persarum statu & moribus hodiernis nosse desiderat, consulat, præter Teixeiræ appendicem fol. 382. inprimis etiam recens itinerarium Stephani Kakasch, quod laboris & periculorum socius Georg. Tectander, solus ex illâ Legatione superstes, descripsit, atq; S. Cæs. Mti. redux obtulit, Anno 1610. Hoc extremum addo: quamvis unà cum Iazdigerde Gloria regni Persici fuerit sepulta, non tamen eius Familiam tunc prorsus extinctam esse, sed trecentis ferè annis, quasi sub cineribus delituisse; donec inclinatâ oppressorum fortunâ, denuò eruperit in apertas flammas. Reperio enim subinde aliquos, utriusq; sexus, qui genus inde ducunt; ut filiam, neptem, & abnepotes. Prima est דארה *Dara* Iazdigerde nata, quæ nupsit Iudæo; non quidem gregario, sed principi suæ gentis (Æchmalotarcham Græci vocāt, Hebræi ראש גלות *caput exulum*) qui & ipse à Regibus erat oriundus, adeoq; avos inde à David usq; numerabat: ut non adeò dispar fuerit conjugium; nisi quòd illa recens de statu suo dejecta

erat, istius verò avi dudum. Nomen Iudæo erat *Bostenaï*, quasi Hortensem dicas, à بستان *Bostanon*, quod Persis æquè ac Arabibus hortum notat: inditum, in memoriam nescio cuius somnij, à parente prævisi. Laudatur iste Hortensius, non ab animi tantùm dotibus, quòd excelluerit in doctrinâ Talmudicorum, sed etiam à corporis decore, qui rarus est in extorribus Iudæis. Vnde adhuc adolescens, in aulâ Iazdigerdis innotuit, antequam vel ipse regis gener, vel Rex Iudæi socer fieri posse creditus est. ubi inter cætera eius facetè facta, etiam hoc paradoxum commemoratur, aliquando ante regis conspectum, gestu ita composito constitisse, ut cùm ab obvolante crabrone graviter iceretur, nullâ significatione doloris ostensâ, vultum retinuerit invariatum, constantis modestiæ indicem. Cumque Rex animadverso cruore, mirabundus admonuisset, ut abigeret, respondisse juvenem: non solere se coram Majestate gesticulari, sed meritò venerari eum, cui DEVS nunc jubeat subesse, postqnam sacrum diadema suis patribus sit ablatum. Hoc sermone exhilaratum regem, promovisse ipsum ad supremam in suâ gente dignitatem, & ita honorasse, ut in publicâ processione ipse inter Synagogarum Rectores, Surensem dextrum & Pombedithanum vel Nehardensem sinistrum, incederet medius. Inde fieri etiam, ut familia Davidis in Sigillo, Vespæ signū tale gerat.



Quamvis Baal Sed. Ol. Zuta sub finem libelli Muscam esse velit, eiq; aliam originis rationem afferat; usurpari in memoriam רב פחרא *Raf Pacharæ*, qui intumuit & extinctus est ob muscam nares ingressam. at minùs mihi persuadet, quia ille non Davidicorum consanguineus, sed Affinis tantùm fuit חתן לבית דוד *gener domus David*. h. e. per matrimonium familiæ accensitus. Cæterùm Bostenaus everso Persa-

rum

rum regno, cum jam summa potestas ad Arabes devenisset, studuit novos hosce Dominos similiter demereri. Vt ergò Chalipham Haly f. Abytalib haberet sibi ac genti suæ propitium, egressus est illi obviam solenniter, unà cum Raf Isaaco Gaone, Scholarum primate, ac omni turbâ Rabinorum Nehardensium, longis ordinibus decenter subsequente. Ipse verò dux agminis, gestabat sacrosanctum legis librum, indutus corrigijs & frontalibus *Tphillin* dictis: quæ species occurrentis, victori Saraceno, non ignaro instituti Mosaici, adeò venerabilis visa est, ut etiam pro se orare jusserit, ac sibi benedicere linguâ hebræâ velut efficaciori. Pòst in currum triumphalem benignè susceptum, donavit vestibus holosericis, acupictis, quas de prædâ Persicâ nactus erat. Cumque de liberis eius interrogans (forsan & illos re quapiam donaturus) audivisset, nondum habuisse uxorem, ac miraretur XXXV annos natum, nec minus formâ quàm dignitate pollentem, adhuc esse cœlibem (cum tamen aliàs Iudæi, præmaturè soleant inire connubia, scilicet ut accelerent nativitatem sui Messiæ) obtulit ei hanc, de quâ loquor, Daram Iazdigerdis filiam, tunc quidem in gynecæo suo, fatorum potentiâ servam, sed venustate corporis ac ætatis gratiâ florentem. verùm is primò recusavit modestè, negans licere sibi ut Alienigenam ducat: nisi fortè bello captam; de quarum jure disserui pridem in meo Mispat Hammelech fol. 131. & seqq. Instante verò Haly, ac genus commendante, quòd æquè ex Regibus oriunda esset, ac ipse regios natales jactaret, & nunc pari sorte ambo sub alienâ potestate viverent; assensit Bostenaus, datisq; *Ketusa veKiddusehin* h. e. libello dotali & arrhis sponsalibus, recepit illam in fidem conjugalem; sic tamen ut prius abjuratâ superstitione gentili, & ignis cultu abnegato, amplecteretur Iudaismum, fieretq; Proselyta: quod soleñi ritu טְבִילָה

Baptismi peractum est, dum ei usq; ad collum in aquas demersæ, præcipua quædam capita religionis prælegebantur. Hoc innuit Zæmach D. f. 49. כאשר כבש עלי מלך ישמעאל למלך פרס ויצא רב יצחק גאון ראש ישיבה בפומבדיתא לקראתו: ובעת ההיא נתן המלך עלי את בת מלך פרס נערה שבויה לרבי בוסתנאי ראש גלות וגיירה לו והיית לאשה וכתב ראב"ד שהיה בשנת תך *cum vicisset Haly rex Ismaëliticus regem Persiæ, exivit Raf Isaac Gaon Rector Academiæ Pombeditanæ in occursum ejus. Eodem tempore dedit Haly filiam regis Persiæ, puellam captivam, Rabino Bostenai principi exulum, qui eam Iudaizavit, ut esset sibi in uxorem. R. Abrah. f. Dior refert ad annum* 420. (*supputationis minoris: is respondet nostro* 660.) Totum hoc prolixius describitur in ספר זכרונות בית דוד, *libro Chronicorum domus David.* Sed R. Isac Ekrisch fil. Abrah. testatur, se Damasci in membranâ quadam pervetustâ reperisse, quòd conjugium illud liberis Bostenai non adeò benè cesserit. Nam cum post Daræ obitum, alteram duxisset, filij reginæ, fratres ex novercâ, velut ignobiliores, ab hæreditate patris excludere conabantur: quod nimium foret recensere. Sepultus est Pombedithæ, ubi monumentum eius adhuc visitur, testante R. Benjam. fol. 15. b. Hactenus de filiâ Iazdigerdis. Præter illam reperio quoque Neptem eius, ex filio Phiruz, Daræ prioris fratre natam, nomine فرند *Pherend*, cognomine شاه *Schah*, quod Augustam significat, & fœminis quoque tribuitur, sed non nisi ex regio sanguine cretis. Fuit ea mater Chaliphæ يزيد *Iezid*, non illius Muavidæ, sed filij VValid, penultimi de familiâ Ommiorum, qui differentiæ causa nominabatur ابو خالد *Abu-chalid* h. e. pater perennis, quamvis minimè talis fuerit. Ad eius vitam, seqq. libris D. V. describendam, reservo hanc quoq; Matris mentionem. Vnus adhuc superest, è Iazdigerdis abnepotibus, quem sciam, Θεόφοβος, ut nomine Græcus, ita religione Christia-

Christianus, Constantinopoli natus & in aulâ Impp. educatus; quem ipsi etiam Affinitate honorarunt. Ille gentis suę legioni præfectus, ab eadem, cum stipendia solverentur tardiùs, per seditionem Rex est salutatus; at valdè invitus. ut Zonaras testatur, m. fol. 108. Quamvis autem Domino suo fidus permanserit, ex nudâ tamen suspicione decollatus fuit. cuius capiti crinibus apprehenso, Imperator & ipse morti vicinus, dixisse fertur: *Iam neque tu Theophobus es, nec ego diu Theophilus ero.* Post hunc neminem alium invenio de sanguine Persico, qui sit alicuius nominis, usq; ad Piscatorem بويه *Pujah*, qui nobis in volumine nostro novam lineam orditur; unde XV. Reges enascuntur, omnes rerum gestarum magnitudine in Asiâ clarissimi, latinis Historijs ignoti, hebræis autem in lib. Iuchasin f. 147. & seqq. obiter tacti. De quibus aliàs peculiari commentario dicam, si DEO placuerit: cui pro suâ gratiâ hucusque concessa laudes dictæ sint & nunc & in perpetuum. Amen.

INDICES

nunc sequuntur plenissimi,

qui non modò serviant memoriæ labili, sed & intellectum alicubi juvent collatione similium. Quia enim in hisce commentarijs magna est & inexpectata varietas, placuit eos ita dispertiri secundum circumstantias; cùm ut in tot peregrinis nominibus statim appareat; quodnam sit Persona vel Loci; tùm ut quilibet Lector sua reperiat seorsim. sive Geographica sint, sive Chronologica, sive Philologica. sive Theologica quoque.

Meminerit verò inquisiturus, Articulum AL plerunque omissum esse. Itemq; literas C K. & F. Ph. aliquando æquipollere.

I. INDEX

Arrad;

eius

Iesu

Phra-

Singar

Bagnun

Hembdan

Samatra

Com-

COMMISSA



OMISSA.

folio 7. b. lege nostro. & ibid. obsecrò
folium 9. 10. prorsus excinde.
folio 12. quæ de Ginkisio proposui, dele.
fol. 18. & 79. Turcico Beigamber insere duo puncta.
fol. 69. lege nombre
fol. 81. lege pregunte
fol. 119. lege Constantio
fol. 144. lege complures
fol. 173. lege geminam
fol. 172. lege Mater Chaliphæ: non enim uxor erat.
Cæterum quòd nomen Abubeker folio 174. Abybeker, & mox eod. Ababeker scribitur, non est erratum, ut aliquis mihi objiciebat, sed varietas casuum Arabicorum.

Deniq; propter festinationem Aurigæ factum est, ut quædam Exemplaria Francofurtum devenerint, in quibus postremi Indices, nempe Temporis, Rerum, Locorum Sacræ Scripturæ, & Authorum, desiderantur: eos cuilibet sarcire parati sumus: ut hîc nunc sit

FINIS.